



John Adams
Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.




SHELF NO.

Sp. 41

W.W.S.

1.



5^a fruehlingen

C

John Doe

FRANCISCI BURMANNI,
S. Theol. Doctoris & Professoris,
SYNOPSIS
THEOLOGIÆ,
& speciatim Oeconomiae
FOEDERUM DEI,
ab initio sæculorum usque ad consummationem eorum.

TOMUS PRIOR
præcipue complectitur Oeconomiam
Veteris Testamenti.



TRAJECTI AD RHENUM,

Apud CORNELIUM JACOBI NOENARDUM, Bibliopol.
c I o I o c L x x i.
Cum Privilegio.

*ADAMS 29.1.57

Summa Privilegii Illuſtr.ac Præpot. Ordinum Trajectinæ Provinciæ.

Ordinum Trajectinæ Provinciæ singulari Privilegio cautum est, ne quis præter Cornelium Iacobi Noenardum, proxime se subsequentibus quindecim annis quovis modo, vel integrā vel per partes, vel directe vel indirecte, imprimat imprimive curet, vel alibi impressam distrahat aut venalem exponat in Trajectina Provincia, Francisci Burmanni, S. Theol. Doctoris & Professoris, Synopsin Theologie, & speciatim Oeconomie Fæderum Dei, ab initio seculorum usque ad consummationem eorum: sub confiscaſione exemplariorum & trecentorum florenorū Carolinorum multa: ut latius videre est in diplomate ſigillo majori Ordd. munito, Trajecti a. d. xx. Ianuar. clo 13 c Lxx.

Signato

J A S P A R S C H A D E v^t.

Ad mandatum Ordd. subscriptis

W. V. Velthuyſen.

Summa Privilegii Illuſtr.ac Præp. Ordinum Hollandiæ Westfrisiæque.

Ordines Hollandiæ Westfrisiæq; diplomaticate ſuo fanxerunt, ne quis incio vel invito Francisco Burmanno, S. Theol. in Acad. Traj. Doctore & Professori, annis quindecim abhinc proxime ſe fecuturis ejusdem Synopsin Theologie, & speciatim Oeconomie Fæderum Dei, ab initio ſeculorum usque ad consummationem eorum, intra Hollandiæ Westfrisiæque fines in toto vel parte excudat, distrahat, aut alibi recusam inferat venalem exponat, ſub confiscaſione exemplariorum, & multa insuper ſexcentorum florenorū Carolinorum: prout latius continentur in authenticō diplomaticate ſigillo majori Ordd. roborato, Hagæ a. d. vii. Februar. clo 13 c Lxx.

Signato

JOHAN de WITT v^t.

Ad mandatum Ordd. subscriptis

Herb. de Beaumont.



Illustribus ac Præpotentibus
P R O V I N C I A E
ULTRAJECTINÆ
O R D I N I B U S,
P A T R I A E P A T R I B U S:

N E C N O N

Nobilissimis & Amplissimis
R E I P U B L I C A E ULTRAJECTINÆ
C O N S U L I B U S
E T
S E N A T O R I B U S,
A C A D E M I A E C U R A T O R I B U S,

DEDICATIO.

F R. B U R M A N N U S

D. D.

Neminem mortalium, qui Deum rite colunt, esse censeo, qui non summi beneficij loco habeat, cœlestè illud depositum, Dei verbum, quo, cum nos ad eum accedere non possemus, ipse ad nos descendit, priorque nos affari dignatus est. Si enim sermo omnis animi sit character ac nota, virique sapientis genius ac dotes in verbo ipsius eluceant; non mirum quoque est, divinæ potentiaz, bonitatis & sapientiaz characteres Dei verbo impressos esse, ipsiusque adeo deitatis conspectum quendam in eo nobis exhiberi. Ut illud merito omnis sapientiaz sit tabularium, per quod populus populo interest, & mundo Ecclesia. Sine quo mundus desertum est, vita humana latrocinium, regna ipsa non nisi tyrrannis, judicia omnia vis mera, & commercia omnia fraudis latibula. Quod vero supra sæculum nos attollimus, quod peccato nos emancipamus, quod non formam solum humanam gerimus, sed & animum Deo dignum formamus, quod non civili tantum honestati & externæ disciplinae studemus, verum etiam sublimioribus sæculoque incognitis operamur virtutibus, & uno verbo, quod vitæ nobis non desunt præsidia, nec mortis solatia, neque cum sæculo terminantur spes nostræ, totum hoc verbi illius munus est. Ut illa demum beata sit respublica, ad quam verbo huic datur aditus & in qua divinæ illius voces sonant, adeoque ex illius præscripto omnia instituuntur. Annon enim secundum verbi hujus normam & que componi potest regimen, ac juxta Philosophiæ alicujus opiniones, aut Legislatoris placita, aut yñorum etiam hominum commenta?

Nun.

D E D I C A T I O.

Nunquid fide æquè bella possunt geri , respublica administrari , jus dici, suum cuique tribui, pacis artes colи, temperantia, fortitudo, constantia, aliæque virtutes exerceri, & suum omnibus rebus pretium statui , quam carnali sapientia, ambitione & inanis gloriæ studio ? Ex adverso stat omnium sæculorum historia; quæ fidem facit, nunquam feliciori loco fuisse res humanas, quam ubi ad verbi hujus trutinam exactæ sunt ; quod ubi factum , illæ divinis humanisque benedictionibus affluent, domi tutæ, foris invictæ & undiquaque florentes fuerunt. Quod si remotiorum testimoniorum deesset copia , sola vestra respublica locupletissimum ejus rei suppeditat exemplum. Quæ intra portas recepto hoc Palladio, quod cimmeriis tenebris vastaque caligine, quibus immersa erat, se evolverit, quod feritatem barbariemque posuerit, quod sapientiæ divinæ ac humanæ, virtutumque aliarum non solum exempla expresserit, sed & ipsa aliis in exemplum cesserit, totum id verbo huic debet. Et sicut nunquam sine glorioso comitatu recipitur Christus, ita quoque animadvertere fuit omni ævo , non solum ad æternam lucem contemplandam animæ oculum verbi hujus beneficio attolli , verum etiam discussis semel errorum ignorantiaeque nebulis , ad ipsas quoque vitæ actiones poliri mentem, & cœlestis veritatis ope liberam factam , in aliis quoque suo iuris restitui, humanæque prudentiæ & fortunæ limites longè supergredi. Et certe sublatis superiori sæculo ad verbi hujus lucem qui religionem defœderant abusibus, nescio quam non etiam politiæ, commerciorum, aliarumque actionum humanarum instaurationem prior illa secum traxerit; ut nusquam quam hic terrarum ita oculatos deprehendere liceat homines, ita solertes rebusque gerendis idoneos : ex quo factum, ut orientis occidentisque spoliis se ditaverint, aureumque illum imbreu ad se attraxerint ex universo orbe , quem aut armis felici-

D E D I C A T I O.

bias, aut pace & fœderibus ac societatibus, commerciis certe ac navigationibus rebusque ubivis maximis gestis jam pridem impleverunt. Cum è contrario hominum idolatriæ & superstitioni deditorum, præjudiciorum labyrinthis implexorum, aut cæcæ implicitæque fidei tanquam faxo adhærentium, sæpe non magis oculatæ liberæque deprehendantur actiones, ac rectæ sunt illorum circa divina cogitationes; ut vel hinc quoque deteri ac pessum dari videamus illorum fortunam, cum Diis suis, quos colunt quoque adorant, similes reddantur, & statuis affixi in statuas convertantur.

Quemadmodum vero aqua, sive ex cœlesti rore descendens, sive ex fontibus scaturiens, facile dispergitur, nisi colligatur in receptacula, in quibus se sustentare & fovere possit: similiter pretiosissimus ille sapientiæ liquor, sive à divina inspiratione destillet, sive è mente humana exiliat, mox periret omnis & evanesceret, nisi conservaretur in libris, traditionibus, colloquiis, & præcipue in locis certis huic rei destinatis, quales sunt Scholæ, Cœtus, Academiæ, in quibus & permanentes habeat sedes & crescendi insuper & se congregandi copiam & facultatem.

Tale bonæ mentis domicilium cum, sub vestris auspiciis, à Nobilissimo Gravissimoq; hujus Urbis Senatu hic pridem exstructum, adscitisq; undique ornamenti decoratum sit, mihique, sic gubernante Deo, ejusd. Nobiliss. Senatus auctoritate, nihil tale opinanti, in eo honesta assignata fuerit statio, quam ultra octennium sustineo; prima cura fuit, ut cœlestis illius philosophiæ latices, quantum per meam tenuitatem id licuit, quam purissimi à me conservarentur & quam copiosissimi ad plures deducerentur. Quod dum ago, ante annos aliquot intra privatas scholas natum est opus hoc, in quo religionis doctrinæque nostræ ^{mo: Phagw} ac deformationem aliquam studiosæ juventuti, non

D E D I C A T I O.

non exiguo labore & cura, exhibere conatus sum. In arcto fateor, est & inglorius hic labor. E densiori enim sylva tantummodo paululam struem huc congeffimus, & per puncta duntaxat hic notavimus, quæ per lineas alibi, si Deus dederit, extendemus. Iter tamen prope immensum multorumque sæculorum spatium ingressi, dum omnes Fœderum Dei cum hominibus initiorum formas contemplamur, variosque eorum vultus nobis objicimus, dum doctrinæ nostræ latifundia percurrimus, imò dum sæculis non conclusi, ea quæ sapientiæ nostræ ante sæcula, quin & ipsis sæculis, initium dederunt, quæque evanescentibus sæculis de ea perseverabunt, pro modulo nostro rimamur; non mirum est, si à tanta rerum copia oppressi, earumque amplitudine circumfusi, nec ab omni cespitationis metu tuti, vix dimidium iter emensi, scribendo jam lassi, strigare malimus, quam proteloducere.

Licet autem non is sim, qui tantis nominibus haud indignum esse hoc munus existimem, audeo tamen, Viri Summates, qualemunque hoc opus vestrum facere, vobisque illud dare, dicare ac dedicare; cum illud ipso jure vestrum sit: solo enim superstructum ædificium soli ipsius domino cedit. Cumque olim agricolæ solerent primitias frugum Dîs agrorum consecrare, ego omnia mea, quantulacunque sunt, Deo ter optimo accepta ferens, ipsum in vobis honorare debui, per quos ipse dedit & honestissimæ occupationis opportunitatem & liberale hoc otium, quod in florissima vestra provincia & civitate per tot annos mihi fecistis. Quod sane cum in præcipua vitæ meæ felicitate ducam, debui hasce ingenii laborumq; meorum Academicorum primitias vobis, qui hæc agricolationis nostræ novalia jure meritoque vobis vindicatis, consecrare; ut hac lege vestro gaudeant patrocinio, si suum ipsis non denegabit veritas. Contra procaces enim linguas frustra præsidium conqui-

D E D I C A T I O.

quirerem, cum nemo tantæ sit potentia, ut me ab eorum spiculis tueri possit, neque ego tam abjecti timidique sim animi, ut calumniantium judicium rumoresque multum reformidem. Licet autem doni vilitas me percellat, gnarus tamen thusculo quoq; sacra fieri Diis, imo & mola falsa bene litare qui thura non habet, non dubitavi hoc qualemque de scedis meis offerre. Nec vile vobis haberis scio, quod doctrinam cœlestem, qua nihil est excelsius neque vobis pretiosius, licet crasso penicillo, adumbrat: quam vel eo ipso quod breviori gyro hic constringatur, gravioribus vestris curis negotiisque magis accommodam fore spero. Ego saltem nihil aliud nunc quod offerrem habui; nec si maxima haberem, digna vobis vestrisque in Patriam, addo & me, meritis dari poterant. Vos enim ex quo in vestram concessi clientelam, semper mihi benigne fecistis, & non uno honoris genere mactum voluistis. Quod obligatoria hac tabula ex animo testari debui; ut illa, si post me æstatem ferat, extet publicum gratæ meæ voluntatis, quicquid de me fiat, monumentum. Quantum cæteroquin vobis debeam, Viri Illustres & Nobilissimi, reticere hic malo; utpote quod animo alte insidens non tam ambitionis obiter est effundendum, quam observantia atque veneratione æterna agnoscendum. Deus Opt. Max. vos, pro publica salute invigilantes, dudum pios, fortes, felices superesse finat, meque, si ita è re vestra meaque sit, in clementissimi vestri patrocinii & favoris ulnis consenescere.

Utrecht. A. D. xiii. Cal. Ianuar. dñi Io c Lxxi.

LECTORI MEO,

FRANCISCUS BURMANNUS S.

Miraberis procul dubio, lector, quid me, hominem, nec ab ingenio, nec ab eruditione instructum, impulerit, ut hisce meis schedis remp. literariam gravem; quæ ut in multis aliis, ita hic quoque laborat mole sua, dum quotidianus libellorum proventus est, eorumque saepe talium, ex quibus haustum gallinacei lactis exspectare posses: ut Plinius ait, quique vix alius sicut usus, nisi ut antiquiores melioresque studiosæ juventutis manibus excutiant; præcipue cum eo vivamus sæculo, in quo auctoritas plerumque antevertit veritati, & non ex scripto judicatur scriptor, sed ex scriptore pretium statuitur scripto; ubi denique vilis admodum annona est omne genus Aristarchorum, qui nihil aliud solent quam minuta aliorum errata ventilare, & quicquid ignorant, hoc errorem vocare: inter quos illi, qui non scribunt, quia nec forsitan posseunt, longe acriores & severiores se alienorum operum censores solent ostendere, quam qui scriptorum suorum publicatione eidem examini se subjiciunt, quod in alios sibi sumpserint. At scias velim, non captatam hanc fuisse scribendi occasionem, sed oblatam; imo satis diu evitatam & protelatam, identidem tamen recurrisse, tandemque obtrusam fuisse. Novennium labitur, ex quo functioni Academicæ, ad quam ue somnio quidem per omnem vitam me composueram, ita volente rerum nostrarum diribitore Deo, admotus sum. Requirebat igitur superiorum iussus munerasque proprii conscientia, ut spartam quam naestus eram redderem quam ornatissimam. Ex eo tempore inter alios labores nati sunt quoque illi, licet molestissimi, utilissimi tamen, quibus non fugiente duntaxat docui voce, sed ad calatum dictavi in privatis scholis, ut ea chartis configuarentur, quæ memorie hæ-

* *

rere

P R A E F A T I O

rere è re auditorum putabam. Hinc inter varia opuscula nata est quoque hæc Theologiæ, & speciatim Oeconomiae Fæderum Dei, Synopsis; quam tautum abest ut evulgandi animo communicaverim, ut contra ue id fieret omni modo caverim, & ne fieri posset variis lacunis relictis operam dederim, denique ne factum sit per septennium ferè restiterim: donec tandem perpetuo discipulorum aliorumque voto & petitioni, assidue, nec sine convitio, hæc à me efflagitantium, annui, non tam perficiendi spe, quam recusandi pudore: oculos quoque conjiciens in eorum profectum, quem ab iisdem obtentum eo facilius in posterum sperare ausus fui. Cum enim non publice duntaxat, sed & privatim docendum esset, censura, quam sequerer, opus erat: quam videbar commodius de meo penu de promere posse; cum aliorum cogitata, si ea qualia occurruunt integra relinquas, non semper in instituto tuo utilia sint; sin vero ea ad tuum propositum parumper accommodes, gratiae loco interdum odium parias. Et licet plurimi sint, qui hujus scriptoris viam miki præriverunt, cum quibus me nullo modo componi posse scio; tantum tamen abest, ut illorum laboribus intercedere voluerim, ut vel per hunc meum laborem me ipsum, quique mea utuntur opera, ad perfectiora illorum scripta manuducere studuerim. Neque dum tamen materies hæc omnis, ut opinor, exhausta, sylvaque omnis hæc excisa est, sic ut reliqui nihil deinceps ad spicilegium postfuturis superiorum diligentia vel industria fecerit. Placet autem admodum eximia illa beati Augustini

De Trinit. sententia: Utile est plures libros à pluribus fieri diverso lib. 1. stylo, non diversa fide, etiam de quæstionibus iisdem, ut ad plurimos res ipsa perveniat, ad alias sic, ad alias autem sic. Evidem à bonis lectoribus tantum ut hæc boni consulant, non etiam ut laudent, exspecto: reprehensorum vero qui me doctorem non reddent, judicia non pluris facio, quam ipsi veritatem, à nobis, ut spero, propositam. Et ita opus hoc nostrum ex umbra in lucem protrahi sivimus, postquam pristino illi cultus accessit. Quæ enim illi secundis curis accesserint, haud promptum est

A D L E C T O R E M:

est dicere, nisi quod à priore multum demutaverit, pluribus inter-
polatis, pluribus additis, longe pluribus autem demitis. Ingens e-
nim sane hinc opus fieri potuisset, si quæ multorum est ambitio, ea-
dem nobis incessisset. Cum vero domèsticarum duntaxat scholarum
usui illud consecrassem, instituti habenda fuit ratio, & singula
in præsenti signanda magis, quam copiose tractanda. Hinc innu-
mera omittenda fuerunt, jam etiam prælo parata, quæ res ipsa
requirebat & à peritioribus desiderabuntur. Quin & cum opini-
one producitora fuerint facta prima capita, in reliquis, quæ ta-
men, utpote minus obvia, non minorem curam, imò majorem exi-
gere videbantur, brevior esse coactus sum, ne nimia mole inutilis
mihi redderetur universus liber. In quo si quid peccatum sit,
tantum abest ut culpam deprecer, ut potius illis ultro mei ipsius
accusator accedam, cui id, quod figulis solet hic usi venit;
quibus dum amphora cœpit iustiti, currente rota sœpe urceus
exit. Illud autem eo facilius in hoc scripti genere excusatum iri
spero, quod vivæ vocis conjugio sociam dum destinatur, per quam ex
parte suppleri solet quicquid in hisce desiderari possit, nosque spon-
te nostra præsecuimus. Quæ quoque ratio est, cur omni rerum
explicatione, operosa demonstratione, præclarorum diolorum
testimoniorumque struicibus, omnique eruditionis alicujus ap-
paratu, quem inspergere utcunq; licuisset; purpureum late qui
splendeat unum & alterum affuendo pannum, nos abstine-
rimus; sed nuda & simplicissima rerum magnarum cœfœsi, non
ornare studentes, sed docere contenti, usi simus: utpote qui
non nobis, sed juventuti nobis concredit & scripsimus, & qui non
inanis gloriae titillatione, quam certiore spe, tñ vñ Bæotet èst,
alio scribendi modo querere debueramus, sed serio aliorum profe-
ctus urgendi desiderio ad qualemcumque hunc laborem impulsi su-
mus. Unde in levi habuimus famæ ex jejuno hoc scribendi genere,
quo ipsis rebus injurii sumus, jacturam, sperantes illam felicio-
ri instituti nostri consecutione compensatum iri. Formam tamen
operis ex imprecessis istis, licet levioribus, vestigiis licebit cognoscere.
Alias enim quam hic tantum adumbramus, Deo id permit-

P R A E F A T I O

tente, lineamentis suis omnibus & coloribus perfectam dabimus. Ad quod perficiendum si Deus Opt. Max. vires vitamque dederit, maximi voti damnas ero. Interea in ipsa hac brevitate conatus fui pro mea tenuitate Theologie nostræ pomæria extende-re, exhibendo non ea duntaxat quæ ex Novo Fædere ad nos propius spectant, sed insuper, rem à primis initiis arcessendo, studiū speciatim universum Dei consilium, quale pristinis ævis illud ob-tinuit, veteremque æconomiam particulatim repræsentare; cum in ipsis omnibus non solum prælusum sit maximis Dei circa nos operibus, verum etiam intima Novi Fæderis ejusque mysteriorum, rerum ac verborum intelligentia inde pendeat. Est enim vere Vetus instrumentum nihil aliud nisi involutum Novum, quemad-modum hoc ipsum viciissim nihil est aliud nisi explicatum Vetus. Mutuo enim alludent facem: atque ita alludent, ut Novum Soli, Vetus Lunæ, quæ à Sole lumen accipit, conferri mereatur. Unde ut Veteri, quam hic tractamus, Oeconomie novam quoque proxime comitem demus, adeoque duo hæc auditoribus nostris præbea-mus ubera, ex quibus τὸ λογικὴν ἀδολον γάλα sugant, curæ erit. Et ne quid in omni institutionis genere à nobis desiderari possit, moliti sumus ab aliquo tempore & per partes exhibuimus theo-logiæ moralis typum, integrum illum daturi, simul ac per tempo-ris angustias & tot intercurrentia negotia licuerit; ut non solum controversiis doctrinæque umbraticæ videamur innutrire studio-sos juvenes, sed & cathedralæ Ecclesiasticæ pios, doctos, disertos fortesque demus præcones. Quibus si denique, præter alios labo-res, addere dabitur istius Scripturæ Vet. Neviique instrumenti, quæ sacerdotii nostri est substantia, integrum per traælationem, quam aliquo usque dictando in privatis quoque scholis deduxi-mus, erit ut votorum nostrorum portum subiisse & ipsam me-tam contigisse nobis visuri simus.

Interim non spero displicituram justis rerum æstimatoribus methodum nostram, qua ipsam rerum originem, quantum poterit, imitari & exprimere studuimus, & præcipuarum controversia-

A D L E C T O R E M .

rum capita suis locis breviter subjungere. Evuēdōdōcias gratia tamen nonnunquam quædam conjunximus , quæ tempore locoque cæteroquin disjuncta erant. Commodius autem nobis videbatur, ubi id requirebat, aut permittebat saltem argumenti affinitas, uno intuitu quædam repræsentare, quam, ut minutioribus sedibus singula assignarentur, illa divellere & in particulas frangere, imo dilacerati corporis membra quaquaversum spargere. Quo si delecteris , facile id per temet ipsum peragere poteris, Letor, quum etiam suis locis te illius rei subinde moneamus. Fatae tamen , ubi opus hoc meum denuo mihi objicio, illique abso luto novus supervenio iudex , non parca, quæ dum in opere eſsem oculos meos effugerant , se ordinanda haud paulò aliter præbere, quam vellem. Verum hæc, ut dies diem docet , ſecundis curis & maturiori confilio emendari & digeri, ſi Deus volet , poterunt, Quemadmodum, majoris elucidationis ergo , monitum hic volo, ea quæ de imagine Dei in primo homine dicimus, l. 11. c.1 §.3. & seqq. & de corruptione ejus in homine lapsō, c.viii. §.7. & seqq. hoc ſenſu à nobis accipi, ut, cum deprehendamus, ſcripturam imaginem Dei aliquando collocare in rectitudine illa qua ſanctitatem Dei exprimebat homo primus , queque illam conſequentur, ut ex citatis iſthic locorum Scripturæ dielis appetat; aliquando vero eam tribuere naturali hominis constitutioni , qua Dei naturali & attributa aliquo modo, etiam peccator, refert; quod in naturali & ingenita voluntatis libertate, aliisque quæ eò ſpectant, ſe exerit, ut videre eſt Gen. 9: 6. Iac. 3: 9. AEt. 17: 28. ideo diſtinguendum ceneſamus inter imaginem Dei in homine, in quantum ad rectitudinem ejus refertur , aut in quantum ipſa ſua natura Dei natiuom aliquo modo refert. Priori respectu imago Dei in homine forte non incommode moralis, posteriori naturalis dici posset. Prior formaliter conſistebat in rectitudine illa, posterior etiam ex ipſa hominis natura exſurgit. Prior denique per peccatum deperdita eſt, posterior etiam in homine corrupto ſuperficies manet.

P R A E F A T I O

De cetero cum sciam quam difficile sit prurientis hujus saeculi palato satiis facere, rem ita temperare conatus sum, ne justæ querelæ locum darem. Immodicū sane deprehendimus in multis studium duorum extreborum, antiquitatis & novitatis. Quia in re temporis filia male patrissant: ut enim tempus prolem devorat, sic haec se invicem; dum antiquitas novis invidet argumētis, & novitas non est contenta recentia adūcere, nisi vetera prorsus eliminet & rejiciat. Unde quibusdam fastidium est antiqua & dudum cognita tradere, qui nihil nisi nova sectantur; aliis vicissim sollempne est vetustatis studio nova onusia exagitare & nigrum theta iis prefigere. Cum revera, licet huic aut illi novum accidat, quod recens detigitur verum, idem tamen sit antiquissimum, quod verissimum. Ut jure meritoque hic exclamet magnum saeculi decus Verulaminus: Antiquitas saeculi, juventus mundi. Nostra profectio sunt antiqua tempora, cum mundus jam senuerit; non ea que computantur ordine retrogrado, initium sumendo a saeculo nostro. Ne ergo in justam alicujus hic censuram incurrerem, vetera novis copulare, & utraque è tenui nostro penu producere studui. Mirandi enim sunt antiqui, non despiciendi novi. Orthodoxias & antiquæ fidei, si quisquam, tenacissimus, non vereor tamen è pulcherrimis recentiorum inventis pauperiem nostram instruere, undique conquirens, quæ sola est antiquissima, & ubi vis reperiatur, nostra, veritatem. Litium contentionumque supervacuarum hostis sum, si nullus. Nimia quoque, cui nec par sum, non delector subtilitate; utpote quæ, dum sua nimis expolire vult, sāpe ea frangit & debilitat; cujusque exiguum Theologo, & præcipue Ecclesiaste, est usus: quem magis juvant solidæ & mascula, que fortius animum subeunt, quam quæ decies ad unguem castigata nimia curatura reddidit juncea. Quare ut & in hisce mediocritati studi rem operam dedi, an affectus eam sim, nescio.

- Epist. 7.** *Quod supereft, finiam cum aurea beati Augustini gnome. Ego (inquit) fateor me ex eorum numero esse conari, qui proficiendo scribunt, & scribendo proficiunt. Unde si aliquid incautius, vel indoctius à me positū est, quod non solum ab aliis, qui videre id possunt, merito reprehendatur, verum etiam à me ipso, quia & ego saltē postea videre debeo, si proficio; nec mirandum est, nec dolendum, sed potius ignoscendum atq; gratulandum, non quia erratum est, sed quia improbatum. Nam nimis perverse se ipsum amat, qui & alios vult errare, ut error suus lateat. Quanto enim melius & utilius, ut ubi ipse erravit, alii non errent, quorum admonitu errore Epist. III. caret? Quod si noluerit, saltē comites erroris non habeat. Et rursus: Talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum. Vale.*

E Y-

Augm.
Scient.
lib. I.

E T Φ H M I A I

I N S Y N O P S I N T H E O L O G I A E
V I R I

Reverendi & Clarissimi,

F R A N C I S C I B U R M A N N I,
S.S. Theologiæ Doctoris & Professoris, h.t. Rectoris
Magnifici in Academia Trajectina ad Rhenum.

QUi scire vult, scirique se cupit,
Superbus est, suæ sacerdos gloriæ.
Qui scire vult, ut nundinetur alteri
Scientiam, venalis ipse est, & Deum
Habere lucri, quæstus illi maximus.
Ex lite litem qui ferit, Sophistam agit,
Et veritatis caupo adulterat merum,
Præfertque scorias metallo argenteo.
Ex stercore aurum colligens, ritè sapit :
At stercus ex auro legens, nugas agit.
Ex luce fumum qui dat, osor lucis est :
At posse lucem educere ex fumo, ejus est,
Quem Veritas respexit, atque amat Deus.
Certe illi inesse lucem oportet haud levem,
Cui vel tenebræ somnis præstant vicem.

Quanta ergo laude dignus, atque encomio
B U R M A N N U S , omne qui scientiæ tulit.
Punctum, atque doctos inter ut sydus micat ?
Qui sic docet, paratus ut sit discere :
Promusque veri, falsitatis condus est.
Emtorque veritatis & scientiæ ,
Illam haud revendit, in pretium dato Deo,
Contentus accendisse de suo facem.
Non alta sapere illi scopus , nec ingredi
Quæ si paro silentii involvit Deus..

Nescire

Nescire velle quæ Magister optimus
Nos scire non vult , eruditam inscitiam,
Tutamque ducens mentis innocentiam.
Procul hinc Sophista , insanientis institor
Perversus artis : opprimendus gloriâ ,
Quam mentis alis assequi incassum studet.
Profanus illi, in corde qui sterlus suo
Sibi erigit , sensuque turget proprio :
Inque igne, quem circumdedir sibi, ambulat,
Quo tostus instar fulmine icti corruit.

Non illa mens diæ *Synopseos* Patri,
Cui major est auctoritas Verbi Dei,
Quam perspicacis ingenI capacitas.
Cui sola rident prata secta rivulis
Sionis, imbrisque pota cœlicis.
Aut hoc placebit culta vestitu, sacra,
Instar modestæ Virginis, Sapientia:
Aut Babylonis induenda insignia,
Et quod propinat fece plenum poculum
Nobis bibendum denuò. aut si id non lubet,
Fœnum esse oportet, aut salivam lambere
Quam despuit Sophista , crux mentis bonæ.

*Genero suo desideratissimo
L.M.Q. deproperabat*

A B R A H A M U S H E I D A N U S.

A D

A D E U N D E M.

Hic Veritatis entheæ ac Sapientiæ
Vides inexpugnabilem arcem, vividis
Cendentibusque latius faxis manu,
BVRMANNIA aptam ponderosa; quæ nihil
Molitur unquam male. Vides ut ardua
Tollat se ad auras, mole vique stet sua.
Hanc quisquis oppugnabit, offendet, suæ
Famæ nocivum concitans periculum.

JOHANNES GEORGIUS GRAEVIUS.

I N

In Auctoris Eximii Eximum hoc opus.

G Randia Tartareis agitat molimina mundus
Artibus, & virus fundit ubique suum.
Non sacram violare timet, Numenque verendum
Impedit infandis ausibus alma parens
Errorum, damnanda parens, stipata phalange
Hæresium, quibus, Heu! turba novella favet.
Barbaries immensa viget. Sordescere cœpit
Relligio, stuprum passa per omne nefas.
Arius, Arminius, Socinus, Menno, Photinus,
Pelagius, queis & jungitur atra cohors
Enthufiastrarum pariter cum Segrege Turbâ
Per patrias oras quæ celebrata recens,
Illicio Satanæ, Româ præunte Magistrâ,
Offuscant quem nos irradiare juvat
Justitiæ Solem, nigrâque obvolvere tentant
Nocte diem gratus qui fuit usque piis.
Mascula magnanimos rapiunt quâ non datur ultrâ
Cœpta viros. Partes ut tueare Dei
Corripuit, B U R M A N N E, tuam vis enthea mentem,
Inter præcipuos constituende duces.
Errorum quæcunque Babel, Synagoga, Senense
Et peperit monstrum monstra perempta dabis,
Hoste triumphato. Constat sua gloria Stoæ
Prælucente tuo Sidere, magne Pharos.
Pellucent adaperta magis penetralia cœli,
Clave tuâ clausum quod referante fuit.
Dispellet mentis tenebras hoc Fœdere lucens
Fœderis æterni limpida flamma tuo.
Erranti in pelago certa hic Cynosura juventæ
Certa codex Helice, cui mea Musa canit.
Scripta viri maneant ævo sacrata perenni.
Tu FRANCISCE fies Urbis & Orbis amor.
FRANCISCOS creet hæc alios BURMANNIA proles,
Nomina perpetuo continuanda die.

*Venerando College in S.S. Ministerio Collega cecinit
IOHANNES HEIMENBERGH.*

Ad

A D E U N D E M.

Hic liber *Ætherios sensus*, hic pignora pandit

Ingenui genii, lecta SYNOPSIS ait.

Si referata cupis perpendere; singula splendent.

Si studium, studio pagina nulla vacat.

Secla tuo gaudent docto, BVRMANNE,

labore.

Vivere cum cessas, non moriere tamen.

P E T R U S van BREEN,

Eccl. Ultraject. Pastor.

Ad Clarissimi, Doctissimique

VIRI,

D. FRANCISCI BURMANNI

SYNOPSIS IN THEOLOGIAE,

SPECIATIM

Oeconomia Fœderum Dei.

ΠΡΑΞΙΤΕΛΗΣ ποιην πνὰ μορφὴν Οὐερχνιδάων

Οὐ πεῦξεν Παερίς; ἀδέ γε τὸν ιδίν.

Πλὴν μάλα τὸν ιδίν. ὅτι καὶ τολύθελον Αἴθηνην

Δαξέλων γλαφυρῶς, λαξεῖ τὸν ιδίν.

Ως καὶ ἐν ἀλῷ ὄρᾳς τελικαιλέα φῶτα, σφόν τε

ΠΡΑΞΙΤΕΛΗ. μᾶλλον Πάλλαδα ΠΡΑΞΙΤΕΛΗ.

τόνδ' ἀπέφηνε Γνίδ^Θ τε κλυτὸς, καὶ κῦδ^Θ ἀνάκτων.

Ράμη, καὶ σφέτερον Θεσπίαι ἐνδάπτων.

Αἴλ^Θ Οὔττος, μέγα δεινὸς ἀνὴρ σοφίην τε, νόον τε,

ΠΡΑΞΙΤΕΛΗΣ τολάτει γῶπτα, καὶ ὅπερ Θεόν.

Σύν τε Θεῷ, καὶ πάντα Θεῖ, Θεῖον τ' απέργεντον

Ηδὲ τότῳ, πάντ' ὡς τολυθεταὶ, ηδὲ χεόνω.

Καὶ ποικῆ, καὶ μέρχις ὅτε φέν^Θ αὐτῷ ἀληκτον.,

Σμικρῇ Διαιτήσας, δεινὰ τὸ καὶ μέγεθ^Θ.

Ος τ' ἔ δισάζει, ἔ τ' ἐψινόω μετανόη.

Αἴθεται, ἐστόμενός τ', ὥν, ὅτι τεργάθεν ἔην.

Καὶ πανεπισκοπὸν (ἔ τυχὸν ἔτνι) ὅμιλα πτάνων

Παντοχόσ', εἰς Αἴδη, καὶ οἰοίεντα τόπου.

Τόν τέ Γέδωρ χαλεπὸν, μάλα καὶ ζεύδωρ^Θ Αἴρετο,

Καὶ Βηλὸς Βοάει, αἰερόεις τε Πόλ^Θ.

Καὶ μὴν πᾶν ἐλάχιστον. ἔχων δὲ ένδον Φά^Θ αὐτῷ

Αἴρεστον, θνητοῖς ἔσαι αἱ κεύφι^Θ.

Ος Ταύγαθὸν, Πίσις τ' αἰτρεκής, τολὴν ἀλὰ καὶ αὐτὸς

Ρεῖα ταθὼν Οἰκτ^Θ, καὶ Φιλέκσον Χάρει,

Ηνοιξέν γε τέως ἴμιν φίλα ταλάγχνα, καὶ αἴντω

Πρόξεν^Θ φίν, ἀπυχεῖς σύμβιβαστον τε ἐοι.

καὶ

Καὶ πάνυ ἀσμένῳ ἀντοῖς σπένδε, καὶ ὥρκια δῶκε.
Τῆς ἔθεν ἐνδόκινης, τῆς πε φιλόφρεσύνης.
Τέντευθεν πεπίκη μέγαν, καὶ ἀγήνος Ἰησοῦν,
Τὸν Βροτὸν, ἀψύδην, αἰδίον πε Θεόν.
Τόντ' ἀνυπόθυνον ἄνδρα πέλονθ', ωπέρ ἀμωλακιάων
Ημετέρων, θανάτῳ λυτρὸν ἔθηκε κακῷ.
Τῷδε νῦν Τύπισοι Θεῖς χῆμ' ἔξοχα γλάπιων
Οὐτος πραιτελής, ἀμμιγα γλάφ' ἴδιον.
Σχῆμα μέν ἔστι βροτὸς, πάνυ δὴ νόον ἀντε θεόδης,
Καὶ χάρειν πινυτῆς, ἡδὲ καὶ ἀγλαΐης:
Αγχινόης ὡς τῆςδε. πίσις πύκα θάλπε λογισμῶις,
Καὶ μεγαληγορίῃ, ἀφθιτῷ ἦδε σέλις.
Οὐ πεταγμένον ᾧς. Καὶ μὴ γλαφυρώτερον ὔτι,
Μήδ' ᾧς νυκτιπόνων κήδει κιρνάμενον.
Αλλ' ἄξα πλησιόχωρῷ ἐών πάλαι αἰπεῖ Βηλῷ,
Θεῖα Φιλοκτεάνω ἐνδομυχῆντα νόω
Θάυμαθ' ὅρησε. καὶ ἀν πλιήτης αὐτικὸς ἀγανὸς
Εὖ γεγονὼς, αὐτεῖ Οργια πάντα κλύε.
Τοῖς δ' ὅν τὴν Φρένα μὲν λιπαρές, ξενίοιστε πυκαθεῖς
Πελυτελέσσ', ἄνδρων ὁρές ζοφόεντα χορὸν
Νέρθεν σειλάμενῳ, καὶ Αμαλθειαδὸν καταχθύσας,
Χειστάδαις Σοφίης νάματα πάντα φέει.
Ηδει Λυκέις ἐρῶσ' ἀνδῆς Θεοείκελῷ Ηἴη
Νέκταρ' ἀφ' ὃ ἀρδην, Αμβροσίας τε Φέρει.
Τῇδ' ἀρετῇ μεγαληγρέκ, ΚΥΔΙΣΘ' ΓΕΡΗΩΝ,
Αἱεις Φερζόμενῳ τὰς γε θεοτερπίας.
Αμμιν ἐών Μύσης, καὶ Οἰκονόμῳ. Μακάρεσσι
Τὸν ΤΑΜΙΑΝ σε Θεῖς φῶς πάματόν τε λάσι.

Τέλος.

Quod latipo sermone significat.

QUAS non Cœlestum Pario de marmore formas
Finxit PRAXITELES? non tamen ipse suam.
Et tamen ipse suam: Pulchrè dum namque Minervæ
Docta manus formam signat, & ipse suam.
Sic scitum, mirumque alienà in imagine cernis
P R A X I T E L E M ; Pallas sic tulit alma suum.
Roma suum; celebrisque Gnidus; quin Thespia virgo
P R A X I T E L E M magno vendicat ære suum.
At vivum melior, genioque potentior, alter
Mirâ H I C P R A X I T E L E S exhibit arte Deum.
Cumque Deo, quodcunque Dei est: & tempore Numen
Immensum, & spatio; quod tamen omne replet.
Et quo pertingit divina potentia; quæque
Perficit arbitrio magna, minora, suo.
Qui nunquam ambiguus; quem nunquam tædia vertunt:
Quique erit, & nunc est id, quod & antefuit.
Cuique patet totus, nulli peragibilis orbis;
Qui vel in occultos vertit & ora sinus.
Quem mare, quem terræ, nec non nitidissima monstrant
Sidera, cùm cunctis, quæ minus entis habent.
Qui tamen existens lux intensissima, nunquam
Lumine corporeo conspiciendus erit.
Qui Bonitasque, Fidesque, & Amor; qui que ipsa recludens
Viscera, mox miseros junxit & ipse sibi
Fædere complacito; nostro de sanguine Iësum
Ingentem, æternum dum facit esse Deum.
Dum facit innocuum succurrere fontibus, & sic
Expurgare suâ crimina nostra nece.
Hæc dum cœlestis de Sancto HIC Numine signat
P R A X I T E L E S , formam format & ipse suam.
Forma refert hominem; divinis diva refulgens
Muneribus mens est, & gerit ora Dei.

O quan-

O quantum ingenium, quantum rationis acumen,
Et majestatem docta tabella refert!
Quæque polita magis? quæ cultu, atque ordine præstat?
Demorsos unguis quæ magis ulla sapit?
Scilicet excelsa dudum vicinus Olympo,
Pertigit ad magni mystica sacra Dei.
Et mox concivis, laudes ad Numinis, audit
Infanda Angelicis verba sonare choris.
Quævis delibutus, mirumque exultus in orbem
Fertur, & ad cæcos mittitur indè greges.
Hinc sacra indoctis (ceu pleno Copia cornu)
Christiadis largo flumine cuncta fluunt.
Cuique patet Christi, Pubes cordata, Lycæum
Nectara & Ambrosias illius ore rapit.
Maecte esto virtute tuâ, VENERANDE SACERDOS,
Et pergas Domini jussa referre tui,
Mysta Dei nobis, dispensatorque: beatis
Te PROMUM CONDUM cernat & ima dies.

JOHANNES TEEKMANNUS,

V. D. M.

I N S T N O P S I N
T H E O L O G I A E & O E C O N O M I A E
F O E D E R U M D E I,

C o n t e x t a m

à Viro singulari & undequaque Doctissimo

F R A N C I S C O B U R M A N N O,

Præceptoris meritisimo,

E L E G I A.



Ualiter, egregio Schola componenda magistro;
Aut domus est patria rite tenenda manu.
Taliter ipse Deus, numerosa pube frequentem
Divinam, docta tradidit arte, Scholam.
Non qualem fecit Gargettius auctor in hortis;
Sive Academiæ nobilis umbra docet.
Non qualem Samicis Doctor quandam ille silentum;
Seu Labyrinthæs Porticus ampla strophis.
Sola hæc, placato delapsa ancilia cœlo,
Monstrant, divina tradita scripta manu.
Hic primos videoas tantum de matre caducos,
Curatè placidum tollere numen avos.
.Illa Deo propiora, antiqui pignora mundi,
Sed quoque præ reliquis pignora chara Deo.
Exinde, integræ luætans circum ubera matris,
Turba datur celebris conspicienda Patrum;

Quæ

Quæ per rura lubens genialia ludere gestit;
Cum sœpe est tenero ducta chorea pede.
Libera per folos ponunt vestigia campos,
Atque gerunt uni subdita colla Deo.
Omnibus emicuit, cœlestum Abrâmus amores,
Æqualisque illo virgo beata viro,
Illa diu sterilis matre at fœcundior omni;
Ille puer cuncto jam patre major erat;
Auctorem salvere suum, quem turba fidelis
Et cœlo nimium gens adamata, jubet.
Mox intra angustos descripta Ecclesia fines,
Colla jugo pressa est, Lex malè dura, tuo.
Continuo rerum vultus tunc panditur alter,
Heu nimium à prisco quam procul' alter abit!
Libertas primum se jussa facescere, terras
Liquit; at à Domino post revocanda novo.
Haec tenus investis turba & non puberis ævi,
Duxerat innocuos, lœta per arva, choros.
Nunc, sumpta tandem præ exta, tristior ibat,
Atque manu sceva sceptra tenente gemit.
Non matrum lallus, cantataque nænia, silvis
Tunc audita: atro fulmina monte tonant;
Monte sonant patruæ tonitralia verbera linguæ:
Horrida discipulos terret imago novos.
Per crepitus ferulæ, per diræ carmina legis,
Numine se mitem dissimulante Patrem.
Inde statim tetricis gens est commissa magistris,
Queis est divinum nomen habere datum.
Addita sunt servis auctoramenta, severi
Mancipi, propria signa notata manu.

Tempo-

Temporis extre^mum sc̄e explicat inde volumen,
Inde orbi tandem pristina forma redit.
Tempore cum pleno , sc̄e emersisse superne
Lux & libertas aurea , vis̄a fuit.
Tunc nova lux terris gratum aspirasse decorem ,
Et visus Superis conciliatus honos.
Cum Deus , ut pleno nos cœli proluat alvēo ,
Ad nostram in nostro corpore visit humum :
Humanam indutus naturam , dona , Parente
Quæ tribuente tulit grandia , dona dedit :
Viribus haud illis , nisu & majore canenda ,
Flamine quæ sancto , dona , pluente , cadunt.
O quis me dextra nixum super æthera tollat ,
Usurpare oculis tempora terna meis !
Natalesque libros mundi fideique , quis uno ,
Mirifica explicitos arte , tenore dabit ?
Ætatum choreas & terna volumina rerum
Clave mihi triplici , quis , referata dabit ?
Laus H E I D E G G E R I est fugientem prendere mundum ,
Et fidei cunas restituisse suas.
Post se , postque suas Moses latet usque figuras
Quamvis ablato tegmine nudus erat ;
Quis Mosem in Christo , Christumque in Mose vicissim ,
Exhibeat ? laus hæc altera cuius erit ?
Cujus erit , nisi B U R M A N N I , quem sacra Minerva
Jam puerum molli visa fovere sinu ?
Ingenium , mentisque acies , penetrantior omni
Ferro , cui data sunt ; munera larga Dei.
Ille mari Solymæarum bene laetus aquarum ,
Doctus Idumæos depopulatur agros :

Ausus

Ausus in extremos sese penetrare recessus,
Unde manu forti multa tropæa refert.
Ille valens animo , clava perfracta trinodi
Viribus Herculeis secula plana dabat;
Jamque aperit sacro tria tempora percitus cœstro ;
Ecce tibi præsens hinc modo surgit opus ,
Quo nihil in nostro legitur locupletius orbe ;
Nec quicquam in nostro pulcrius orbe datur.
Te cupio C O C C E J E , tuamque H È I D A N E juventam ,
Quis desiderio præstet utrumque meo ?
Pagina quæ numeros desidero præstet utrosque ,
Pagina B U R M A N N I præstat utrumque mihi.

P H I L I P P U S R U L A E U S .

c l o c L X X I .

Ipsis Idibus Januarii.



A D.

Clarissimum atque Doctissimum:

V I R U M,

D. FRANCISCIUM BURMANUM;

Nitidissimum Synopseos suę opus edentem.

מה זה נוגה זורה בקרב השמיים

כזוהר המאור בעור בצהרים:

הלא האיש הזה גדול ומחוכם

בכל ארץ ההל ופרא מועלם:

שוב יתן לנו טוב יקר מאד ספר

לא בעל עקשות כי אם רברוי שפר:

השליך כל גלולים ואומר פתחלול

הניחם לבני שוא כי ילורי שאול:

בטל ערף ללקחו שמעו עט קרוישים

שאבתת בשושן מנהר צמאים:

זה איש יורה אתחם הדרך הישרה

בפייו משפטים ותורה כשרה:

מארם עד היום מפרש סתוםות

במקרא יבין בshall כתובות:

אם נא מצאנו חן יהוה אלוהינו

לא יקרה לאיש רע וכפירה חיינו:

בכיסאך.

טכטאך יפיק רצון זהכר רכ
תהי נא אל רחום וחנון לו לאב :
תברך מעשי ותאשר חייו
למען יאריך בשמחה כל ימו :
בן הדרו לעד כאור בצהרים
בן במותו נפשו עמק בשמים :

HERMANNUS BRUINSTEEN,

Haga-Batavus,



C O N S P E C T U S

Locorum & Capitum

S Y N O P S E O S T H E O L O G I A E ,

& speciatim

Oeconomia Fœderum Dei.

L I B E R P R I M U S .

De Introductione Theologiae, ejusque principio, Scriptura
S. item de Deo ejusque decretis & operibus.

C A P U T

- | | | |
|-----|--|---------|
| I. | P RO O E M I U M . <i>De Oeconomia temporum & operis divi-
sione.</i> | Pag. 1. |
| II. | <i>De Religione & Theologia.</i> | 3. |

Locus I. D E S A C R A S C R I P T U R A .

- | | | |
|-------|---|-----|
| III. | <i>De Verbi & Scripturæ divine necessitate.</i> | 18. |
| IV. | <i>De ejusdem divinitate.</i> | 20. |
| V. | <i>De Scripturæ divinae auctoritate.</i> | 28. |
| VI. | <i>De libris Canonicis, Apocryphis ac suppositiis.</i> | 34. |
| VII. | <i>De Integritate Scripturæ Sacrae.</i> | 41. |
| VIII. | <i>De perfectione Sacrae Scripturae.</i> | 45. |
| IX. | <i>De Enthusiasmo ac Libertinis & Pontificiis Traditionariis.</i> | 50. |
| X. | <i>De perspicuitate Sacrae Scripturae.</i> | 61. |
| XI. | <i>De Scripturæ Usu & Lectione.</i> | 67. |
| XII. | <i>De Scripturæ Interpretatione.</i> | 70. |
| XIII. | <i>De Scripturæ Versione.</i> | 87. |

Locus II. D E D E O .

- | | | |
|------|--|-----|
| XIV. | <i>De Existentia Dei.</i> | 89. |
| XV. | <i>De Aseitate, primitate & unitate Dei.</i> | 96. |
| XVI. | <i>De</i> | |

C A P U T	P a g.
XVI. <i>De Nominibus Dei.</i>	99.
XVII. <i>De Spiritualitate & Invibilitate Dei.</i>	104.
XVIII. <i>De Infinite & Perfectione Dei.</i>	107.
XIX. <i>De Attributis Dei in genere.</i>	108.
XX. <i>De Vita Dei.</i>	112.
XXI. <i>De Intellectu & scientia Dei.</i>	113.
XXII. <i>De Voluntate Dei.</i>	120.
XXIII. <i>De Attributis divina voluntatis, quæ affectus vocantur.</i>	126.
<i>De admiratione Dei. Amore & odio Dei.</i>	127.
<i>De Ira Dei.</i>	129.
<i>De Desiderio & averfione Dei.</i>	130.
<i>De spe Dei, ejusque oppositis. De gaudio & tristitia Dei.</i>	131.
<i>De Irrifone & Misericordia Dei.</i>	132.
<i>De Acquiescentia & Pœnitentia Dei.</i>	133.
<i>De Gloria Dei.</i>	134.
XXIV. <i>De Attributis voluntatis divinae, quæ Virtutes vocantur.</i>	134.
XXV. <i>De Omnipotentia Dei.</i>	143.
XXVI. <i>De Omnipræsentia Dei.</i>	148.
XXVII. <i>De Æternitate Dei.</i>	153.
XXVIII. <i>De simplicitate & immutabilitate Dei.</i>	157.
XXIX. <i>De Glori. & Beatitudine Dei.</i>	159.

Locus III. De S.S. TRINITATE.

XXX. <i>De S.S. Trinitate & Personarum distinctione.</i>	161.
XXXI. <i>De Personis divinis in specie.</i>	167.
XXXII. <i>De S. S. Trinitatis demonstratione.</i>	180.
XXXIII. <i>De Deitate FILII.</i>	188.
XXXIV. <i>De Deitate SPIRITUS SANCTI.</i>	212.
XXXV. <i>De Hæreticorum circa S.S. Trinitatem erroribus.</i>	217.
XXXVI. <i>De Oeconomia trium Personarum, illarumque secundum eam attributis & operibus.</i>	227.

Locus IV. De C O N S I L I O & P RÆ D E S T I N A T I O N E D I V I N I S.

XXXVII. <i>De Consilio & Decreto Dei in genere.</i>	235.
XXXVIII. <i>De divina Prædestinatione, & speciatim Electione.</i>	243.
XXXIX. <i>De</i>	

CAPUT.

- XXXIX. *De divina Reprobatione.*
XL. *De Erroribus circa prædestinationem.*

Pag.

254.

262.

Locus V. De C R E A T I O N E.

XLI.	<i>De Creatione in genere.</i>	271.
XLII.	<i>De Operibus Creationis in specie.</i>	284.
	<i>De Operibus primi diei.</i>	288.
	<i>secundi diei.</i>	293.
	<i>tertii diei.</i>	297.
	<i>quarti diei.</i>	298.
	<i>quinti diei.</i>	303.
	<i>sexti diei.</i>	304.

Locus VI. De P R O V I D E N T I A D E I.

XLIII.	<i>De Providentia Dei in genere.</i>	318.
XLIV.	<i>De Providentia Dei in specie.</i>	326.

Locus VII. De A N G E L I S.

XLV.	<i>De Angelis in genere.</i>	350.
XLVI.	<i>De Angelis in specie.</i>	362.

L I B E R S E C U N D U S.

De Oeconomia Fœderis naturæ, seu operum, &
Fœderis gratiæ in genere.Locus VIII. De HOMINE AD I M A G I N E M D E I
C O N D I T O, & F O E D E R E D E I C U M I P S O.

I.	D E Imagine Dei in homine.	384.
II.	<i>De Fœdere Dei cum homine primo.</i>	389.
III.	<i>De sanctione fœderis naturæ per promissionem vita & commi- nationem mortis.</i>	396.
IV.	<i>De Sacramentis fœderis naturæ, Paradiso & Arbore vita.</i>	405.
V.	<i>De Arbore scientiæ & precepto circa eam.</i>	410.

Locus

CAPUT

Pàg.

Locus IX. De TRANSGRESSIONE FOEDERIS NATURÆ.

VI.	<i>De Lapsu hominis.</i>	415.
VII.	<i>De Peccato.</i>	428.

**Locus. X. De EFFECTIBUS TRANSGRESSIONIS
in homine primo & posteris.**

VIII.	<i>De Effectibus peccati in primo homine.</i>	433.
IX.	<i>De peccato originali.</i>	444.
X.	<i>De peccato actuali.</i>	455.
XI.	<i>De servo arbitrio.</i>	462.
XII.	<i>De Fæderis operum antiquatione.</i>	471.

Locus XI. De FOEDERIS GRATIÆ CONSTITUTIONE.

XIII.	<i>De Fædere ac Testamento gratia.</i>	475.
XIV.	<i>De Mediatore Fæderis gratia.</i>	481.
XV.	<i>De Sponsione Fæderis gratia.</i>	488.

Locus XII. De FOEDERIS GRATIÆ EXECUTIONE.

XVI.	<i>De promulgatione & applicatione Fæderis GRATIÆ.</i>	497.
XVII.	<i>De subiecto Fæderis gratia. Ubi de ejus latitudine & gratia universali.</i>	499.

L I B E R T E R T I U S.**De Oeconomia Fæderis gratiæ sub
P R O M I S S I O N E.****Locus XIII. De PRIMA PROMISSIONE ejusque propagatione
usque ad MOSEN.**

I.	<i>D</i> E prima promissione , ejusque propagatione usque ad Abrahamum.	506.
II.	<i>De Vocatione Abrahami , ac fædere Dei cum ipso imto , & speciali promissione ipsi data.</i>	512.
III.	<i>De Propagatione Promissionis ab Abrahamo ad Mosen.</i>	522.
IV.	<i>De fide Patrum sub Promissione , eorumque justitia ac spes salutis.</i>	531.

Locus XIV. De VERBO SUB PROMISSIONE.

V.	<i>De Verbo Ecclesie sub Promissione , & revelationibus propheticis</i>
----	---

CAPUT

ticis.

Pág.

543.

Locus XV. De SACRAMENTIS & CULTU sub PROMISSIONE.

- | | | |
|------|--|------|
| VI. | <i>De Sacramentis sub Promissione.</i> | 554. |
| VII. | <i>De Cultu extero Ecclesie sub Promissione.</i> | 566. |

Locus X V I..

- | | | |
|-------|---|------|
| VIII. | <i>De Ecclesiæ sub Promissione statu ac latitudine.</i> | 571. |
|-------|---|------|

L I B E R Q U A R T U S.
**De Oeconomia Fœderis Gratiae sub
LEGE MOSIS.**

- | | | |
|-----|--|------|
| | Locus XVII. De VETERI TESTAMENTO & LEGE. | |
| I. | D E Veteri Testamento. | 582. |
| II. | D E Lege Dei in genere & triplici ejus divisione. | 588. |

Locus XVIII. De LEGE MORALI.

- | | | |
|------|---|------|
| III. | <i>De Lege Morali in genere.</i> | 590. |
| IV. | <i>De Legislatione.</i> | 593. |
| V. | <i>De Decalogo.</i> | 596. |
| VI. | <i>De Ministerio Legis ejusque usu.</i> | 601. |

Locus XIX.

- | | | |
|------|--|------|
| VII. | <i>De Legis Ceremonialis institutione, causis & usu.</i> | 607. |
|------|--|------|

Locus XX. De PERSONIS SACRIS.

- | | | |
|-------|---|------|
| VIII. | <i>De Pontifice & Sacerdotibus.</i> | 613. |
| IX. | <i>De Levitis & Nethinais.</i> | 623. |
| X. | <i>De Nazareis & Rechabitibus.</i> | 625. |

Locus XI. De ACTIONIBUS SACRIS.

- | | | |
|-----|------------------------|------|
| XI. | <i>De Sacrificiis.</i> | 628. |
|-----|------------------------|------|

Locus

XII.	<i>De Rebus sacris.</i>	645.
------	-------------------------	------

Locus XXIII. De LOCIS SACRIS.

XIII.	<i>De Tabernaculo Moysis.</i>	649.
XIV.	<i>De Vasibus Tabernaculi.</i>	653.
XV.	<i>De Templo.</i>	660.
XVI.	<i>De reliquis locis sacris.</i>	666.

Locus XXIV. De TEMPORIBUS SACRIS.

XVII.	<i>De Temporibus Iudaeorum, speciarim de Sabbato & Neomenia.</i>	669:
XVIII.	<i>De tribus Festis anniversariis.</i>	673.
XIX.	<i>De reliquis festis.</i>	679.

Locus XXV. De CEREMONIIS JUDÆORUM PRIVATIS &
OMNIUM ABRÓGATIONE.

XX.	<i>De Iudaorum vestitu.</i>	684.
XXI.	<i>De discrimine ciborum.</i>	686.
XXII.	<i>De munditie, inmunditie & purificationibus legalibus</i>	690.
XXIII.	<i>De abrogatione legis ceremonialis.</i>	696.

Locus XXVI.

XXIV.	<i>De Legi forensi.</i>	699.
-------	-------------------------	------

Locus XXVII. De OECONOMIA LEGIS & GRATIÆ
sub V. TEST.

XXV.	<i>De Oeconomia legali ejusque attributis.</i>	702.
XXVI.	<i>De permanione promissionis & gratiae sub V. Test.</i>	708.
XXVII.	<i>De Antiquatione V. Test. ejusque appropinquatione ad abolitionem.</i>	712.

Locus XXVIII. De REVELATIONE & VERBO sub OECO-
NOMIA LEGALI.

XXVIII.	<i>De Mose, omniisque ejusratione.</i>	714.
	*****	2
XXIX.	<i>De</i>	

CAPUT

Pag.

XXIX.	<i>De revelatione Pontifici factâ per Urim & Thummim, re-</i>	
	<i>liquisque Prophetis.</i>	718.
XXX.	<i>De lege scripta.</i>	720.
Locus XXIX. De SACRAMENTIS & SIGNIS SACRAMENTALI-		
BUS sub LEGE.		
XXXI.	<i>De Paschate.</i>	722.
XXXII.	<i>De reliquis Sacramentis.</i>	729.
Locus XXX. De ECCLESIA sub LEGE.		
XXXIII.	<i>De latitudine & statu Ecclesiae sub Lege, in genere,</i>	733
XXXIV.	<i>De Ecclesia sub Iosua & Iudicibus.</i>	736
XXXV.	<i>De Ecclesia sub Regibus.</i>	739.
XXXVI.	<i>De Ecclesia in Babylone.</i>	743.
XXXVII.	<i>De Ecclesia post captivitatem Babyloniam, sub Ducibus &</i>	
	<i>Pontificibus.</i>	746.
XXXVIII.	<i>De Ecclesia sub Principatu & Regno Asmonaeorum.</i>	754.
XXXIX.	<i>De Sectis Iudeorum.</i>	758.
XL.	<i>De Ecclesia sub Herode, ejusque statu sub adventum Chri-</i>	
	<i>sti.</i>	764.

S Y-



S Y N O P S I S
THEOLOGIÆ UNIVERSÆ,
ET SPECIATIM
Oeconomiaæ Fœderum Dei.

LIBER I. CAPUT I.

P R O O E M I U M.

De Oeconomia temporum & operis divisione.

- I.  Era & genuina Deum cognoscendi & colendi ratio, quam è Scriptura docet Theologia, est illa, quæ Deum considerat in ordine ad hominem, ut glorificantem sese in illo & molientem opus salutis illius.
- II. Opus illud salutis humanæ Deus ab æterno ^{id admini-} decrevit, & deinceps variè administravit, juxta ^{stravit} ^{juxta OE-} ^{ens opus} ^{CONOMI-} ^{salutis hu-} ^{AM TEM-} ^{manæ} ^{PORUM.} œconomiam temporum. *Notum fecit nobis*, inquit Paulus, *arcانum voluntatis sue, ad dispensationem plenitudinis temporum.* Eph. 1: 10. Dedit se ipsum redēctionis pretium pro omnibus, testimonium temporibus suis. 1 Tim. 2: 6. Ita dicitur Deus *h̄m̄ vita æterna promisſe ante tempora secularia; patefecisse autem præstitutis temporibus.* Tit. 1: 2. Et *preteritis etatis suis omnes gentes suis viis incedere.* Act. 14: 16. *temporibus autem istis dissimulatis denunciare omnibus ut resipiscant.* Act. 17: 30.

- III. Tempora hæc præcipue fuerunt in dupli discrīmine; nempe *Querūm 1. iavarūdīus, seu pranunciationis. 2. īavādīus, seu annunciationis.* duplex est *Abra-* *dīscrimen.*

Abraham dictæ sunt promissiones, & semini ejus. Gal. 3: 16. Segregatus ad Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis. Rom. 1: 2.

IV. Sub illa fuerunt προσπλήξιτες ante sperantes, Eph. 1: 12. Act. 26: 6, 7. Et erat tum spes; sub hac est ipsa fides. Conclusi in eam fidem qua erat revelanda. Gal. 3: 23.

*Vnde dis-
plex secu-
lum.*

V. Unde sæculum duplex: vel *præsens*, respectu V. Test. vel *futurum*, respectu N. T. Hebr. 2: 5. 6: 5. 9: 9. 1 Cor. 2: 6. Eph. 1: 21.

VI. Quod sæculum Novi Test. præcessit tempus certo decreto & statuto definitum ; quod inde dicitur *i ἀρχὴν στατοῦ τὸν χρόνον* *statutum tempus*, Gal. 4: 2. מָעוֹן *fixum & limitatum tempus* : sub quo durare necesse erat visionem. Hab. 2: 3. Cujus statuti temporis ultima pars dicitur *finis præstituti temporis*. ibid. Dan. 11: 27. & *extremum dierum horum* , Esai. 2: 2. Hebr. 1: 1. Quam temporum diversitatem cum Deus variis signis prænunciaverit ; ideo hæc σημεῖα τῶν καιρῶν, seu *signa temporum* bene distinguenda sunt. Matth. 16: 3.

*Et inde di-
visio uni-
versæ øco-
nomie fœ-
derum Dei.*

VII. Juxta hæc signa temporum considerabimus universam fœderum Dei & salutis humanæ economiam. 1. In *origine*, seu principio & causa eius. 2. In *administratione*. 3. In *consummatione* eius.

nomiae fœderum Dei.

VIII. *Origo seu principium & causa illius est in Deo, & illius æternō decreto & consilio.*

X. Administratio continetur in œconomia duplicitis foederis. 1. Naturæ seu operum. 2. Gratiaæ seu fidei.

X. Fœdus operum continet i. Illius institutionem. 2. Illius violationem. 3. Illius antiquationem.

XI. Fœdus *Gratia* consideratur; vel in *generali* illius natura & intitulatione; vel in *speciali* illius administratione: quæ triplex. 1. Sub *Promissione*, ante legem. 2. Sub *Lege*, ubi incipit *V. Testamentum*. 3. Sub *Evangelio*, ubi incipit *N. Testamentum*.

XII. *Consummatio* salutis humanæ est in novissimis hominis & mundi in statu gloriæ. Ita ut hic habeamus initium, progressum & finem, sive consummationem universæ civitatis Dei, seu Ecclesiæ. *Habetis fructum vestrum in sanctimonium: finem autem, vitam eternam.* Rom. 6: 22. *Genus electum, populus, quem sibi Deus ut proprium vindicat, ut virtutes prædicetis illius, qui vos vocavit e tenebris in admirabilem suam lucem.* 1. Petr. 2: 9. Ut appareat, Deum & facere omnia pulchra in tempore suo; Eccl. 3: 11. & sapienter ita decrevisse quemadmodum fecit.

Directed to Dr: John Cheekley in Boston
New England.

To J. Mortimer Esq: F. R. S. To be left with
G. Mortlock, or R. Robinson, Booksellers in St.
Paul's Churchyard, London.

Boston Octob^r. 10. 1720.

M^r Mortimer, this Summer I bought your Art
of Husbandry, and finding in the Chapter of the Oaks,
that you make mention of the Acle extracted from the Acorn
of the white Oak of New England; and that you intimate
it might be of Service, if some of them were planted
in England. I have sent you about 3 doz Acorns
of one of the best & fairest white Oaks that I know
in the Country. We have besides this, & other Species
of the Oaks, viz Chestnut; Black, grey & red Oaks.
I propose (God willing) to be in London about 16
Months hence, and if either your Interest or Curiosity
incline you to accept of them, I'll bring with me some
Acorns of the different Sorts of Oaks which the Country
produces, if you will but please to intimation that they
would be acceptable to you, by a Letter to (S,) your
(unknown) Friend & very humble Servt

Jn Cheekley

P. S. I have likewise sent you 3 of the largest &
fairest Walnuts [Shag-Barks] that I have
seen —



XIII. Initium igitur hic sumemus à Deo & ejus aeternitate, transi-
funti per omnia saecula, donec iterum desinamus in aeternitatem. *Quia
quos pranovit, etiam predefinivit conformes imagini filii sui; quos vero pre-
definivit, hos & vocavit; & quos vocavit, hos & justificavit; quos au-
tem justificavit, hos & glorificavit.* Rom. 8: 29, 30. Sicut & in Symbolo
Apostolico fides exordium facit à Deo omnipotente, transiens per ope-
ra creationis & redēptionis, & desinens in vitam aeternam.

XIV. In hisce ergo continetur universa *Theologia* & *fides*, tam quo-
ad *historiam*, quam quoad *dogmata*, cum universo ejus discrimine & di-
versitate in omni Ecclesiæ statu sub Veteri & Novo Testamentis. *in qua
synopsis totius Theologie.*

XV. Quibus breviter interponemus suis locis, quantum poterimus,
hominum errores, & inde natas *controversias*, prout singulas *Theologiæ*
& *œconomiae* hujus partes impetunt.

XVI. Ut ita habeamus synopsis *Theologiæ* totius: idque ea
methodo, quam Deus ipse observavit in administratione ejus; quæ omnium
maximè naturalis & perspicua est: res enim factæ & natæ optime ut
orientes spectantur.

XVII. Hisce autem præmittemus generalem considerationem *Reli-
gionis* & *Theologiæ*, quæ in hisce omnibus traditur; ut & *Verbi* ac *Scri-
pturæ* divinæ, tanquam principii, ex quo omnis *Theologiæ* & salutis no-
stræ notitia haurienda est.

C A P U T III.

De Religione & Theologia.

I.  Reatura rationalis, cum à Deo condita sit ad ipsius glo- *Creatura*
riam; ad eum, tanquam ad principium suum atque origi- *rationalis*
nem, perpetuo contendit: nec aliter immortale istud bea- *ad Deum*
titudinis desiderium, quo agitur, implere ac satiare potest,
quam solo Deo.

II. Hinc illa quoque iis à conditore suo instructa est facultatibus ac
subsidiis, quibus ad Deum suum sese convertere, ipsumque attingere pro-
xime posset.

III. Atque hæc *Religionis* est origo; quæ homini viam commonstrat *Quæam*
per quam ad Deum ejusque unionem perveniat. Appellatur ea in sacris *ducit RE-*
gen. LIGIO.

*Spontēia, ērītēia, &c. Jac. 1: 26, 27. Act. 26: 15. Hebræis dicitur
cultus, ut & cognitio Dei, amor Dei, timor Dei &c.*

*Que de-
scribitur
secundum
suas par-
tes,*

actus,

*& origi-
nem.*

*Ut de-
tur natu-
ralis reli-
gio.*

IV. Est autem religio, recta Deum cognoscendi & colendi ratio, quâ creatura rationalis debitum Deo, tanquam primo auctori ac domino suo, honorem & cultum exhibet, sub spe certâ divinæ remuneratio- nis. Ita eam definit Apostolus, quod sit agnitus veritatis ejus quae est secun- dum pietatem, ad spem vita aeterna, Tit. 1: 1, 2. Est enim nihil aliud, quam rectus de Deo sensus, & rectus in Deum affectus, & studium facien- di quod ei gratum est. Quò pertinet τὸ ἵνας τῷ θεῷ. Hebr. 11: 6. qui est cultus Dei.

V. Actus autem religionis quibus Deum, tanquam supremum domi- num nostrum, prosequimur, sunt vel solum interni; ut amor, timor, fidu- cia, & similes: vel ex interno & externo compositi; ut invocatio, quæ mix- ti generis, est cum animo & ore fiat: vel externi solum; ut adoratio; tum major illa, qua festa instituuntur, tempora eriguntur, sacrificia offeruntur; tum minor illa, qua solum corpus prosterimus; vel partem ejus, puta ca- put vel genua inclinamus, vel manus ori admovemus.

VI. Fluit religio ex ipsa Dei hominisque natura: cum creaturam ra- tionalem nihil æquè deceat, quam Dei, à quo condita est, atque à cuius nutu deperidet, excellentiam summasque virtutes venerari ac colere.

VII. Inde religio necessaria & naturalis rationis sequela est: atque adeo datur religio naturalis.

VIII. Quam confirmat naturalis omnium populorum consensus: neque sine eo religionis in omnium hominum animis veluti semine, po- liticorum astus in introducendo deorum metu ac cultu quidquam va- luisset.

IX. Deprimunt ac tollunt naturalem hanc religionem *Athei* ac pro- fani; à quibus hac in re non multum abeunt *Sociniani*, ingenitam Dei notitiam negantes: nimium autem eam extollunt *Pelagiani* veteres ac no- vi; iidemque rursus *Sociniani*, communem aliquam religionem dari sta- tuentes, per quam unusquisque, naturæ ac rationis ductum sequens, in quacunque secta salutem invenire possit.

X. Aliter autem docet Scriptura, prædicens, *non aliud nomen (quam nomen Jesu Christi) esse sub cœlo, quod datum sit inter homines, per quod oporteat nos servari.* Act. 4: 12. ac hominem, dum religiones sibi in- venire ac effingere studet, διάλογοισμῶν ac cogitationum suarum vanitate infatuatum pronuncians. *Cum se profiterentur sapientes, stulti facti sunt.*

Quam-

M^r John Read,

Boston Decemb^r 31. 1720.

The Orders in the several Letters received from you I have in a great Measure fulfill'd. What remains undone is as follows, viz; the papers belonging to Sutton, Erasmus Jones & Bushell not deliver'd the Owners not yet coming for them. The papers against M^r Mather I have still by me, the reason this; I shewed them to Mr Hearne, who said it woud be to no purpose to proceed without one of the Witnesses could be present to prove the Bond. I wish this Affair had been committed to some other person, lest my appearing in it shou'd seem to proceed from Spite & ill Will.

I have receiv'd 40^s on your account of Read & Swartz, but nothing yet of M^r Tyley. Of all the poor Wretches haunting my House on your account since your Departure, I pity none more than Jones who is concern'd with Morecock, I am really sorry you did not leave some Directions about him; the poor Fellow seem to be in great Distress. Depend upon it, if you were to be at my House again, and I had the least Intimation of your going away, I woud immediately slip up an Advertisement upon the post before thes Doors, for all People to watch as well as pray, and him in their respective claims; that for the futures I might not be under the Necessity of ~~quarrelling with them~~ hearing them (curse their litigious Brawls) talk it over, (as they call it) or quarrelling with nine in ten of them to get rid of it.

Last Wednesday Night I call'd over Mr Dering and his Wife to Supper, to whom (by the Desire of my Wife) I read your letters, and Mr Dering is resolv'd to fit file part of my Office, that is, he designs ~~wants~~ to write to your Wife on your Behalf

I should be glad if you could (without much trouble) procure for me some of the Stone-Instruments &c, which were used by the Indians before the Europeans came into this Country. It may be Chickasaw may have, or may give you some account how to get, some of them. I have seen in many Country houses several of them lying about, the people making no Account of them. They are often found by the Plough-man breaking-up new Ground where the Indians used to settle.

It is very probable that you may meet with some of them at New Haven, Fairfield or the parts adjacent: if you meet with any of them in any of your Travels, please to purchase them, and order them down to my House, and I'll pay for them. You may possibly wonder what I have to do with them, but your surprise ought to cease when you consider, that nothing comes amiss to a Virtuoso; and more than that, besides the vain empty pleasure (as some call it) of挂在 them in their several Orders, accompanied with the various Species of Butterflies here, Shells there, Rattles, Skins &c. Teeth of Rattlesnakes in that Drawer, and on this Shelf-dried Toads, Beetles & Pismires &c, beyond all this, I say, I have a further Use for them fit Instruments for an airy Architect you say? in building my Castles in the Air.

My wife gives her Service to you & your Family, but is somewhat displeas'd, that in all your Letters you made no Mention of our Son - A speedy Account of your getting safe home and finding your Family in Health, (in which State I pray God to continue them) will be a pleasure to (S^r) your Friend every humble Serv^t J. Cheekley

W^m John Read,

My Friend, in Obedience to the Commands of my
Holy Mother the Church of England, (that most excellent
Branch of the Church catholic,) I am endeavouring to
prepare myself for the ensuing Festival, the grateful
commemoration of the Nativity of our great & glorious Re-
deemer. And notwithstanding that Mirth & Joy are
inconsistent with the just Observation of the Vigil,
being rather the necessary Concomitants & Decorations
of a Feast, yet I perceive, that it is not in my
power to suppress the swelling Expectations in
my soul, which are rais'd by ~~reflect~~ looking for-
ward upon the coming Day; I cannot help
anticipating the approaching Joy! Believe me
Friend, when I reflect upon the astonishing Love
of the Deity, in sending his only-begotten into the
World, for the Redemption of lost Mankind, I feel
what I cannot express, and can only tell you, that
I am sure, all Nature shou'd rejoice, and sing
their grateful Hallelujahs to the God of all Grace
for his amazing Love,

For which the Seraphim rejoicing bow'd;

And sang Hosannahs to the new-born-God!

Let these, my ravish'd soul, thy great Example
be. I glow, I burn, my Heart strikes quick,
and every Pulse beats Joy!

But now to change the Scene. Alas! my Friend,
my Ecstasie subsides, and sinks impetuous to a Scene
of Woe. An horrid, gloomy Damp has chill'd my
(just now) glowing Heart, and quench'd the risin
Fame.

I mourn, I mourn for those unhappy wretches (tho'
otherwise my Friends) who crucifie afresh, and add
new Tortures to their suffering Lord. Unhappy Men!
who think to merit Heaven by Acts of Disobedience,
and vainly flatter themselves, that they shall gain
the Favour of the Eternal Father, by doing (what
He has expressly forbidden) Despight to the eternal
Son.

Is it not amazing, that Men shou'd glory in their
Non-commemoration of the Day, and in their devi-
-lizing of those who religiously observe it; and (which
is worse) take pain to make all Mankind detest &
abhor it. This is what I call doing Despight
to the Son of God; and 'tis this which has now
overwhelmed me with grief.

Th' low then my Tears,

For Tears flow nobly shed for lost Mankind.

But O my Soul come, not thou near the tents
of these wicked Men!

And that you my Friend, may for the future
preserve inviolate the Unity of the Faith in
the Bond of peace, and no more (by herding
with them) encourage these wicked Men, is
the lasty prayer of your Friend & very
humble Servt Jo. Peepley

Quamobrem tradidit eos Deus cupiditatibus cordium ipsorum ad impuritatem, Rom. 1: 22, 24.

X I. Hinc nulla religio naturalis ad salutem sufficit. Nam cum omnes peccatores simus, natura rationem qua justitiae divinæ satisfiat, & inodum quo Deus queri & inveniri possit, ac Deus peccatoris fieri, ipsique conciliari velit, nullo modo docet: verum hæc *mysterium* sunt *voluntatis Dei*. Eph. 1: 9. Imò nec ea ipsa, quæ naturaliter de Deo intelligi possunt, à peccatore non sanctificato digne animadvertuntur; cum ipsi desit *virtus*, & spiritualis consideratio, & amor veritatis: quæ ex solo fidei amorisque erga Deum lumine oriuntur, quo peccator caret. *Animalis quippe homo non est capax corum quæ sunt spiritus Dei; sunt enim ei stultiuti*, 1. Cor. 2: 14. *Nec idonei sumus ex nobis ipsis ad cogitandum quicquam boni & salutaris*. 2. Cor. 3: 5.

X I I. Cum ergo naturalis religio ad finem suum assurgere amplius *revelatio* non possit, & idololatria, superstitione, variisque erroribus decolorata ac *ta religio*- propemodum extincta esset, intercessit divina revelatio, & verum Dei *opus* *ne opus sit*. cultum homini patefecit.

X I I I. Atque inde religio vera à solo Deo ejusque revelatione dependet. *Caro & sanguis hæc non retexit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis*. Matth. 16: 17. *Nobis autem Deus retexit per Spiritum suum*. 1. Cor. 2: 10. In quo differt ab aliis scientiis, quæ sola rationis atque sensuum opere ab humano ingenio efformantur: cum religio non sit rerum sensibilium, aut hujus vitæ, sed eorum, *quæ oculus non vidit*, &c. 1. Cor. 2: 9. & humanæ rationis captum longè transcendat, nec intra illius cancellos includi debeat: sed à solo Deo revelante pendeat.

X I V. Quam revelationem sicut ab unâ parte requirit hominis indigentia, & indefinens salutis obtainendæ desiderium: ita ab altera parte non levem ejus spem facit Dei bonitas; quam imprimis decet, Deum creature rationali, quæ ad se tanquam ad finem suum condita est, quamque ex uno peccatoris sanguine propagatam tolerat & beneficiis cumulat, & ut sibi gratias agat, rebus ipsis invitat, seipsum communicare, eamque ad sui communionem perducere. Neque enim temere condidit humanum genus, *neque frustra creavit omnes filios hominum*. Psal. 89: 48.

X V. Revelatio hæc Dei variis modis hominibus facta est, Hebr. 1: 1. *diversitas*, Duæ tamen illius præcipuæ sunt diversitates: aut enim *apertos immediate* mentem hominis de voluntate suâ instruxit; aut *impertos mediate* per homines idem effectit. Per se ipsum Deus voluntatem suam hominibus pate-

fecit , vel loqua : *Jehova Deus in clamabat Adamum , & dicebat ei, ubi es?* Gen. 3: 9. *Angelus Jehova dixit , Abraham!* ibid. 22: 11. ita in legislatione elocutus est Deus omnia hæc verba, dicendo, &c. Exod. 20: 1. & Saulus audiebat vocem sibi dicentem, *Saul, Saul, quid persequeris me?* &c. Act. 9: 4. aliiſe signis homini intelligibilibus. Ex. gr. *vel per visionem, vel per somnium, vel in os alloquendo eum,* Num. 12: 6, 8. vel etiam sine iis per se excitavit cognitionem suæ voluntatis in intellectu hominis. *Per revelationem Jesu Christi,* Gal. 1: 11, 12. quod rursus variis modis factum concipi potest.

partes, quoad religionem peccatoris. X VI. Per hanc ergo revelationem supernaturalem omnis peccatorum religio perficitur ; idque tribus ferè partibus : quæ sunt 1. *Promissio gratiæ divinæ* , qua constat peccatoris salus. 2. *Præcepta divina, promissioni adjuncta.* 3. *Cultus externus* , in quo religionis est professio ejusque exercitium. Hasce partes in omni peccatorum religione , licet cum graduū accidentiumque variatione, reperire est.

X VII. Perperam autem *Sociniani* , & qui cum iis hic faciunt, *Remonstrantes*, religionem omnem duabus ita circumscribunt partibus , *mandatis* nimirum divinis , & *promissis*, tanquam via à Deo prescripta ad obtinendam vitam æternam; quibus subjungunt nostram *obedientiam & spem*, ut excludant iis cognitionem credendorum, & fidem, tanquam promissionis & mandati partem : cum *finis denunciationis sit amor ex puro corde , & conscientia bonâ , & fide non fucatâ,* 1. Tim. 1: 5. Paulus item *denunciet* suo Timotheo *coram Deo, ut servet præceptum absque macula.* 1. Tim. 6: 14. *Hoc enim est ipissimum præceptum Dei, ut credamus nomini Fili ejus J. Christi.* 1. Joh. 3: 23. Sic autem instituunt, ut necessitate cognitionis veritatis ita exterminatâ, intra generales illas religionis partes quascunque sectas, generalia ista tenentes, recipere possint. Quæ omnia huc collineant, ut fundatum ponatur, salutem obtineri, non fide, sed obedientiâ. Plane contra promissionem Dei : *Indam legem meam menti eorum , cognoscent me à minimo eorum usque ad maximum , me condonante iniquitatem eorum.* Jer. 31: 33, 34. & dictum Christi : *Hoc est vita eterna, ut te cognoscant illum solum verum Deum &c.* Joh. 17: 3. & infinita Scripturæ loca : *Quosvis enim homines Deus vult servari, & ad agnitionem veritatis venire,* 1. Tim. 2: 4. *Datum est vobis nosse mysteria regni cœlorum.* Matth. 13: 11. Unde dicimur venturi in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei : cum è contra gentes mentem habeant obscuratam & alienatam à vita Dei, propter ignorantiam quæ est in ipsis. Eph. 4: 13, 18. & Paulus petit pro fide-

W John Read, Jr.

Boston January 30. 1720

The Church as well as State have thought fit in their great Wisdom, to command all their loving Subjects to observe religiously this Day as a Fast for ever, to deprecate those heavy Judgments hanging over the guilty Nation, (which they do justly deserve) for shedding the ^{sacred} innocent Blood of the royal Martyr. And it is my custom, (in Obedience to the Commands of my lawful Superior,) ~~mixed with~~ and prompted by the eternal Rules of God & Civil Law to a just Difference of the barbarous & inhumane Regicidez) it is my practice, I say, to shut up my Shop & House, and endeavour with my Family to keep a Fast unto his Lord; bewailing the horrid causes of the gloomy Day; and praying the God of Mercy (as that merciful church to which I belong has commanded me) to forgive those unhappy wretched Men, who, by abetting the same wicked principle, reach the horrid Crime; and raze & laugh at us over while we are praying for them!

How many unchristian, indecent Reflections have I heard with my own Ears thrown upon me, for my conscientious Observation of the Day? Making me worse than a papist, or even the Devil himself, for striving to keep alive those things which (they say) ought to be forgotten; by reason that few are now alive who were real Electors in them. But these unhappy Men (when it is too late) may to their sorrow know, that the Crimes of Parents do stain and vitiate the Blood of their Progeny: that the crying Sin of shedding innocent & royal Blood (unless on hearty and universal Contrition wash out the scarlet Stain) becomes epidemic, includes the whole: and that nothing less than a national Repentance can expiate a national Crime.

Therefore how much Reason have the Nation to humble themselves, and pray to the God of Mercy to avert that Wrath, which is so justly due to the Perpetrators (and all the Abettors) of the cursed Fact! And alas! There are too, too many who defend the horrid Regicide, and glory in their being

being of their Long-pursuing, hellish principles: and there
are too many others, who, tho' they do not openly profess
these diabolical Tenets, are unhappily deluded by the crafty
but specious pretences of cunning, wicked Men, to entertain
such mischievous principles, as, were they pursued to their full
Length, woud inevitably involve them in the same Guilt,
and make them (even those moderate Men) react the impious
Crime. Therefore O my Soul, come with thou into their
Council, into their Officiblty, into their Honour, be not thou
united: for in this Danger they slew a Man.

* With Astonishment & Horror I behold these wretched
Miscreants lapping (with inhumane pleasure) that royal
Blood their Fathers shed, and gushing after more!

I ~~do~~ reflect with sorrow upon these wicked principles,
which have brought down fearful Judgments upon this
whole Land; and more are sick thereof. These, these
unchristian practices & principles it was, that drove
the next Heirs of the Crown into Popish Countries.
Whence all the Evils that have since overtaken us
have visibly followed; and all that still threaten us.
These bad principles have brought a scandal upon

a paper his. I for Amer. Med 12: C5. et al. 17.

the protestant Name, and indeed upon Christianity it-
self, which, blasphem'd among the Heathen upon this Acc't.
Wherefore that you & your whole Mankind may know
& practise our Duty to God your prince, is the hearty
prayer of your sincere friend & very humble
Servant John Gaskell.

We are all (I thank God) pretty well, and pray for
the prosperity of your self & family.

fidelibus, ut impleantur agnitione voluntatis Dei, cum omni sapientia & intelligentia spirituali, crescentes in agnitione Dei. Col. 1: 9, 10. propter quam notitia f. Christi eminentiam ipse omnia damnum esse ducebat, Phil. 3: 8. Non enim potest pietas esse sine verâ fide; neque hæc sine vera notitia. Imo salus nostra non tam opere nostro, quam opere Dei, ejusque cognitione ac fiducia, constat. Ipsi autem omne mysterium, omnemque fidei notitiam è religione eliminantes, illam in philosophiam seu disciplinam duntaxat moralem & Ethicam, quæ omnibus hominibus communis esse possit, convertunt. Alioquin religionem omnem & verbum Dei totum in ἐπολην & ἐπαργελιαν mandatum & denunciationem, resolvi posse ex modo dictis patet.

XVIII. Religionis autem verae notæ duæ præcipue sunt 1. Si do-
ceat verum medium, quo possimus in perpetuum uniri cum Deo, & vin-
culum unionis cum eo ruptum redintegrare. 2. Si tradat rationem veram,
qua cultum Deo gratum exhibere, & officium nostrum erga ipsum ritè
præstare possimus.

XIX. Ex quo sequitur, solam religionem Christianam, ad verbum Dei conformatam, veram esse religionem. Christianam autem intelligimus non nomine solum ac æquivoce, qualis est Socinianorum, & quatenus tales sunt, Pontificiorum, ac similium religio, verum re ipsa talem.

XX. Ut autem spuriæ falsæque religiones à verâ discernantur, notandum est primo loco, religioni omni adversari duo extrema, Impietatem, & Superstitionem: quarum illa religioni demit, hæc superaddit: contra præceptum, Ne addite ad verbum illud, neque detrahite de eo. Deut. 4: 2.

XXI. Impietas est maxima illa & quasi universalis à religione deflexio, & ~~adversaria~~ seu ~~adversus~~ dicta, quasi irreligio, quæ in Atheismum & Epicureismum se diffundit. Quam subsequitur Supersticio, idolatriæ & Æglogenousias omnis mater & nutrix.

XXII. Est autem Supersticio, hominis Deum non cognoscens, & Superstitione, judicium ejus horrentis ob malam conscientiam, & temporalia bona præcipue ambientis, electio aliquid dicendi, faciendi, patiendi, offerendi, abstinendive, ut ita vel placet Deum, vel aliquid impetrat à Deo, denique super quo cum Deo ipso, si id non habeat acceptum, jurgari possit tanquam injusto & duro domino. Unde tales religiosi, et si coram mundo admirabiles sint, justi tamen vocari non possunt, sed potius, ut benè Plutarchus, eandem cum atheis habent ~~ægaliter~~.

XXIII. Secundo loco graditur Error, qui religionem aliquam retinens,

Error.

nens, eam tamen laedit & oppugnat: five ille error ita sit universalis, ut re-
infidelitas. ligionem veram planè abneget; qualis error est *Infidelitas*. Ita *lingua*
sunt signum non iis qui credunt, sed infidelibus; prophetia vero non infide-
libus, sed creditibus. 1. Cor. 14: 22, 23. five eam retineat, in fundamen-
heresis. talibus autem oppugnet; qualis est *heresis*. Ut qui noveris hereticum
esse perversum, & peccare; ut qui suopte judicio sit condemnatus. Tit. 3:
10, 11. five eam simpliciter tantum oppugnet & fidem corruptat, qua-
merus er- lis est merus error. *Ne errate. corrumpunt mores enim bonos colloquia mala,*
ror. 1. Cor. 15: 33. qui error ubi Ecclesiam scindit charitatisque divortium
schisma. facit, ut plerumque fit, *schisma* dicitur. *Ne sint inter vos dissidia; sed*
sitis compatrii eadem mente, & eadem sententia, 1. Cor. 1: 10.

XXIV. *Infidelitatem*, si in iis sit qui fidem agnoverant, facit *apostasia*.
Bonâ conscientiâ expulsa, nonnulli naufragium fidei fecerunt: ex quibus est
Hymenaeus & Alexander, quos tradidi Sathanæ; ut castigati discent non
blasphemare. 1. Tim. 1: 19, 20. Ita *omnes qui erant in Asia à Paulo*
scaverterant, 2. Tim. 1: 15. Heresin facit non pertinacia, (potest enim
hæreticus esse docilis; & qui simpliciter erat, obstinatus & inveteratus)
sed materia ipsi substrata, quando nempe aliquis fidei articulus tollitur,
aut negatur. Qui vero articulum fidei non negat, sed male tantum expo-
nit, aut ei aliquid superaddit, simpliciter errat: qui error, si ecclesiam
scindat, schisma est.

Varia bo- XXV. Error ergo omnis in *tres* scatebras se se dividit: vel enim aufer-
rum erro- tur id quod credendum erat; quo modo peccant maxime *Sociniani*: vel
rum divi- mutatur sinistrâ expositione; quo in genere notabiles sunt *Lutheranorum*
sio & con- errores: vel aliquid ei per accessum *superadditur*; sicut ita *Papismus*
junctio in (quamvis nec reliquæ errorum facies illi desint) *Christianismi* pleonasmus
falsis reli- est: in quo simul est & ellipsis, & hyperbole, & concursus ac συναλογία quæ-
gionibus. dam errorum & hæresium, & ex illis natum inter Ecclesiæ Orientis &
 Occidentis, & inter Reformatas & Romanensem Ecclesiam, schisma, non
 nisi cum Antichristi interitu finiendum.

XXVI. *Infidelitate* aduersus religionem naturalem peccat *Gentilismus*, five paganismus: aduersus Mosaicam, hodiernus *Judaismus*: adver-
 sus Christianam, *Muhammedismus*. *Gentilismi & Muhammedismi* fulcrum
 unicum in armis est. *Judaismus* autem degener factus, veroque Deum
 placandi eumque colendi medio destitutus, vi omni sua ad Christia-
 nismum traductâ, dudum emortuis mortiferisque ritibus, admixtis fun-
 damentalibus erroribus, & verae fidei abnegatione, hodie constat, so-
 laque

To the honorable Edmund Halley, D.D.
and Secretary of the royal Society, London

Dined to Doctor John
Checkley at Boston Park England.

Cap^t. Halley,

Boston April 26. 1721.

The Departure of my honourable Friend Colonel Nicholson from London, has in some Measure obliged me to trouble you with this Letter; because, just before his sailing for Carolina, he sent me a verbal Message by a Gentleman that the Hurry of his Affairs at that Time hindered him from procuring me what he design'd, but that he woud desire Cap^t. Halley to send me a Certificate relating to the Business concerning which I wrote to him. And to let you know (Sir) what that Affair was, I shall transcribe the Letter I wrote to Colonel Nicholson, and entreat you woud have the patience to read it.

To his Excellency Colonel Francis Nicholson.

Boston August 22. 1720.

May it please your Excellency. (Se reciting the Letter to Colonel Nicholson, what follows is to Cap^t. Halley.) Thus (Sir) You have both my Petition & the cause of it. And I now most humbly entreat of you (Cap^t. Halley) to send me a certificate under your own Hand, relating to Mr Mather's being a Fellow or not a Fellow of the royal Society. Mr Mather has publish'd a Book in London^{in 1720}, entitled the Christian Philosopher, in which he writes himself at Length, Fellow of the royal Society. Teacher Bradbury writes a Preface to it inscrib'd to Mr Hollis. — Sir, your sending me the Certificate by the very first Opportunity, will capacitate me to defend myself from these Sons of Strife; Schism & Sedition, and will indeed be an Act of Charity to a distressed, persecuted (but I thank God true) Son of our holy Mother the Church of England, and your unknown, but very humble & devoted Serv^t.

J. Checkley.

for his v. Ames, Caf. 24. P.A.

Iaque obduratione & pertinaciâ se tuerit.

X XVII. Errores hæresesque maximè post revelatum Christum & Euangeliū ejus, tempore N. T. ceu densa quædam examina exorta sunt. Tales autem præcipue sunt nostris temporibus, ne antiquas refodamus, hæreses *Papistarum*, *Socinianorum*, *Enthusiastarum*, *Libertinorum* (si aliqua ipsorum religio dicenda sit, cum omnes religiones indifferentes esse velint) & *Anabaptistarum*; non eorum, qui in simplici anabaptismo conexisque erroribus subsistunt, sed qui Pelagianismum & Socinianismum præterea adsciscunt. Ad errores simplices, schismate mixtos, referendi sunt *Lutheranorum*, *Brownistarum*, *Remonstrantium* (quatenus in Socini castra non transeunt) denique & *Gracorum* errores.

X XVIII. Quæ omnia errorum præcipitia cum caveat vera religio, inde illa sola, ut simplicissima, ita & facillima est: falsæ enim religiones, ut mille habent devotionis suæ objecṭa, & inde mille animi distorſiones cūticiatusque, ita vera religio ad unitatem & simplicitatem omnia revocat, & in *μηροντες* quoddam & unum figere obtutum docet. In quo uno vera mentis est quies, satietas & beatitudo. Sicut illo uno relictō mens nostra circa multa defatigatur, sine spe acquirendi illud unum, lassitudinem ipsam pro quiete amplectens.

X X I X. Huic ergo veræ religioni unice adhærescendum est. *Cui unice adhærescendum.* Ut si vel in falsâ aliquâ religione salus acquiriri posset (quamvis difficile sit salutem acquirere in eâ religione, quam falsam agnoscas) non tamen idco religio talis sectanda & retinenda esset. Detestandus enim Dei contemtus est, & inexcusabilis ingratitudo, permettere ut honor debitus Deo non tribuatur, etiam à nobis ipsis (sicut illud in omni falso de Deo sensu cultuque fit) modo nobis salutis nostræ ratio constet. Qui sane veritatis honorisque Dei contemtus, nisi resipiscentiâ emendetur, hominem salute indignum reddit.

XXX. Doctrina, que hanc veram religionem tradit, *Theologia* vocatur; *THEO-* veteribus *Theologice* dicta. Quæ inde describitur: doctrina veræ religionis, *LOGIE* à Deo nobis patefactæ, eam dirigens ad ipsius gloriam & nostram salutem.

XXXI. Theologia nomen in *Scriptura* cognatis quidem vocibus *λόγος nomen.* *Γένεσις*, Hebr.4: 12. *τὸν λογίαν* *Γένεσις*, Rom.3:2. *ἀνθρώποι* vero non exprimitur: sed apud Ethnicos primo in usu fuit. Theologi enim ibi dicebantur, qui Deorum natales, conjugia, progeniem, impéria, res gestas & cultum demonstrabant; qui primi fuere poetæ, tum philosophi, præfertim Pythagoræi.

XXXII. In sacris Theologus dicitur Johannes Apostolus, in titulo Apocalypseos: atque ita à veteribus speciali de causa appellatur, quia exposuit λόγον τὸν θεόν, & divinitatem τὸν Θεόν peculiariter asseruit.

XXXIII. Quem usum vocis imitati patres Græci, Theologiam peculiariter appellarunt doctrinam de S. S. Trinitate, & divinitate Filii ac Spir. S. sicut illi opponunt Oeconomiam, sive incarnationem Verbi, & reliqua Dei opera ad extra.

XXXIV. Nobis Theologia est cognitio vel sermo Θεολογίας. Theologus autem est, qui *Deum, ex Deo, coram Deo, ad gloriam ejus,* dicit. *Nunc enim homines suadeam, an Deum? aut quāram hominibus placere?* Gal. 1: 10. *Notum ipsis feci nomen tuum.* Joh. 17: 26.

*partitio e-
jus in spu-
riam.*

XXXV. Gentilibus nomen illud triplicem notabat Theologiam. 1. μυθικῶν, seu fabulosam poëtarum. 2. φυσικῶν, seu naturalem philosophorum. 3. πολιτικῶν, seu civilem legislatorum & sacerdotum; quarum prior deorum rationem exponebat in theatris, altera in scholis, ultima in templis. vid. August. de Civ. Dei lib. 6. c. 5. Verum omnis hæc Theologia fabulosa & inepta est: quod etiam apparuit in illo religionis & sapientiae, quod apud gentiles fuit, divertio.

*& veram;
qua varia
est pro
ratione
subjecti.*

XXXVI. Apud Christianos Theologia non uno etiam modo sumitur: modò pro finitâ creaturæ, modò pro infinitâ ipsius Dei cognitione. Hæc est notitia Dei de se ipso. *Filium nemo novit nisi Pater, neque Patrem quisquam novit nisi Filius.* Matth. 11: 27. quæ etiam archetypa inde appellari solet, tanquam exemplar cognitionis nostræ. Quanquam revera archetypon nostræ Theologiæ non est cognitio naturalis Dei de se ipso, verum id quod Deus decrevit de se nobis notificare, ut formaremur ad imaginem ipsius.

XXXVII. Finita Theologia appellatur creaturarum de Deo notitia: quæ quia ex illa Dei notificatione, tanquam exemplari suo, fluit, inde *ectypa* appellatur. Quia autem illa communicatio facta est, vel humanæ naturæ Christi. *Unxit te, o Deus, Deus tuus.* Psal. 45: 8. vel Angelis & beatis in cœlo, *intuentibus faciem Patris.* Matth. 18: 10. & *coram cer-
nentibus.* 1. Cor. 13: 12. vel denique nobis viatoribus in vitæ hujus stadio currentibus; *qui ex parte cognoscimus &c.* 1. Cor. 13: 8,9,10. inde Theologia vel *Unionis*, vel *Visionis*, vel *Stadii* aut *Viatorum* dicitur.

XXXVIII. Hæc stadii vel viæ Theologia non solum est imperfetta, collata cum Thelogiâ patriæ, verum etiam quatenus refertur ad ipsam hujus vitæ revelationem. Unde quotidianus ac perpetuus datur pro-

Boston June 6. 1721.

To Mr John Cuckie at

Wethersfield in Connecticut.

Yours Friend Mr

I enclose you to come down here about the time
you commence, and bring your Books with you,
where you may expect to meet an hearty welcome from
and your unfeigned & very humble Servt, G. Bradly.

here in Boston having informed me concerning your Affairs, I take this Opportunity by the same Gentleman to send you these Books, which I believe are needful to you. The pamphlet marked No^o 1, I desire you would please to read first, it being the very Basis to Foundation upon which the whole Trabek depends. In those few Leaves you will find it demonstrated, that a legal & uninterrupted Succession of Gospel Ministers, is not only absolutely necessary to the Being of the Christian Church, but that in fact there has actually been such a Succession. The Book entitled, The Five Discourses, will plainly shew you in whom that Succession has been derived, and in what a miserable Condition (and how abandon'd by all Sorts of protestants!) those unhappy, deluded People are, who have rebel'd against our holy Mother the Church, purely because She is Episcopal. You will find likewise two Epistles of the Saintly glorious Martyr Ignatius, one who convers'd with the very Apostles themselves, and when call'd to it, he like a brave Soldier, ~~of~~ undauntedly following the Captain of his Salvation, sealed the Testimony of Jesus with his Blood. You will find in his Epistles the three Orders, Bishop, Priest & Deacon, as plainly as in the Canons of the Church of England. I shall say no more at present, but command you to the Grace of God, desiring you to keep these Things silent, and to possess your Soul in Confidence, expecting a Deliverance from him only who is able to save.

W^m Macsparran, Boston June 26. 1721.
Rev. S^r. I shou'd have wrote to you sooner, but that
I heard You were coming down here.

I have sent you the Dialogues with the Answers to them,
being the joint Labours of the grand Committee, but
tagg'd together by M^r Walker, and by him admodum
with those many Billingsgate Flowers which have so
delicately perfum'd the whole Piece.

I could have been very glad if you had been so
pleas'd, as to have honour'd me with an Acc^d of
your Affairs, especially relating to Bristol. I hear
that they are about building a Church there.

If you could have got the Majority of Bristolians
to vote for you, you need not have been at
the Charges of Building, and the Laws of the
Province woud have forced Byfield &c to have
helped maintain you.

Y^r obliging me with an Acc^d of
the whole Affair of the first Oppor-
tunity will be very acceptable to
Reverend Y^r Friend and
very humble Serv^t

J^o Cheekley

profectus Ecclesiæ. Tencnt tamen fideles omnes perfectionis hujus fundamento & principium, ex quo omnia alia sequuntur; quippe qui *unctionem* habent à sancto illo, & noverunt omnia. 1. Joh. 2: 20, 21.

X XXXIX. Hæc autem Theologæ varia acceptio non constituit varias Theologæ species, sed duntaxat diversos ejus gradus, secundum majorem vel minorem notitiae perfectionem, aut varia ejus subjecta, aut ejus adipiscendæ media.

X L. Similis ferme est divisio, qua in *systematicam* & *habitualē* dividitur: prout vel per modum disciplinæ certâ methodo dispositæ, vel per modum habitus in mente consideratur. Quæ tamen divisio non tam est ^{& ratione} confide-
rei, quam vocis; cum eadem sit Theologia, quæ per præcepta traditur, & ^{randi} eam;
quæ in mente residet.

X LI. Theologia *systematica*, quamvis admodum conveniat cum verbo Dei, coque unicè nitatur, attamen hactenus ab eo differt, quod non sit ipsum Dei verbum, sed verbi divini cognitio & enarratio. *Si quis loquitur, loquatur ut eloquia Dei.* 1. Pet. 4: 11. & definito quodam modo. *Narrabo secundum prescriptum.* Psal. 2: 7.

X L II. Hoc sensu Theologia dividitur à nonnullis in *didacticam* & *polemicam*: aut potius in *positivam* & *scholasticam*: quarum illa versatur in analysi sacræ S. ejusque interpretatione: hæc in synthesis locorum communium, per quos ea, quæ in S. Scr. passim sparguntur, in certum ordinem rediguntur.

X L III. Qui modus tradendæ Theologæ per certos locos & præcepta antiquissimi est instituti, in Ecclesiâ, cum Vetus. tum Novi Testamenti. Nam Patriarcharum catechesis nihil aliud erat quam institutio de præcipuis primævæ promissionis ac divini cultus capitibus. Idem agebant Prophetæ in collegiis ac scholis. 1. Sam. 10: 5. & Scribæ in Synagogis ac templo, Luc. 2: 46. Act. 24: 12. Imo ipsa Apostolorum, ac præcipue Pauli, scripta totidem Christianæ fidei formulæ ac ~~ταντωδοτις~~ sunt. Atque deinceps in Ecclesiâ Christianâ iste usus quoque obtinuit, atque imprimis studium istud Alexandriæ floruit.

X L IV. Præcipue tamen illa Theologia in systemata compactio ^{sum scho-}
Philosophiæ debetur; quæ loco Theologia Euangelicæ, quæ constat ^{laistica est:}
~~διδακτοῖς τενέμεται ἀγία λόγιος~~ *verbis quæ docet Sp. S.* 1. Cor. 2: 13. peperit scientiam artificiosam, quæ terminis & distinctionum notionibus, præcipue Aristotelicis, Theologiam tradit; quæque nihil est aliud, quam definitionum, argumentorum, objectionum, responsionum distinctionumque systematica compages.

cuius tradiuntur origo.

X L V . Factum illud , partim postquam philosophi gentiles Christo- nomen dederunt , & sapientia secularis in scholis Christi norum locum invenit : partim & præcipuè , postquam Philosophia Peripatetica , quæ per aliquot sæcula neglecta jacuerat , per Arabes Muhammedanos excitata & exculta Christianum orbem invasit . Illa enim Theologiæ permista Theologiam Scholasticam constituit , cui præcipuè nomen fecerunt illi , qui nominatim *Scholastici* dicuntur , quia in scholis docuerunt : qui an Theologi , an Philosophi potius appellandi sint , dubium fecerunt .


& varia periodi.

X L VI . Horum ævum exordium sumvit à *Lombardo* , Episcopo Pa- risiensi , qui Johannis Damasceni exemplo Theologiam in novam metho- dum rededit , & dogmata religionis Romanæ in iv libros sententiarum rededit . Patrum autem scripta maximè secutus est , iisque nimium tribuit . Floruit ille anno Christi M c x l v . Quæ prima illius Theologiæ perio- dus fuit . Secunda initium sumvit ab *Alberto Magno* , Episcopo Ratisbo- nensi , qui circa annum M c c x x floruit , & præter Patres Aristotelem & Philosophiam in Theologiam invexit ; ex cuius scholâ prodierunt *Reales* , *Albertiste* , *Thomiste* , eorumque adversarii *Scotiste* . Tertia ætas est à *Durando de S. Portiano* , ab anno Mcccxx . à quo tempore *Occamiste* , seu *Nominales* floruerunt , usque ad *Gabriëlem Biëlem* , Spirensem , qui præterito sæculo floruit , & in quo Theologia ista maximâ ex parte expi- rare cœpit .

X L VII . Laudatur in hac scholasticâ Theologia 1. simplex ac bre- ve orationis genus . 2. methodus accurata & dialectica . 3. usus , sive sub- fidium philosophiæ & disciplinarum naturalium . Improbantur autem ab ipsis illius ceteroquin defensoribus 1. doctrina tyrannidi Pontificis ob- noxia , adeoque in multis falsa . 2. rerum philosophicarum multitudine , 3. vanarum quæstionum curiositas . 4. ex ignorantia linguarum profecta ipsa rerum conturbatio . 5. obscuritas & barbaries . Unde patet , Theolo- giæ hujus architectorum hunc fuisse scopum , ut per illas spinas & difficul- tates non plebem modo , verum etiam liberaliora quæque ingenia à Theo- logiæ suæ aspectu arcerent , sibique solis clavem scientiæ reservarent .

X L VIII . Dolendum itaque terminos hosce obscuros , abusu con- taminatos , parientes litem , non recipientes verba Scripturæ & ea non sug- gerentes , sed qui potius causa sunt ut eorum obliviscamur , illamque Theo- logiam ex ipsoforum protestantium scholis , contra primorum Reformato- rum exemplum & institutum , non satis eliminari ; imo & postlimino qua- si reduci : cum in Theologiâ positiva , ubi agendum est vocibus Scripturæ ,






Boston May 2. 1722.

Mr John Currie, I rec'd your Letter of the 3^d of April with
the two Books (Jovian & D'Wells Theses &c) by your Friend
Mr Marks. You desire to have the rest of the Books yet
longer, on Account that the awful & unexpected Death of your
Brother (which I lament with you) has been some
Hinderance to you in your Studies; to which (your
having the Books something longer) I shall willingly agree,
on Condition that you will use your utmost Diligence in
reviving any of them for your further Satisfaction.

I shou'd have been very glad if I might have had them all
return'd before this Time, because I have wanted them very
much, having promis'd most of them to Gentlemen in
several parts of the Country, who (in these degenerate Times)
have so much Courage, as to dare to enquire after Truth,
and are so honest as to be willing to be inform'd, and,
lamenting their unhappy Condition, with the greatest
Candor, by repeated Letters have entreated my as-
sistance. I shall therefore in a very short Time,
send you my Orders concerning the Books, wherefore
I desire, that you may take care to have them in
Readiness.

G D Friend & humble Servt
John Chedekley



vix ullum habeat usum ; & in controversiis cum adversariis tractandis si quod verborum præstet compendium , rebus tamen ipsis magis obstaçulo, quam adjumento sit.

X L I X . Theologia autem habitualiter spectata, quatenus est habitus mentis , in eo consistit , ut sermonem Dei de salute peccatoris per Christum , cum connexione & harmonia veritatum revelatarum, ad profectum in fide , sapientia , prudentia & obsequio Dei , quis cognoscat. Ita enim ut *εἰς τὸν διάφορον καὶ λόγον τῆς θεοῦ κατέχει*. Hebr. 5: 14. Ille ergo Theologus propriè dicitur , qui cum in mysterio Euangelii salutariter sapit, donis spiritualibus insuper catenus est instructus, ut possit alios ejusdem mysterii cognitione imbuere , ad gloriam Dei & laudem gratiæ Christi. Ita ut in Theologo non solum requiratur simplex cognitio principiorum fidei , verum etiam conclusionum Theologicarum , quæ ex illis principiis consequuntur , cum aptitudine ea deducendi , explicandi , confirmande , & contra adversarios defendendi. Sicut ita *Apollos potens erat in Scripturis*. Act. 18: 24. Inde verbum quod Ecclesia habet , quo formatur spiritualis sapientia & pietas , dicitur *μόρφωσις εὐαγγελίας formula pietatis*. 2. Tim. 3: 5, *μόρφωσις τῆς γνώσεως καὶ διηγείας, formula cognitionis & veritatis*. Rom. 2: 20. *τὸν τύπον σανορυμένου σανορούντος sermonum*. 2. Tim. 1: 13. Unde & Paulus Tit. 1: 9. requirit non tantum, ut doctor Ecclesiæ potens sit exhortari in doctrina sanâ , verum etiam ut possit ἀντλεῖν τὰς ἐλέγχους καὶ ἐπισοργὰς contradicentes redarguere & os illis obturare. Et eundem jubet ἀριθμοῦ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. 2. Tim. 2: 15. h. e. sermonem veritatis partiri & doctrinæ membra discernere. *Neque enim omnes sunt doctores*, 1. Cor. 12: 29. conf. ys 8.

L. Frustra autem queritur, ad quem habituum Aristotelicorum Theologia referenda sit : cum Aristoteles naturales tantum cognoverit habitus : nec illos ipsos accuratè satis in quinque illos vulgares diviserit : ac præterea Scriptura nomina illorum non philosophicè & strictè, sed laxè ac populariter sumere soleat , adeoque Theologia non ad unum vel alterum horum habituum restringi debeat. Potest tamen eminentissimo gradu & sapientia & prudentia simul dici. 1. Cor. 2: 7. *Ad sciendum sapientiam, & eruditionem, ad intelligentum dicta prudentie: ad percipiendum eruditionem intelligentie, justitiae jurisque & omnis recti*. Prov. 1: 2, 3. quatenus nimurum & perfectissimam veritatum supernaturalium harmoniam ac connexionem , & vitæ juxta illas dirigendæ sanctissima præcepta continet & tradit.

Qua ratione habitus est eminentissimus.

*& practi-
ciss.* L I. Est autem habitus practicus ; cum omnis illius notitia versetur circa praxin, ad quam totum suum objectum refert , atque media & regulas tradat adipiscendi summum hominis bonum , & propter summum finem , quem sibi proponit, agat. Unde doctrina secundum pietatem appellatur. 1. Tim. 6: 3. Quin & hac de causâ præcipua quæ in verbo Dei revelata sunt de Deo & rebus divinis, Deum nobis non tam absolutè, qualis in se est, sed potius relativè , qualis respectu nostri est, Deus nimirum foederatus & juxta foedus à nobis colendus , exhibent; adeoque ad cultum Dei omnia referuntur. Unde & in ipsis credendis non nuda tantum notitia, sed præcipuè fiducia requiritur. Ita ut Theologia , nisi ad praxin referatur, ne Theologia quidem sit. Est enim Theologia non solum notitia illa rerum divinarum , qualis in irregenitos quoque aliquando cadit, verum accurate loquendo est donum spirituale , seu potius συντάκη donorum spiritualium, menti hominis fidelis seu renati à Spiritu S. inditorum , quibus intelligens , sapiens & prudens fit in agnitione mysterii pietatis , & juxta illud ad obedientiam & cultum Deo in Christo præstandum dirigitur. Licet vulgo Theologus quoque dicatur qui Theologiæ notitiâ tantum instruēt est. Sed de voce non videtur litigandum.

*Eius objec-
tum; ma-
teriale,* L II. Objectum Theologiæ, circa quod versatur, est vita hominis, sive cultus ipsius erga Deum; quem cultum, seu quam vitam Theologia dirigit. Cum autem cultus illius objectum sit Deus , ad quem cultus ille refertur, & quem cognoscere ut illum solum verum Deum , est vita eterna. Joh. 17: 3. hinc remotum Theologiæ objectum, sive objectum ejus ad quod est Deus. Atque hoc quidem utrumque Theologiæ objectum, objectum ejus quod, sive materiale dici solet.

formale. L III. Objectum vero quo , seu ratio formalis ; sub qua Theologia objectum hoc considerat , & per quam ab aliis disciplinis distinguitur, est revelatio, seu lumen supernaturale, quatenus objectum illud revelatum est. Unde & doctrina hæc mysterium dicitur. 1. Cor. 2: 7.

*principi-
um.* L IV. Principium enim Theologiæ, scilicet complexum, seu cognoscendi , est Verbum Dei, seu revelatio ; in quam ultimo omnis illius conclusio resolvitur. *Auditus enim est per verbum Dei.* Rom. 10: 17. *Tecum est fons
vite. Te lucent, videmus lucem.* Psal. 36: 10.

L V. Quicquid ergò ex naturâ de Deo cognosci potest, illud propriè non ad Theogiam, sed ad Philosophiam, seu Theogiam naturalem spectat. Adeoque non confundi, sed distingui utraque hæc Theogia debet. Theologus enim, qua talis, ex revelatis propriè argumentatur; philosopho-

Suffolk Co

To the Sheriff of the County of Suffolk his Under-
lieut((D)) Sheriff or Deputy Greetings

Whereas the Grand Inquest for the County of Suffolk
have upon their Oath presented John Checkley of Boston
within the County of Suffolk Shopkeeper for that the s.
John Checkley on the Thirteenth Day of March last past
and at sundry other Times before & since did falsely
wickedly maliciously & sedulously publish utter and
expose to Sale or cause to be published uttered & exposed
to Sale, a forged false & wicked & scandalous Libel,
Entituled A Short & Concise Method with the Devils &c

These are therefore in His Majestys Name to write and
require you to attack the Body of the s. John Checkley (if he may
be found in your precinct) and him carry before One
of His Majestys Justices of the Peace for the County of
Suffolk in Order to his being secured to make Answer to the
prosecution at the Court of General Sessions of the
Peace to be holden at Boston for & within the said
County of Suffolk on Wednesday the first Day of July
next. Should you not; and make return of this Warrant
with your Dooms thereon unto the s. Court. Dated at
Boston the 18 Day of May in the tenth Year of His
Majesty's Reign Annoz Domini 1724. By Order of
Court John Ballantine Clerk

June 1. John Darrell served this Warrant upon
me, and I gave in Bail to appear, Geo-
Stewart & I being bound in a Bond of £100

Iosophus autem ex ratione & lumine naturæ.

L VI. Ex hac principiorum diversitate fluit quoq; discrimin Theologiæ practicæ, ut dicitur, id est, illius partis Theologiæ, quæ præcepta virtutum tradit, ab Ethica: quia nimur Ethica tantum tradit illas regulas morum, quæ ex reliquiis luminis naturalis poslunt erui; sed Theologia practica eas, quas revelatio divina præscribit.

L VII. Non satis autem accurati hic sunt Pontificii & Scholastici, qui Theologiæ principium cum locis argumentationis confundentes, præter verbum Dei scriptum, traditiones quoque humanas, conciliorumque decreta, quæ ad summum argumenti probabilis vicem præstare possunt, inter Theologiæ principia recensent.

L VIII. Cum verò ex hoc suo principio conclusiones eliciat, aper-
tum est, illam non solum esse habitum noëticum, verum etiam dianoëti-
cum, seu argumentativum; idque dupli modo: primò enim argumen-
tatur pro principiis adversus adversarios, eos corumque rationes confutan-
do: secundo ex principiis ad conclusiones, unum articulum ex alio infi-
rando, sicut ex resurrectione Christi nostram infert Apostolus, 1. Cor. 15:
12, 13. idque tum *κατασκευασικῶς*, tum *ἀποκευασικῶς*, astringendo &
destruendo.

L IX. Unde jam patet, quid statuendum sit de evidentiâ & certitudine
conclusionum Theologicarum: illæ enim respctu divinæ revelationis in-
evidentes sunt, prout evidens id dicitur, quod per suam causam cognosci-
tur, aut ex terminorum perceptione solâ apprehenditur.

L X. Quamvis autem hæc evidentiâ ex parte objecti in conclusionibus
Theologicis non sit; alia tamen in iis est, nempe quæ petitur, cum ex in-
fallibilitate rationis carum objectivæ, quæ est revelatio, tum ex lumine,
seu habitu, quo iis assentimur, qui est fides.

L XI. Hæc certitudo ejus non minor est ac quævis certitudo natura-
lis; quia ratio assentiendi objectiva, quæ est lumen divinæ revelationis, non
minus certa est quam illa quæ est in ullo assensu naturali.

L XII. Idque non solum locum habet in tali conclusione, quæ nasci-
tur ex duabus præmissis revelatis, verum etiam in tali, quæ sequitur ex al-
terâ præmissarum revelatâ, alterâ naturali. Assensus enim tali conclusio-
ni adhibitus nititur testimonio divino, & fides vim suam conclusioni com-
municat. Revelavit enim eam conclusionem Deus per præmissam, quæ
ex Scripturâ est; licet hoc in illa videri non potuerit, nisi mediante alterâ
præmissâ naturali.

LXIII. Et

L XIII. Et quamvis conclusio illa etiam continetur in præmissâ altera naturali , non tamen ideo etiam conclusio illa naturalis est : quicquid enim ita in naturali veritate continetur , ut ex illa non possit elici , nisi revelatione mediante , id ipsum non naturaliter , sed supernaturaliter scimus . Ex. gr. quamvis ex natura sciamus verum Deum adorandum esse , & sub Deo continetur Filius & Sp. S. horum tamen adorationem non nisi supernaturaliter scimus , quia minorem illam non nisi sola revelatione tememus .

L XIV. Neque obstat , conclusionem debere sequi partem debiliorem ; atque adeo ubi altera præmissarum ex sola natura innotescit , etiam conclusionem non majorem certitudinem habere posse quam naturalem : hoc enim axioma non nisi de debilitate propositionis particularis & negativæ , quæ ubi est in præmissis , conclusionem fere nobiliorem parere non potest , intelligi debet ; non vero ad conditionem materiae & veritatum ipsarum certitudinem aut incertitudinem extendi potest .

L V. Male ergo Pontificii , juxta Scotum , distingunt inter conclusiones theologicas & fidei ; quarum illas deducetas , has expressas vocant . Cum etiam fidei sit illas conclusiones deducere , quæ propriæ theologicæ sunt . *Fide enim consideramus.* Hebr. 11: 3.

*Vt male
negentur
consequen-
tia theo-
logice.*

L VI. Male etiam volunt hodierni methodistæ , non licere argumentari ex sacris litteris , & consequentias non esse verbum Dei . Contra exemplum Servatoris , Matth. 22. Et quasi Deus , cuius verbum est sapientissimum , aliquid revelans , non simul etiam id revelaret , sine quo id ipsum esse non potest , & quod in potestate verborum ejus est , quodque ea faciunt audientem prudenter cogitare . *Scrutamini Scripturas illæ enim sunt quæ testantur de me.* Joh. 5: 39. *Omnia explorate ; & quod bonum fuerit , retinete.* 1. Thess. 5: 21.

L XVII. Male autem urgent , conclusionem quæ ex revelatis educitur medio ratiocinationis & consequentia , non esse fidei : nam quicquid ex revelatis rite consequitur , non nisi fide tenetur , cum sine ea revelatio non constaret ; quamvis rationis sit consequentiam nectere , atque iste nexus naturaliter cognoscatur .

L XVIII. Distinguiri ergo debet fidei principium ab instrumentis & mediis , quibus veritates fidei ex suo principio elicuntur . Ratiocinatio enim , et si non sit principium fidei , in quod illa resolvitur , tamen instrumentum est , per quod fidei conclusiones ex principio suo educuntur & ostenduntur . Nec consequentia , quam necimus , facit ut conclusio

W^m Benniman

Boston June 1. 1724

New^r S^r.

I have wrote several Letters to the Gentlemen to whom I had the Honour to be known; but not receiving any Answer to them, I am obliged to conclude, that either the Dissenters have stop'd my Letters, or that they were unwelcom^r Visitants to those worthy Gentlemen, whose honoured Names they wore, and therefore were treated accordingly to prevent further Trouble. But however that may be, I am obliged to endeavour to find out some Friends in England; and hoping that you will do me the Honour to be such unto me, I shall take the Liberty (in this fond Belief) to inform you, that I have been under a severe Persecution from our dear Brethren the godly Dissenters, ever since I arrived here; and am but just now come down from the Narragansett Country, whither I was obliged to flee from the Fury of these righteous, Tool & Branch Reformers. This Day they have served a Bench Warrant upon me, and I have given Bail to appear upon the 1st of July, ~~then & there~~ to answer the dreadful Charge of falsely, wickedly, maliciously & seditiously exposing to sale, a certain false, feigned & scandalous Libell, (as they good Men, in their (deistical) Warrant have stiled it!) Entituled A Short & Easy Method with the Deists &c. — If you may think it needless to ask for any Assistance from Rome, against such a scenth^r Charge; but I assure you, I stand very much in Need of the good Offices of my Friends in England in this Affair: for you must know,

I am under Bonds of £200, for my refusing to take the Oaths to the Government, and tho' I have since qualify'd myself before the Secretary and the chief Judge, a Certificate of which under the Seal of the Province will be sent to my Ld. of London, yet they give out, that they will not deliver up my Bonds, but are resolved to make a Forfeiture of them, by declaring the Books a Libel, and consequently my selling of it, a Breach of the Peace.

Therefore if a Non prosequi could be procured, it might come Time enough to answer the End, for I design to carry it thro' all their Courts, and the Final Issue will not be until next May.

I shou'd be glad if you woud communicate this to your Brother the worthy Doctor, who I believe can do me Service.

I thank You for your kind Remembrance of me in your Letter to D' Culler, who now joins with me in returning our Service to You & to all Friends, and hopes that the Gentlemen on your Side the Water, will do what is in their power to hinder the Books from being declared a Libel, which we are informed they have sent home, hoping that such a Determination will be procured concerning it. D' Culler desires, that you woud communicate this as soon as may be to y^r R^d M^r Oliver, hoping that He will do the same to Dean Younger & the worthy Author of the Faith & Practice of a Church of England Man; both of them

clusio sit verbum Dei, sed illam verbum Dei esse consequentia & nexus veritatum docet. Sicut in Matheſi demonstrationes veritatem quam demonstrant non faciunt, sed menti ostendunt tantum.

L XIX. *Finis Theologiae est, adducere hominem ad Deum, ejusque Theologie gloriā: ita ut supremus Theologiae finis sit glorificatio Dei, in sanctis finis suis, & ut admirandus fiat in credentibus omnibus.* 2. Thess. 1: 10. subordinatus autem salus hominis, quem Sacra litera possunt sapientem facere ad salutem per fidem, quae est in Christo Iesu. 2. Tim. 3: 15, 17. Cujus salutis principia & media Theologia à primo initio homini commonstrat ac tradit, & ita per illa ipsum ad supremam suam beatitudinem dedit.

L XX. Ex dictis liquet, Theologiam summam esse sapientiam, quippe quæ à Deo profecta, de Deo, per Deum agens, & ad Deum tendens, eo tandem hominem evehit. Ita ut maximè sit *gloriam*, & reliquas artes longè antecellat, ac dignitate primas teneat.

L XXI. Cum autem religio, quam tradit Theologia, constet ex vero *ejus partio* de Deo sensu, & recto ejus cultu, inde commodè distribui potest Theologia in duas partes, quæ vitam spiritualem constituunt, nimirum in notitiam seu fidem, & obedientiam seu charitatem. Quæ non est distributio generis in species, sed integri in sua membra. *Sine fide impossibile est placere Deo*, h. e. Deo placentia facere. *Credere enim oportet eum, qui accedit ad Deum*, (quod est *ambulare cum Deo*, & *Deo placentia facere*) quod sit, & *quarentibus se remunerator fiat*. Hebr. 11: 6. *Hoc est preceptum ipsius, ut credamus nomini Filii ipsius Iesu Christi, & diligamus invicem, ut dedit praeceptum nobis.* 1. Joh. 3: 23. *Finis denunciationis est caritas ex corde puro & conscientia bona & fide non simulata.* 1. Tim. 1: 5. *Tenens fidem & bonam conscientiam.* vs 19. *Expressam formam teneto sanorum sermonum in fide & caritate.* 2. Tim. 1: 13. *Credo omnibus quæ scripta sunt, & spem habeo in Deo: & exerceo me ad conscientiam habendam sine offensa.* Act. 24: 14, 15, 16. Petrus id totum vocat *animam suam Deo, ut fidei creatori, committere* (quod fidei est) *in boni factione* (quod caritatis est.) 1. Pet. 4: 19.

L XXII. Distributio autem Theologiae, quasi generis in species suas, peti debet ex diversitate Oeconomiae, quam circa hominis salutem obſervavit Deus, juxta quam etiam foedus Dei cum homine diversum fuit. Unde Theologia est vel *Legalis*, & *Originalis*, conveniens veteri foederi operum ante lapsum: vel *Euangelica*, conveniens foederi gratiæ post lapsum. Atque hæc Euangelica rurſus est vel *Euangelii promissionis*, ante Chri-

stum (idque vel *mere promissionis*, ab Adamo & Patribus; vel cum accessione *Legis Mosaicae & Vet. Testamenti* ad promissionem, quæ inde Theologia *Mosaica* dicitur) vel Euangelii *impletionis*, conveniens Novo-Test. post *Christum* exhibitum; quæ *xw̄iās* Theologia Christiana dicitur. In qua Theologia Euangelica universâ, licet quoad modum & grādum diversitas sit in salutis administratione (*Multis enim modis multifique vicibus Deus olim locutus patribus in prophetis, ultimis hisce diebus loquutus est nobis in Filio*, Hebr. 1: 1.) ipsa tamen substantia & res semper fuit eadem; adeoque Theologia omnis post lapsum semper una fuit, manetque, quatenus eadem salutis via per Christum semper fuit monstrata. *Per gratiam Domini Jesu Christi credimus nos servatumiri, quemadmodum & illi.* Act. 15: 11. & *Jesus Christus heri & hodie idem est, & in secula.* Hebr. 13: 8. Atque hanc illius distributionem nos, Oeconomiam fœderum Dei præcipue tradituri, cum Deo, sequemur.

LOCUS PRIMUS

DE

SACRA SCRIPTURA.

CAPUT III.

De Verbi & Scriptura divina necessitate.

*Theologia
præsupponit
verbum
Dei.*

I.  Um Theologiam, prout est in se, viderimus, proximum est, ut agamus de *principio cognitionis* ipsius, nimirum verbo Dei & Scriptura Sacra. Cum enim Theologia verbi divini sit cognitionis & enarratio, non nisi præsupposito verbo illo ea tradi potest. Et licet verbi illius scriptio ad certas tantum periodos œconomiæ temporum pertineat, quia tamen aliud verbum nisi scriptum nunc non extat, nec aliud Theologiæ nunc est principium; nos hic simul cum verbo Dei adjunctum illi scriptio modum considerabimus.

*Verbi illius
NECESSI-
TAS.*

II. Verbo Dei ante omnia opus fuit: cum Deus sit *invīsibilis*, 1. Tim. 6: 16. nec natura eum omni virtute ac nomine suo doceat: & ipsa creaturæ rationalis conditio hoc exigat; quæ, cum ad Deum condita sit, sola quo-

pandit, indeque exorditur: deinde ejus *Conservatio* in continua hostium ac persecutorum rabie & insidiis, & quidem juxta promissionem; cum tot præclara veterum monumenta perierint: & populorum quoque ac sculorum *consensus*; qui hoc verbum tanquam pretiosum divinæ veritatis depositum exceperunt, eoque ad Dei amorem ac cultum, & honesta omnia accensi sunt. Neque vero credibile est, D̄eum, si genus humanum curat, permittere potuisse, ut tanta hominum multitudo, quæ Deum ipsum summo studio quærebat, mendacibus libris deciperetur. Accedit tandem operum & *miraculorum*, quæ in hisce libris narrantur, divinitas, quæ Deum auctorem prorsus clamant, adeoque divinitatem verbi hujus confirmant. Ut videre est in miraculis coram Pharaone editis à Deo in educatione Israëlitarum ex Aegypto. Exod. 7, 8, 9, 10, 11, 12, 14. Capp. in exsiccato Jordane. Jos. 3. in Ezechia sanitate restituto. Esai. 38. in conversione Pauli apparitionibusque ei factis. Act. 22.

XII. Idem tandem probant Scripturæ ac doctrinæ hujus *effectu*. *& effectus.*
Illi enim accepta ferri debet mundi conversio, idolatriæ extirratio, & in hominum, qui ante corruptissimi degebant, animis fidei ac amoris Dei instillatio, inaudita tot martyrum constantia &c. Euangeliū enim *potentia Dei est ad salutem omni credenti*. Rom. 1: 16. *Sermo Dei vivus est & efficax & penetrantior omni gladio anticipi*. Hebr. 4: 12.

XIII. Atque hæ sunt Notæ & gnorismata, quibus Scriptura sese omnium conscientiis commendat, & tanquam lux aliqua ultiro hominum animis se ingerit. Quare Paulus *declaratione veritatis commendabit seipsum apud omnem conscientiam hominum, in conspectu Dei*. 2. Cor. 4: 2. Nec audiendi adversarii, hasce notas elevantes, cum fidem omnem solâ auctoritate nisi cavillantur, non autem talibus argumentis artificalibus adjuvari debere contendunt: cum omnino fides, antequam credat, divinitatis faltem notas in teste videri debeat, nec aliter ipsi credere posse; nam ubi desunt idoneæ alicui credendi rationes, testimonium ejusmodi testis nullum est, nec fidem ullam meretur.

XIV. Quinto præter hæc argumenta *externæ & internæ*, dantur etiam *testimonii*. *Vt & ex*
externæ, five externa & adscita, seu testimonia, cum divina, tum humana. *Scripturae*
Humana sunt, tum Ecclesiæ (de quo cap. seq.) tum eorum, qui extra Ecclesiæ *præbitis*:
sunt, quales sunt Judæi, Gentiles, hæretici, qui omnes hisce libris *tum humani*,
testimonium aliquod perhibent.

XV. Divinum testimonium est, tum *externum*; cum verbum illud, *tum divi-*
quod divinitatis argumenta in se continere, seu ut barbarè loquuntur, *no; eo-*
que velex-
quod serno.

quod materialiter divinum esse jam cognovimus , plurimis in locis divinitati suæ , secundum expressam seu formalem ejus rationem , testimonium præbeat. *Habent Mosen & Prophetas : illos audiant. Luc. 16: 29. Scrutamini Scripturas, quia existimatis vos in ipsis vitam aeternam habere : & illæ sunt quæ de me testantur. Joh. 5: 39. Sacra literæ possunt hominem sapientem reddere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu. 2. Tim. 3: 15.*
vel interno tum internum Sp. S. quo Scripturæ divinitas & certitudo in animis nostris sp. s. effigaciter obsignatur , ut de ea non solum convicti, sed & persuasi , eas accipiamus , tanquam sermonem Dei , & Deo dignum , eumque amemus , & omni animi affectu ac obsequio colamus ; denique nos ipsos nostrarisque animas ejus regimini libenter permittamus ac dedamus. Revela oculos meos, ut cernam mirabilia ex lege tua. Psal. 119: 18. Dominus Lydie cor adaperuit , ut attenderet iis, quæ dicebantur à Paulo. Act. 16: 14. Qui dixit ut è tenebris lux splendesceret , ille est qui splenduit in cordibus nostris , ad prebendum lucem notitiae. 2. Cor. 4: 6.

XVI. Hoc testimonium , & hanc operationem internam Sp. S. agnoscent etiam Pontificiorum primarii (nec alii eam negare possunt , quam Pelagiani , & liberi arbitrii patroni) ita ut controversia solum superset de medio & argumento , quo Sp. S. divinitatem Scripturæ nobis persuadet , an illud sit Ecclæsiæ testimonium , juxta Pontificios ; an vero illæ ipse notæ divinitatis , Scripturæ impressæ , quas Sp. S. illuminatione suâ nobis ostendit , quasque nos plenâ in luce videre facit : neque enim persuasio ejus bruta , aut sine ratione est.

Quod fidei non est, principium, vel argumentum, sed causa. XVII. Quantumvis autem hæc illustratio mentis per Sp. S. ad fidem sit necessaria , ejusque sit causa efficiens ; non tamen est argumentum , vel principium , propter quod hoc vel illud credamus ; verum illud est ipsum verbum divinum recte perceptum. Credimus enim per persuasione Sp. S. non vero propter illam , sed propter rationes , quas nobis Spiritus S. in Scriptura S. ostendit. Sicut etiam ad veritates naturales percipiendas requiritur lumen rationis ; sed istud lumen non est argumentum & ratio , cur huic vel illi veritati assentiamur , sed hoc præstant rationes ex naturâ rei desumptæ.

XVIII. Duplex ergo est causa persuasionis nostræ de divinitate Scripturæ : si species principium doctrinale fidei , in quam fides se ultimo resolvit , illud est Scriptura ipsa , & Dei in eâ loquentis auctoritas , quam ex certissimis notis agnoscimus : si causam ejus efficientem consideres , quæ actum credendi in nobis producit , ea est Sp. S.

XIX. Nul-

59. c of several Sides take a View of y^e Honours of their Selves And also
in a Mether part of y^e Libelle are Contained these false Jeigned & Scandalous
words viz And Indeed wheresoever would write y^e true History of Presbyterianis
must begin at Rome & not at Geneva And there is furthermore contained
in y^e Libelle the following false Doctrines & wicked Words viz As y^e Hierarchy
of Government & General Government in Scripture of God Due to Government
do require our Submission to y^e Government in thing where there is no con-
petition concerning y^e Title that is where no One Begets a Better
right than the Prophets thereby subtilly by Arguments to heare
drawn into Competition of Undoubted Right & Title of Our s Lord
y^e King to y^e Kingdom of Great Britain & Ireland & y^e Territories
therunto belonging And also in a Mether part of y^e Libelle is
contained y^e following false & scandalous Words viz Against these
we produce y^e vast Empire of Papalia which is greater in Extent than
all these papish Countries before named Great Britain Denmark
Sweden & the Lutheran Churches in Germany which will vastly
out Number both the papish And their Ministers & Disciples of
all Denominations before mentioned Meaning in a Number of
Ministers & Congregations as aforesaid & in one other part of y^e Libelle
are contained the following false wicked & scandalous Words viz
They sneaking among others of y^e Ministers & Congregations &c
Imitate y^e Coming of Antichrist now approaching And in y^e Libelle
there is furthermore contained the following wicked false
& scandalous words viz And now tell me (Meaning of Authors)
Tell our Disciples of all Denominations thereby Including of y^e
Ministers & Congregations as aforesaid That they (Meaning as aforesaid)
Imitate y^e Hardness of y^e Jews who built y^e Temple of Rose
prophets when their fathers slew while it by same time they
adhered to y^e Hardness of their Fathers in persecuting
the Successors of those Prophets And in one other part of y^e Libelle
there is also contained the following false & wicked and
Scandalous Words viz And if so then that (Meaning of
y^e Ministers) Ordinations in Opposition to Episcopacy

p 107

are not only Invidious but Sacrilegious & Rebellion of Christ who
c Did Institute this Society & gave them their Charter & of their
c Ordinations are null than their Baptisms are so too & all
c their Ordinances they are out of the Visible Church & have no
c Right to any y^t Promises in y^t Gospele And in y^t Libelle
are further containede the following false wicked & scandalous
c words Let then y^t Commonwealths Men & y^t Orators for y^t poes
c of y^t people (If they will argue fairly upon y^t square w^t us)
c Set downe y^t some when Monarchy did begin y^t W^t D & see
c if that Peas will not lead them up to y^t Division of the Nation
c after y^t Blood w^t Garsse no man (who has seen ~~ethically~~)
c the Acre & holy Scripture gives us of it) will venture to say was
c done by y^t people. In y^t Libelle are further containede y^t
c following false wicked & scandalous words vizt What think yo
c my Friends? was there ever a time in y^t world when all
c Mankind (all but y^t Usurpers) were all asleep —

p 108

And in the y^t Libelle there are in another part these following
c False wicked & fained wordz vizt shall then y^t Usurpers of the
c Leviticall priesthood be swallowed up quick int^r of Pitt & is
c there no Judgement of God due to y^t Usurpers (Meaning
c with others of y^t Ministers) upon y^t Christian priesthood was
c it death for any but the priest to offer y^t Legall sacrifice,
c and may y^t Evangelicall sacrifice be offered without
c Offence by any hand not lawfully Ordained? (Meaning
c the Ministers as afores^d) And in y^t Libelle there is likewise
c containede the further false & wicked wordz following vizt Can
c their (all) (Meaning the Calfe of y^t holy Ministers of y^t pro -
c vision as well as of other places) or their (conceit) (Meaning
c as afores^d) offering Man & Sufficing enable him to take
c this Honour to himself (Meaning the Honour of a
c Priest) Is this of Calfe of
c No but it is of Boreach &
c set up upon their gifts

Aaron & off^t
and Disciples who

XIX. Nullus ergo hic est circulus, cum diversi sint respectus. Fides enim, quoad rem creditam, pendet ab ipsa Scripturæ divinitate, ex characteribus ejus cognitâ; quoad actum credendi verò ab operatione Spiritus S.

XX. Male ergo Sociniani internam hanc Sp. S. operationem rejiciunt, ut rationis integratatem tueantur. Male etiam Pontifici, qui cetero roquin hanc Spiritus S. operationem agnoscere videri volunt, nobis affingunt Spiritum privatum & Enthusiasticum: cum Spiritus, quem nos ponimus, toti Ecclesiæ à Deo datus sit. *Præceptum hoc quod ego præcipio tibi, Ecclesia: occultum non est à te, sed propinquum est tibi verbum hoc valde in ore & in animo tuo ad faciendum illud.* Deut. 30: 11, 14. *Indam legem meam menti eorum, & cordi eorum inscribam eam.* Jer. 31: 33. *Accepimus Spiritum qui est ex Deo, ut sciamus quæ Deus nobis est gratificatus.* 1. Cor. 2: 12. *Habentes eundem Spiritum fidei.* 2. Cor. 4: 13. & potius privatus sit Spiritus quem Pontifici Papæ & Episcopis, in concilio sedentibus, tribuunt, qui ceteris fidelibus totique Ecclesiæ non sit datus, quique illos præstet infallibles.

XXI. Quod vero querunt de certitudine hujus testimonii, quomodo id discerni possit à vanis imaginationibus & enthusiasmis; id pariter de Spiritu adoptionis, ceterisque ejus operationibus in animis fidelium queri posset. Et verò aliud est, querere, quo pacto quis in propria conscientia hujus testimonii certus esse posset; nam illud propriam lucem secum fert, nec dubitare fidelem sinit, sicut quis sperans, credens, amans, scit se credere, amare; aliud est querere, quomodo persuadeat aliis vana hæc non esse, nec ludibria aut errores mentis: tum enim non revelationes proferendæ sunt, sed argumenta.

XXII. Ex hisce ergo testimoniosis & argumentis patet Scripturæ dividivitas. Hæc autem universæ Scripturæ, omnibusque ejus partibus æque nitas convenient. Quod observandum, tum contra Pontificios, qui inter verbum scriptum & non scriptum distinguunt, & quædam auctoritatis divinæ, quædam Apostolicæ, quædam Ecclesiasticæ faciunt: tum contra Remonstrantes quosdam, qui distinguunt inter leges Christi & Apostolorum per Sp. Christi conditas, & alias, quas privato instinctu considerunt.

XXIII. Scriptoribus sacris accenseri etiam debent sancti homines, qui sacro instinctu locuti sunt, ut Johannes Baptista, Zacharias, Beata Virgo &c. Sermones amicorum Jobi quod spectat, ii non sunt pariter auctoritati, cum in thesi veri & pii quidem sint; quemadmodum & illos citat Paulus

I. Cor. 3: 19. Conf. Job. 5: 13. in hypothesi autem censurâ divinâ nota-
ti. Job. 42: 1.

X X I V. Discrimen-etiam non facit multiformis divinæ ~~modicæ~~ rego-
nō; sive Deus imperantis, sive hortantis, sive optantis, sive consilium
dantis more ac modo loquatur. Quo observato discrimen illud perva-
sum inter præcepta & consilia divina cadit. *Consilium do tibi, ut emas
à me auram* &c. Apoc. 3: 18.

*De man-
dato scri-
bendi:
quod du-
plex fuit;
externum,*

*& inter-
num.*

X X V. Scribendi porrò mandatum sanctis scriptoribus datum quod
attinet, duplex illud fuisse legimus: primò *externum*; idque vel *generale*,
nam Prophetæ & Apostoli universam Ecclesiam docere jubentur: Judæo-
rum enim erat *recordari legem Mosis*, ejus *statuta & jura*. Mal. 4: 4. *au-
dire Mosem & Prophetas*. Luc. 16: 29. Apostoli itidem jubentur docere
omnes gentes. Matth. 28: 19. Id autem cum viva voce fieri non posset,
scripto peragi necesse erat: vel *speciale*, quale datum Mosi, ut inscriberet
hoc monumentum libro, & insereret in aures *Jehoschuae*. Exod. 17: 14. &
34: 27. Prophetis. Esai. 8: 1. Jer. 30: 2. Habac. 2: 2. & in Nov. T. A-
postolis. Apoc. 1: 11. Rom. 16: 26. deinde *internum*, per instinctum
& impulsum Sp. S. à quo *sancti Dei homines acti, loqui sunt*. 2. Pet. 1:
22. *Omnis enim Scriptura à Deo inspirata*. 2. Tim. 3: 16. *Quæ inspira-
tio etiam majus quid est, quam præceptum externum, cum scribentem
non solum obliget, sed & adjuvet.*

X X VI. Ut vel hinc in transitu pateat, quam male Pontificii negent
Nov. T. iussu & instinctu Dei exaratum esse: & quam præpostorè
speciatim Bellarminus inspirationem non-nunquam concedat, præceptum
autem neget.

*Vt Scri-
ptura non
sint occa-
sionaliter
scripta, sed
mandato,*

X X V I I. Falluntur quoque Pontificii, cum volunt libros sacros
occasionaliter tantum scriptos: ut nimirum non omnia in iis contineri
videantur. Neque enim de omnibus S. Scripturæ libris hoc dici potest.
Non ex.gr.de libris Mosis, Euangeli & Apocalypsi, aliisque:neque etiam
pugnat Prophetas & Apostolos occasionses scribendi oblatas arripuisse, &
tamen mandato divino scripsisse, cum Sp. S. occasionses itas arripere eos
voluerit, atque istoc pacto non solum ad particulares istos cœtus & ho-
mines, sed & ad universi orbis ac omnium temporum fideles loqui. *Et
obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filii loquitur: fili mi*, &c.
Hebr. 12: 5. *Ipse enim dixit, non te omittam, neque te derelinquam.*
Hebr. 13: 5.

*& inspira-
zione divi-
na.*


X X V I I I. Scripterunt autem hi scriptores afflatus & ductu Sp. S. tanquam
eius

Meeting the Ministers & Congregations in this Province among
others) Which I false scandalous wicked & Seditious Libel I say
I^d John Chalkley at Boston afores^d on 3^d Thirteenth day of March
last did publish after Expose to Sale & actually did sell to & give
Encouragement of others in the like Case offending Expresses Example
of his Maj^t Subjects of this Province ag^t y^e peace of our S^r Ld the
King his Crown & Dignity in y^e Laws in that case made and
proceeded —

¶ And in the S^d Libel are contained the following false
wicked malicious & scandalous Words The Children of Corah
Dathan & Abiram were swallow'd up with them Moaning
with their fathers) W^t Words are a plain & direct Contradic-
tion to the Holy Scripturts, Numbers 26. 11

These words last recited were inserted by Secretary Willard
contrary to the Opinion of Judge Townsend, who told
him it was a mistake of the printer &c &c

a quid facit N^r Ex: brachia et vultus huius
metamorphosis difficit s^{ed} in p^t t. 3. 17. 28. 29.



ejus organa. *Omnis Scriptura divinitus est inspirata.* 2. Tim. 3: 16. *Non enim libitu hominis allata est olim prophetia, sed aetè Sp. S. locuti sunt Dei homines.* 2. Pet. 1: 21. Quod tamen factum cum aliquâ varietate. Quædam enim à Deo audita aut revelata mero amanuensium ministerio scripsierunt. Quædam etiam historicè, tum narrando, tum docendo, commentati sunt secundum sapientiam sibi datam. 2. Petr. 3: 15. Nonnulla etiam ipsi dictarunt tanquam ministri fideles & prudentes in domo Dei, juxta accepta Sp. S. dona. *Sicut in tota domo Dei fidelis erat Moës;* cum quo ore ad os loquebatur Iehova. Num. 12: 6, 7. & sententiam suam dixit Paulus, *visus sibi habere Spiritum Dei.* 1. Cor. 7: 25, 40. Atque ita non solum ipsæ res, sed & verba tanquam verba Sp. S. accipi debent; quæ tamen Sp. S. suaviter contemperavit ingenio & donis specialibus cujusque scriptoris. Unde illa styli dictionisque varietas.

XXIX. Unde consequitur, sine errore omni libros hosce scriptos esse. *Inde scri-*
Sic Euangelista profitetur, se, quæ scripsit, penitus assequuntur fuisse, ut pererunt si-
agnoscatur carum rerum veritas, quæ auditione acceperant. Luc. 1: 3, 4. *Et Spiritus veritatis Apostolos deduxit in omnem veritatem.* Joh. 16: 13. *ne omni*
erore.
 Unde & tota *Scriptura* Θεόντες & dicitur. 2. Tim. 3: 16. Imo etiam aliunde patet scriptores sacros errare nec potuisse, nec voluisse: non illud, cum ea scriberent, quorum oculati plerumque fuerant testes; ut in N.T. à Baptismo Johannis usque ad diem ascensionis Christi. Act. 1: 21, 22. annunciantes nobis, *quod audiverunt, quod oculis suis viderunt, quod spe-*
ctaverunt, & manibus suis contrebaverunt. 1. Joh. 1: 1. non hoc, cum à mendacio ipsius doctrinæ, quam tradebant, religione prohiberentur. Et cui bono aliter egissent? Neque enim famam aut opes hac ratione venari poterant (obstat enim doctrinæ ipsius genius, quæ inania hæc contemnere homines docebat, sed potius mortem ac crucis sibi instare cernebant) nec si falsa scripsissent, idque coram eo ipso populo, ubi recens hæc gesta erant, latere poterant. Ita ut mendaces esse non potuerint, nisi & pessimi & stultissimi mortaliū simul fuissent.

XXX. Cum vero tota *Scriptura* ita divinitus inspirata sit, hinc illi *ideoque in*
proprium est, quod eâ nihil falsi contineatnr. Inde etiam nihil in eâ do- *tota Scri-*
cetur quod repugnantiam includat: sic enim falsum doceret, si pugnantia propria non
doceret: eorum enim semper unum verum est, alterum falsum: plura falso, nec
enim discrepantia simul vera esse non possunt, neque potest res duplicitis na- falso, nec
turæ esse. Lubentes tamen fatemur, *Scripturam,* cum à Deo profecta sit, *falsi ipsi re-*
posse nos quædam de rei alicujus natura docere, quæ ratione naturali non falso, ipsi re-
pugnantis.

continentur, sed quæ supra rationem sunt, licet non contra eam.

XXXI. Ut hic cœspitent Sociniani, & qui cum illis sentiunt, volentes
1. doctrinam quidem S. Scripturæ divinam esse, non autem singula ejus
verba. Contra loca Marc. 13: 11. *Ne ante solliciti estote quid dicturi sitis,*
sed quicquid datum fuerit vobis illo momento, id loquimini; non enim estis
vos qui loquimini, sed Sp. S. coll. cum 2. Tim. 3: 16. *Tota Scriptura est*
scriptura prophætia. 2. Scriptores sacros in rebus quibusdam minoris momenti,
præcipue historicis, errare potuisse, imò aliquando errasse. Contra dictum
2. Tim. 3: 16. *Nec enim libitu hominis alia ita est olim prophetia,* sed acti à
Spiritu S. loquuti sunt sancti Dei homines. 2. Pet. 1: 20, 21. *Dicta Jehova-*
re sunt dicta pura, &c. Psal. 12: 7. Doctrina ejus integra est, testimonium
ejus verax. Mandata Jehovæ sunt recta, præceptum ejus purum. & 19:
8, 9. Hoc enim si admittatur, universa Scripturæ fides labascit, & dubia
reditur.

XXXII. Quod autem exempla illa attinet, quæ hic objiciunt: no-
tandum, quantum ad dogmata ac res graviores, cum ea ex imme-
diatâ Dei inspiratione scriptores sacri hauserint, eademque sèpius repeatant
ac inculcent, in iis nullum eorum lapsum reperiri: ea autem, de quibus di-
sputatur, pleraque circumstantias tantum quasdam & modos rerum ge-
storum concernere, ita ut religione salvâ etiam ignorari possint: & vero
aliud quoque est, non definite omnia exprimere, quod aliquando à S.
scriptoribus fit, aliud vero, aliter exprimere ac res sèpe habet, quod nun-
quam ab illis fit. Cum verò nobis nunc desint rerum gestarum annales,
& lateant circumstantiae & minutiae, ex quibus multorum locorum in-
telligentia pendet, nostra hic confitenda est ignorantia, non vero scripto-
rum fides sollicitanda: quin & levis hæc in quibusdam discrepantia ipsos
ab omni doli suspicione liberat, ne videantur ex compaecto egisse.

C A P U T V .

De Scripturæ divinæ auctoritate.

Scriptura
qualis
AUCTO-
RITAS.

I.  Sertâ divinitate Scripturæ, ultrò sequitur ejus auctoritas,
respectu nostri. Circa quam duplex occurrit quæstio;
primo, unde auctoritatem eam Scriptura habeat; se-
cundo, unde ea nobis innotescat: de quibus non recte,
scm-

D^r Bennet Boston New England June 25. 1724

Rev^r Sir. I wrote to you some M^r ago & to a great Number
of Gentlemen, to whom I had the Honour to be known, but have
since learned, that my Packet was intercepted by the Diversers.
Wherefore I take this Opportunity (by a sure Hand) of returning
you thanks for the many Civilities received in England from
you & from your good Lady, who (together with your dear
Children) I hope is well, to whom pray make my Ser-
vice acceptable. I have been sadly harassed & persecuted
by the Diversers here, on Account of the Book I caused to
be printed in England, and am but just now come down
from of Harrington Country, and from of Westford Towniers
of Connecticut, whither I was obliged to flee from their
Fury, above 200 Miles from Boston. Tis not possible
& express their Rage & ~~Madness~~ ^{Malice} by Reason of the great
Innuers of the Church, throughout the whole Country.
They have served a ~~Bench~~ Warrant upon me, and I am to
appear next Wednesday at y^r General Sessions. I have sent
a copy of y^r Indictment to D^r Marshal, and shoud be glad
if you would please to look upon it. There you will
see the Moderation of these mild & moderate Men. You
must know S^r, that I was under Bond of God until I
should take the Oaths, which was the Condition of my
Book, and th^t I have taken the Oaths, (a Certificate
whereof under the Seal of the Province is sent to my
Lord of London) yet they refuse it.

to give me up my Bonds, Designing to make a forfeiture
of them, by declaring the Book a Libel against the Governm't, &
and consequently my selling of it a Breach of the peace.

I stand very much in dread of good Officers of my Friends
in England in this affair. If my D^r of Lord would condescend to
be my Friend, I could soon put it out of the power of
these Men to hurt me. But that great Man has already
received Impressions to my Diservice. I would strive by all
possible (honourable) Methods to gain his favour, but what D^r
of Compt^r to steer to reach that w^t d^r for Haven, I know
not. If I were in Bod^r & upon of Mission, they would not
dare to treat me thus. I should not be so solicitous of being
shredd from that ruin, to which the Independents have
doomed me, (and which they will certainly effect if my D^r
of Lord remains my Enemy) were it not for my poor
wife, that dear, tender partner of my life, (who is almost
frightened to death already by their proceedings) and three
small Children; but would cover my List, not with a Month, but with
my Honesty & Innocence; and instead of being surpris'd like Caesar to
see his Friend among the Assassins, I would smile on Brutus when
he gave the Blow: hoping that some of those red Gentlemen, whose
Friendship I could not gain, would at least think me worthy of
Compassion, since the defending of their sacred Character, at the
Expence of every Thing dear to me, was my greatest Crime.
And I should think it a sufficient Honour, to have it said of me,
that the person who like a Sacrifice for the Church in
New England was (y^r distressed but very much obliged
(every humble Serv^r) J^r Sheekley

D^r Greys,
Geo^d P^r Boston N. E. December 6 1724
June 21. 1725

The severe Prosecutions I have been under from the Independents, since my Arrival, obliged me to make Application to some of my Friends in England, hoping they would have been able, to have procur'd ~~for me~~ the Favour of my D^r of Lond^r, or a Holt prosequi. And tho' (I fear) they have not succeeded, yet the Readiness, which (I am inform'd) those worthy Gentlemen express'd, to have procur'd what might have shread me from the Fury of these Independent Deabolites, I must acknowledge, has afford'd me a Pleasure next to that of their being successful in it.

I have had two Tryals on Account of the Book. At my first Tryal before the Sessions, the Justices often declar'd from the Bench, that they would not have me suppose, that I was to be tryed.

I have rec'd your kind Letter dated at Cambridge Aug^r 7. 1724, for which I return you my hearty Thanks. The Manuscript you were pleas'd to oblige us with, shall be promis'd as soon as we can bring the Printers ~~into~~ to any Temper, who have been so much menaced by the Teachers, that we have found it very difficult to get any Thing printed in Defence of the Church. The enclosed pamphlets,

which I desire You would accept, I printed by Hatch,
at ^{the} Time of my first Trial. Had the Judges known
of it, they would have made it a Forfeiture of my
Bonds: (for You must know, my Countrymen think it
Treason to write in Disfence of the Church,) and indeed,
I had not run such a Risque, had there not been
a Society for it. There was at that Time a great
Dispute between two Leaders of the Sub-divisions of
the Scheme, a Baptist & a Quaker lately a Baptist,
with both whom I conferr'd, when I fled from the
Moderation of the Independents into the Harran
gated Country, the Seat of the Quakers & Baptists.
Five hundred were dispers'd in these parts, and have
done a great deal of Service already. You must
excuse the Lowness of the Diction; tho' By the Good it
has already done, I would flatter my self, that it
is not ill-suited to the End proposed, viz demonstrating
to either party the Inconsistency of their respective
Schemes in their own Dialect; to keep close to w^{ch}
and to write with perspicuity, I assure you is not
very easie.

I have made Enquiry for that Tanatrical Collection,
[Part of a Register] but cannot yet find it.

If your Bookseller will send 20 of your excellent
Tracts against Peirce, bound in Calf, and filleted
with Gold, at 3/9^d, for running the Risque, I believe
I can sell them; which if I do, I shall charge
no Commission. If I cannot sell them all, I will
carefully return the remainder: But I make
no deduction of it, if they be well bound, and
at that price.

sentiunt Pontificii, qui non uno modo hæc explicant.

II. Majorum nostrorum memoria papismi propugnatores omnem Scripturæ auctoritatem ab Ecclesiâ pendere statuebant, ut sine ea non major esset Scripturæ auctoritas, quam ex. gr. Livii, Fabularum Æsopî, Alcorani.

III. Hoc autem, cum nimis crudum appareret, emollitum est à Pontificiis recentioribus, qui fatentur auctoritatem Scripturæ S. à nulla creatura conferri, sed tamen quoad nos eam dependere volunt à iudicio Ecclesiæ.

IV. Verum hi revera idem dicunt quod priores. Scripturæ enim auctoritas in se nullo modo differt ab ejus auctoritate quoad nos. Omnis enim auctoritas relativa est, & respectum ad alium necessariò includit; adeoque Scriptura nullam habet auctoritatem in se, nisi eam habeat respectu nostri: atque hanc auctoritatem quoad nos si non habeat Scriptura nisi ex auctoritate Ecclesiæ, nullam habebit omnino nisi ex Ecclesiæ ejusdem auctoritate.

V. Origo autem controversiæ fuit, quod cum reciperent nostri quædam ab Ecclesia tradita & commendata, ut Symbolum Apostolicum &c. alia autem rejicerent, ea nimirum quæ papismum constituebant, quia illa extra Scripturas erant: hinc usurperunt Pontifici auctoritatem Ecclesiæ, & ne libros quidem sacros sine illius auctoritate & commendatione recipi à fidelibus contenderunt.

V I. Nos potius distinguimus inter ipsam Scripturæ auctoritatem, quam respectu nostri habet, & rationem per quam ea nobis innotescit. 1. Igitur vera causa auctoritatis Scripturæ quoad nos est solius Sp. S. inspiratio, propter quam divina est & à Deo profecta. 2. Authentica autem ratio, unde ea nobis innotescit, dependet ab ejusdem Sp. S. testimonio, quo nobis divinam illam Scripturæ auctoritatem, ex characteribus ipsi impressis, persuadet. 3. Auctoritas testandi authenticè de verbo Dei propriè tantum tribui potest viris sanctis, qui à Spiritu S. acti illud nobis tradiderunt. 4. Ecclesiæ verò nullæ aliae hic sunt partes, quam Scripturam illam commendare, & de eâ testari; idque ministerialiter tantum, ut concivibus suis idem præstabat mulier Samaritana. Joh. 4: 39, 42.

VII. Distinguendum porro est inter fundamentum fidei, quod tantum unicum est, nimirum cœlestis veritas propriâ luce nobis affulgens, & argumenta, motiva, media, ac adjumenta fidei; quæ varia sunt, cum va-

*quomodo
enervata à
Pontificis.*

riis argumentis & occasionibus quis ad fidem adduci possit: atque hic etiam partes suas habet Ecclesia.

VIII. Multiplex enim hic Ecclesiae est officium. Fungitur namque notarii vice, ad Scripturas asservandas. *Credita ei sunt eloquia Dei.* Rom. 3: 2. & præconis, qui eas promulgat, docendo *omnes gentes.* Matth. 28: 19. & interpretis, habentis *prophetiam, secundum conformitatem fidei.* Rom. 12: 7. & vindicis, qui eas tuctur, instar *columna & firmamenti veritatis.* 1. Tim. 3: 15. Hæc autem omnia quæ muneris & officii Ecclesiae sunt, ad auctoritatem ejus rapi non debent. Scripturarum verò auctoritatem non dependere ab auctoritate ac judicio Ecclesiae, sic porro firmatum imus.

& confir-
matio, ni-
piura au-
ctoritatem
non depen-
dere ab
Ecclesia. IX. 1. Scriptura ipsa divinitatis suæ certitudinem secum fert indepen-
ter ab ullius cœtus vel tribunalis, vel hominum judicio: *Sermo enim Dei*
mir. scri-
est. 1. Thess. 2: 13. & *potentia Dei ad salutem cuivis credenti.* Rom. 1:
16. *Sermo mens & præconiatio mea non est in persuasio*ri* humanae sapien-
tia verbis; sed in demonstratione spirituali & potente: ut fides vestra confi-
stat in potentia Dei.* 1. Cor. 2: 4, 5. *Qui voluerit voluntatem facere illius,*
qui misit me, cognoscet de hac doctrinâ, an ex Deo sit, an de me ipso loquar.
Joh. 7: 17. Nimirum Scriptura ipsa erudit nos, quid de ipsa sit, modo inveniat dociles & paratos eam recipere.

X. 2. Est enim *lucerna*, quæ propriis radiis splendet, Psal. 119: 105. &
19: 9. quæ & ipsa illustrat & aperit oculos, quæque *sapientiam affert impe-
rito*, ys 8. & quæ *veluti lucerna splendit in obscuro loco.* 2. Pet. 1. 19.
Ita ut non opus sit testi alicui inhærere, qui eam nobis ostendat, sed sufficiat solum oculos aperire, & lumini ipsi, tam potenter se se ingerenti, intentum esse.

XI. Cum ergo libri hi in se se tam divini appareant, & cœlestem pro-
fus lucem fundant, an recipi non poterunt nisi per externum testimonium
Ecclesiae? an hoc lumen splendore ac vi suâ non longè superat quodcumque
Ecclesiae judicium? sufficiat ipsi lucem hanc monstrasse, divinitatis
notas ostendisse; istis autem cognitis fides nostra jam non testimonio
Ecclesiae, sed ipsa illa luce & cœlesti veritate, tanquam communi fun-
damento, nitetur.

XII. 3. Ex adverso autem Scripturæ auctoritatem ab Ecclesiae testimonio
suspendere, quid aliud est, quam auctoritatem divinam humanæ subji-
cere, & Deo non aliter credere, quam hominis causa; atque ipsi non aliter
loquendi potestatem & auctoritatem dare, nisi quatenus ei humani testi-
monii

(Then followed the Substance of the Letter to D' Bennet)

P. S. pray give my Duty to that great & good Man, the
rev'd Dean of Ely, and my hearty Service to all the
rev'd Gentlemen in London, of your Acquaintance, to
whom I had the Honour to be known, and when you
shall revisit

the pleasing Banks of Cam,
(Where Abraham Cowley sweetly sighed his Lambs,)
pray give my very humble Service & Respects to the
rev'd Dr Lany to professor Dickens, from whom I rec'd
a great deal of Civility.

Mr Bonnian, Boston New England June 23rd 1725

Rev'd Sir

(Then followed the Substance of the Letter to D' Bennet
& D' Grey.)

P. S. I shou'd be glad, if you'd give my Service &
best Respects to M^r Oldisworks, when you shall see
him. Pray acquaint the rev'd Gentlemen of your Ac-
quaintance, to whom I had the Honour to be known in
England, that I shall always count an Honour to be
thought worthy of their Notice. Remembrace.

D^r Haywood, Boston New England June 23. 1725

20^d Jr

I give You heartly Thanks
for your kind remembrance of me, in your Letters
to the Rev^d Dr Cather & Mr Johnson. I assure you
of the friendly Letters from y^r Rev^d Gentlemen, to
whom I had the Honour to be known in England,
have been (I must acknowledge) in my Distress &
Trouble, a great Consolation to me.

The severe Prosecutions I have been under &c
It would be trespassing too far upon your Patience, to
give you a full Narrative of the barbarous Usage
I have met with from my own Countrymen, for my
endeavouring to serve the Interest of the Church of
Christ. Worse I w^t begin, I might justly say
with Affrees

Ante Diem clauso componeret Vesper Olympo:
Therefore, that I may not be a troublesome
Companion, by tiring you with a long Narration
of my Sufferings, I'll ^{change} leave the barbarous
Scenes, and beg leave to entertain you with
the joyful Hopes of the Increase of the Church.

(Then follows the Address to Dr Bennet &c)

~~and~~ P. S. I pray give my Love & best Regards to that
great & good Man, the Rev^d Dr Deane, and to Dr
Shipp, the late excellent Vice-Chancellor.

monii pondus accedit ? quod est auctoritatem humanam divinæ præferre. Et sane , an non credemus Iesum in mundum venisse , nos redemptos esse,dari resurrectionem mortuorum, vitam æternam, &c. nisi quia homines id testantur ? & an Ecclesiæ & cœtus aliquius auctoritate opus erit, ut credamus Mosen vera de mundi & Ecclesiæ incunabilis scripsisse , ipsumque fidem servum in domo Dei extitisse ?

XIII. 4. Christus autem adeo humanum omne tribunal defugit, ut ne à Johanne quidem testimonium accipere sese dicat. Joh. 5: 34. majus autem testimonium se habere asserat ys 32. illudque triplex ponit, 1. opera sua, ys 36. 2. testimonium Patris, ys 37. 3. testimonium Scripturæ, ys 38, 39. Quod Scripturarum testimonium etiam Petrus 2. Ep. 1. 16-19. voci cœlesti in monte editæ præfert. Unde & Apostoli , cum Euangeliū prædicabant , hac sola doctrinæ suæ potentia & efficacia fideles afficiebant. Qui excipiebant illum , non ut sermonem hominum , sed scut est vere , ut Dei sermonem , qui etiam agit in illis qui credunt. 1. Thess. 2: 13.

XIV. 5. Ecclesiam porro quod attinet, certum est, ejus judicium solum ministeriale, humanum , atque adeo fallibile esse ; imo & ipsum ad Scripturæ normam explorari debere : sic enim de omni Spiritu in Ecclesiâ docente edicit Apostolus. 1. Joh. 4: 1. Scriptura autem cognita cum longe majoris sit auctoritatis,nimirum divinæ, eam ab Ecclesiâ & humano iudicio nancisci non potest.

XV. 6. Quid , quod Ecclesiæ judicium Scripturæ divinam auctoritatem præsupponit : quibus enim argumentis vel quo testimonio Ecclesia ipsa persuasa est , esle quosdam libros divinos , ut eos fidelibus pro talibus commendet ? Debet nempe hoc esse, aut testimonium alterius ecclesiæ , & sic in infinitum ibitur, aut certe ipsa lux & divinitas Scripturæ propriis radiis effulgens , atque adeo hæc jam prior & superior agnoscitur. Patentur hoc adversarii , cum Ecclesiam Scripturam non facere authenticam concedunt , sed solum talem declarare , adeoque prius eam talem esse. Deinde & suam , quam habere se dicit , auctoritatem Ecclesia non aliter quam ex Scripturâ probat & deducit : adeoque ejus auctoritatem iterum priorem agnoscit & supponit. Et in circulum hoc pacto incurruunt adversarii , quem nobis injuste exprobrant , dum ex Scripturâ auctoritatem Ecclesiæ docent , & rursus Scripturæ auctoritatem ab Ecclesiâ suspendunt.

XVI. 7. Sed & ipsa rerum experientia,& tot sæculorum usus, ab ipso Ecclesiæ exordio , contrarium demonstrant. Si quæ enim Ecclesia hic aliquod sibi vindicare posset , ea foret Judaica. Nam indicat verba sua

Jacobo , statuta sua & iura sua Israëli. Psal. 147: 19. Et prodiit Sione doctrina , & verbum Jehovæ Ferosolymis. Esai. 2: 3. Et salus ex Iudaïs est. Joh. 4: 22. atque illis concredita sunt eloquia Jehovæ. Rom. 3: 2. Non tamen vel Moses, vel Prophetæ ab ea auctoritatem suam mutuati sunt, aut scripta sua hominum aliquorum in cathedrâ sedentium judicio aut tribunali subjecerunt, qui ea prius divina declararent: sine interventu enim humanæ auctoritatis dicitur, *qui Moïs crediderint*, credent etiam Christo, nam Moses de illo sic scripsit. *Quod si scriptis illius non crediderint, quomodo verbis illius credent?* Joh. 5: 46, 47. Sed & invitîs saepe Ecclesiæ doctoribus ea publicarunt. Jer. 28: 8. & seqq.

XVII. In Ecclesiæ autem Novi Test. trium saeculorum spatio nulla Ecclesiæ determinatio de sacris libris fuit facta. Primum vero Concilium quod librorum canonem confecit, fuit Laodicenum: istud autem auctoritatem divinam istis libris non contulit, vel conciliavit, sed eos libros semper à fidelibus pro divinis habitos fuisse docens & præsupponens, canonem & catalogum eorum solum dedit, eumque testimonio suo confirmavit. Et cum nullum quoque aliud hujus concilii potuerit esse fundamentum, quam ipsa horum librorum interna auctoritas & divinitatis nota, hoc eodem quoque fundamento similiter singulorum Christianorum fides nitetur, non autem Ecclesiæ vel nomine, vel auctoritate.

XVIII. Auctoritatem ergo tantam Ecclesiæ Romanæ, vel illius doctoribus, vel Papæ, velle tribuere, quæ ne quidem ulli ecclesiæ antiquæ convenit, nihil aliud est, quam introducere bestiam Apocalypticam, & imaginem bestiæ facere, eamque adorare. Apoc. 13.

*Adversariorum
objectiones.*

XIX. Objiciunt adversarii. 1. Scripturam saltem scipiam & suam auctoritatem non posse probare, nec de seipso testari, nec controversias quæ de ipsâ agitantur finire, adeoque ad superiorem quandam auctoritatem confugiendum, nimirum Ecclesiæ. Sed jam ostendimus Scripturam continere in seâ notas & characteres divinitatis suæ, & cœlestem quandam lucem spargere, eamque oculis iutuentum offerre, ex qua cognoscet fidelis *de doctrinâ Christi, quod ex Deo fit.* Joh. 7: 17. mandata enim Jehovæ sunt recta: *præceptum Jehovæ purum, illustrans oculos.* Psal. 19: 9. nullo vero modo probationes divinitatis suæ aliunde, vel ab hominum quocunque cœtu vel fede emendicare. Vide Joh. 8: 13, 14. ubi Christo idem à Phariseis objiciebatur, quod proprio testimonio se venditaret. Sicut autem ille ad opera sua provocabat, ibid. & cap. 5. 32. *Alius (inquit) est, qui testatur de me, & scio firmum esse testimonium quod testatur de me.* Ita & effe-

Were it not too great presumption, I woud trouble You, to
make my Service acceptable to D^r Smith of your own
College, M^r Parker, M^r Green of Queen's, M^r Burton
of Corpus, M^r Warton of Magdalen, but — but why
do I go to enumerate? It woud be unkind ^{in me} to omit
any, and it woud be Impudence to desire You to go
to all! I shall therefore only beseech You, to acquaint
those worthy Gentlemen, who are so happy as to be
of your Acquaintance in Oxon, ~~howe~~ and from
whom I rec'd so many Civilities, that I shall always
count it an Honour, to be thought worthy of their
Remembrance. Good Wards express it, I woud
attempt to let You know, how much I reverence
your celebrated University —



effectus atque operationes Scripturæ divinitatem illius ostendunt; atque adeo sibi ipsi testimonium præbet, non auctoritativè, sed ratiocinativè.

X X. Instant. Quis autem certos nos reddet, non errare nos in discernendis istis S. Scripture notis? Resp. Dat nobis Deus notas illas discernere eadem gratiâ & illuminatione Sp. S. qua nos facit percipere ipsam doctrinam, pro variâ mensurâ intelligentiæ cuique concessâ. Similiter ac olim, cum vox Dei viva sonaret Patriarchis, non discernebatur illa à certo quodam tribunali, sed ipsa tantâ sonabat efficaciâ, ut divinitas ejus sine ulla dubitatione crederetur, nec metus esset illusionis diabolicæ.

X X I. Porrò autem objiciunt, Scripturas multiplici vitio laborare, quosdam libros è sacro codice deperditos, textum esse corruptum, versiones infidas & incertas, nec dari viam, qua simplex Christianus proprio ingenio ex hisce dubiis se extricare possit: ut ita vel invitatos ad auctoritatem Ecclesiæ agnoscendam nos compellant. Resp. 1. Distinguendum esse in S. Scripturâ inter substantiam ejus, doctrinam nempe sacram, & verba fundamenti ac foederis Dei, & inter externa ista adjumenta ac organa, per quæ illa doctrina hominibus communicatur, qualia sunt ipsi libri S. versiones, & quodcunque hominum circa illa ministerium. Doctrina ipsa, & hoc verbum Dei vivum, sese ipsum ostendit, & cordibus electorum per operationem Sp. S. potenter insinuat, non obstante defectu vel vitio quoctunque in organis istis externis. Non enim ab illis fides vel salus nostra pendet, sed à doctrina ipsa iis contenta. Atque hoc pacto simplex Christianus audiens prædicari Christum crucifixum, tam potenter verbo eo afficietur, ut absolutè de eo certus futurus sit; et si nec græcè nec hebraicè noverit, & verbum per homines fallibiles ipsi prædicatum fuerit: atque vi illius luminis superabit omnia dubia, quæ vel doctissimos exercent; juxta pactum Jehovæ ratum: *Indam leges meas cordibus eorum, & mentibus ipsorum inscribam eas.* Hebr. 10: 16. *Erunt enim crediti omnes à Deo.* Joh. 6: 45. 2. Sed & reponi hæc objectio adversariis meretur; nam Concilia, Pontificum decreta, aliaque quibus ipsorum fides innititur, vel maximè incerta, & plurimum supposititia sunt: atque universum Ecclesiæ ministerium, cui tamen plebem Christianam astringunt & subjiciunt, etiam fallibile est. Unde ergo certitudo fidei apud adversarios? Nos autem facile nos expedimus, dicentes doctrinam sacram vi suâ propriâ pollere, & defectum organorum superare, & licet per homines fallibiles prædicatam, tamen plenam sui fidem in cordibus fidelium facere.

X X II. Quærunt ulterius: unde sciam hos vel illos libros S. Scripturæ

ræ divinos esse, & à tali scriptore, quem præferunt, conscriptos: atque hic ad Ecclesiam iterum confugiunt, quæ hoc ab Apostolis acceperit, & nobis tradiderit. Resp. Probat quidem Ecclesiæ testimonium, & continua temporum successio, à quo auctore scriptum aliquod profectum sit: est autem hæc quæstio proflua historica, & fides ea cognitione carere potest. Sed ejus interest scire potius, an doctrina, eo scripto contenta, sit divina, & à Sp. S. profecta: hoc autem credere nos facit non Ecclesia, sed lumen internum ex ipso illo scripto haustum.

XXIII. Pergunt: Canonem saltem sacrorum librorum Ecclesiæ auctoritate confessum & nobis traditum esse. Resp. 1. Ecclesiam canonom S. librorum non proprie auctoritate quâdam, quâ tales vel tales libri pro sacris haberi edixerit & jussiferit, condidit, sed libros eos accepit, agnovit, catalogumque eorum tradidit, ut mox videbimus. 2. Neque hæc confessio canonis ac catalogi sacris libris auctoritatem suam conciliat: non magis quam confessio instrumenti per notarium hæredibus jus ad hæreditatem dat. 3. Nec etiam talis librorum canon propriè ad salutem necessarius est, ut ex historia nascentis Ecclesiæ patet; enim integris saeculis canon completus defuit. Fides enim non externo codice, sed doctrina eo contentâ nititur.

XXIV. Ad dictum Augustini, *Non crederem Evangelio, nisi catholica Ecclesiæ me commoveret auctoritas.* contr. Epist. Fund. c. v. Resp. loqui ibi Augustinum de via & auxiliis quibus catechumenus (cujus personam ibi assumit) adducitur ad fidem; inter quæ vel præcipuum est testimonium Ecclesiæ, quæ vicem testis & indicis supplet: non vero de fundamento, cui fides inniti debeat, ut constat ex cap. xiv. 2. Sub illa Ecclesiæ comprehendit vel maximè Apostolos, eorumque miracula. 3. Scripturæ autem eminentissimam auctoritatem tribuit, & ex eâ contra Manichæos in istâ disputatione pugnat.

C A P U T V I .

De libris Canonicis, Apocryphis ac Supposititiis.

*Libri ca-
nonici un-
dedi.*

I.



Idendus nunc S. Scripturæ canon, unde canonica dicitur, quia fiduci ac bonorum operum regula, seu canon est. *Quicunque secundum hunc canonem, regulam, incedent.* Gal. 6: 16. Veteribus autem canonici hi libri dicebantur, quia

COR-





continebantur intra catalogum, seu indicem sacrum, quem *κερύττεα* appellabant: unde divisio librorum in *κερύττες* & *ἀκερύττες*, apud Athanasium aliosque.

II. Libri hi Canonici sunt, vel Vct. vel Novi T. unde & *κειμήλοις* *Quicquid* veteribus dicebantur. Vct. Testamenti libri *κειμήλοις* sunt 39. Josepho *merantur*; & antiquioribus Judæis 22, recentioribus 24, unde *עֲשֵׂרִים וְאֶרְבָּעָה prout sunt, Eſrim veſtaba* iis dicti, aliis etiam 27, pro varia quorundam librorum *vel V.T.* combinatione, vel distinctione.

III. Libros hosce Hebræi dividunt in *תורה Thora*, legem, & *חֲכָרָתָה divisione dividuntur,* prophetas, & *כְּתֻבִים Nebiyim*, seu Hagiographa; quæ ultima Christus sub Psalmis, ut præcipuâ eorum parte, comprehendere viſus est. Luc. 24: 44. Quamvis alias in N. T. simpliciter in Legem & Prophetas dividantur. Matth. 5: 17. Luc. 16: 29. Act. 28: 23.

IV. Lex pentateuchum *חַמְשָׁה חֲמִשָּׁי תֹּורָה Chamischa cho- in legem, mische thora*, h. e. quinque quintas Legis, comprehendit: in quo nomina quædam locorum tempore Mosis incognitorum, atque alia quædam, ab Ezra aut alio scriptore sacro deinceps addita esse videntur.

V. Prophetæ sunt vel priores *נְבִיאִים רָאשׁוֹנִים Nebiyim Rishonim* *Prophetas* dicti, qui sunt libri Historici, post Mosem usque ad divisionem imperii Israëlitici scripti; & posteriores, *נְבִיאִים אַחֲרוֹנִים Nebiyim Acharonim*, qui post divisionem tribuum floruerunt: tres nimirum majores, & 12 minores, *תְּרֵי עָשָׂר Tere Asar*; qui ultimi uno libello continentur, qui inde *liber Prophetarum* dicitur. Act. 7: 42.

VI. *כְּתֻבִים Cetubim* sunt 11. Verba Dierum, seu Chronica, *אֶשְׁתָּרֶר Esther*, Ezra, Nehemia, Psalmi, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Cantorum, Liber Job, Daniel, (quem male Prophetarum choro eximunt, aut reliquis saltem inferiorem habent Judæi; contra Matth. 24: 15. ubi Daniel titulo Prophetæ ab ipso Christo insignitur) & Threni. Ut male Proverbiorum auctoritatem elevent, & inter Apocrypha ea detrudant Sociniani.

VII. Libri Novi T. sunt 27. Historici 5, Epistolæ Paulinæ 14, & 7. *Vel N.T.* aliorum, Catholice vulgo dictæ, quia scriptæ sunt ad Judæos dispersos; vel quia sub unâ formulâ ad diversos missæ videntur: denique unus propheticus, Apocalypsis.

VIII. De quibusdam horum aliquando dubitatum fuit, unde & *ve-* *Quorum aliqui aliquando quando* teribus *ἀγνῶστοι* dicti; ut de Petri epist. posteriore, de Jacobi, Judæ, ac

dubii fuere ac duabus posterioribus Johannis , & Pauli ad Hebræos epist. ac de Apo-
calypsi. Verum postea re compertâ , ac testimonii indubii evictâ , com-
muti assensu deinceps inter canonicos recepti sunt : et si de scriptoribus
quorundam librorum etiam nunc à quibusdam dubitetur & disputetur.

de Epistola ad Hebreos. IX. Speciatim epistolam Pauli ad Hebræos , & olim quidam ex veteri-
bus , Latinis , & hodie adhuc Sociniani impugnant , & suspicioneS contra
eam movent : verum Pauli eam esse , & consensus Græcæ Ecclesiæ ; &
nomen ejus in titulo constanter præscriptum ; & Petri testimonium , Pau-
lum etiam ad Hebræos εἰς Δασπόζη scripsisse indicantis . 2. Epist. 3: 15.
& Timotheus , Pauli itinerum comes , in ea memoratus . Cap. 13: 23. de-
nique solita Apostolo salutatio & clausula , *Gratia Domini nostri J. Christi sit cum omnibus vobis.* Amen. Hebr. 13: 25. conf. 2. Thess. 3: 17.
satis , inter plura argumenta , evincunt.

X. Reliquos autem libros ab iis conscriptos esse , quorum nomina præ-
ferunt , nulla causa dubitandi est , nisi & eodem modo de quibusunque
scriptoribus , qui in manibus versantur , dubitare libeat : deinde libri hi-
jam antiquissimis temporibus , cum de ea re constare posset , talibus au-
ctoribus adscripti sunt : & ipsa quoque scriptorum quorundam autogra-
pha adhuc suo tempore exitisse , auctor est Tertullianus .

Canonis constitutio quomodo facta :

XI. Atque hi sunt libri sacri , qui ad canonem pertinent . Videnda
nunc ejus constitutio . Perperam vero hic Pontificii nonnulli scripturarum
canonem conditum ab Ecclesiâ volunt , imo ejus auctoritate cum quotidi-
e adhuc augeri posse; quod Jus Canonicum , Stapletonus , & alii affirmant .
Cum nullius hominis auctoritate liber aliquis divinus fieri possit , qui ante-
talis non fuit ; quamvis Ecclesia librum , quem canonicum depre-
hendit , agnoscere & talem declarare possit .

circa libros T. V.

XII. Quod autem ad Vet. Test. canonem attinet , collectum cum
statuant Judæi post captivitatem Babyloniam à Synagogâ magnâ , de-
quà Efr. 7. agi volunt , cīque præfuisse Esram , interfuisse autem prophe-
tarum ultimos & sapientes ac Legisperitos multos alias , usque ad 120.
Verum cum nihil de illo confessu apud Esram occurrat , suspecta hæc meri-
to videntur . Sufficit eum approbatum esse à Christo , qui professus est , se
non venisse , ut dissolvat legem aut prophetas : non enim (inquit) veni , ut
eam dissolvam , sed impleam . Amen quippe dico vobis , usque dum præterie-
rit cœlum & terra , iota unum aut unus apex nequaquam præterierit ex
lege , usque dum omnia facta fuerint &c. Matth. 5: 17, 18, 19. sicut &
Moses ab etatibus antiquis oppidatum habebat ; qui ipsum prædicent , quum
in

Boston A. E. June 15. 1725.

Doctor Bennet

Rev^d S^r

I rec^d your kind Letter of Feb 18. 1724,
for which I return you my hearty Thanks, assuring
you, that the friendly Letters from y^e Revd Gentlemen,
to whom I had the Honour to be known in England,
have been, in my Distress & Troubles, a great Consola-
tion to me.

I shall not tire you with repeating my Suf-
ferings from y^e Difficulties, but beg leave to entreat you
with the joyful New^s of the Increase of y^e Church -
Last Month the Frame of a Church was rais'd at Fairfield,
~~the~~ a flourishing Town in Connecticut, but 10 Miles from
M^r Johnson. The People at Newport on Rhode Island
are building a spacious & beautiful Church, of Timber,
desiring to give the Frame of their old one to the
People of Westerly, a Town in the Narraganset, who
are desirous of a Church, but 15 Miles from the Rev d -
M^r McSparran, who preach'd last Week at New-
London^a a place of great Trade, the seat of the late
Gov^r, and where the King's Collector always resided;
at which Time there was an hundred & fifty pounds
subscribed, toward the building of a ^{other} Church. This Week
I accompany D^r Culler to Braintree, 10 Miles from
Boston, who goes there at the Desire of some of y^e Inha-
bitants to administer of Sacrament. The Church people
in this last mentioned Town are very poor, but they are
raising what they can, in Order to build a small Church;

and I design my Brother in Law, who is an ingenious
young Gentleman, taking the Degree of Master this next
July, and a sincere Convert to the Church, shall act
what a Layman may act among them, that is, read
the Service of the Church (excepting the Absolution)
and some good Portions, to keep the people in
Heart, who are much disengaged & disaffected for
want of a Minister upon the Spot; Dr Cutler
engaging to preach here once a Month, until they
shall be provided with a Missionary.

This (I^r) is the promising ~~position~~ of the Church
of Christ here. Of which the Dispensers are so
sensible, that they ~~make use of~~ all the Methods that ~~Coy~~,
~~Spright & Malice can prompt them to suggest, to~~
hance the Growth of it: one of which was the
late Memorial of Dr Cotton Mather, in the Name of
the Dispensing Teachers here, to the Gen^t Court,
that they might have Liberty to convene a Synod.
Had they succeeded, we have Reason to fear, that they
would have invented something like the solemn League
& Covenant, to prejudice the rising Generation
against the Church. Dr Cutler & Mr Myler put in
a Memorial against it, Mr Harris refusing to join
with them against his dear Brethren the Dispensers;
in which the following paragraph prov'd, what
I foretold it would prove, a Removal to the
Semi-matical Convention; which made me the

more urgent to have it inserted. It is in the following
Words, viz. ~~the~~ by Royal Authority
25. Whereas the Colonies in America are annex'd to the
Diocese of London; and inasmuch as nothing can be
done in Ecclesiastical Matters without the cognizance
of the Bp: We are therefore humbly of Opinion,
that it will neither be dutiful to his most sacred
Majesty King George, nor consistent with the Rights
of our rights ^{as} Diocesan, to encourage or call
the said Synod, until His Majesty's Pleasure shall
be known therein. —

This puzzled the lower House; ^{wherefore} after reading
this Clause several Times over, and a short
Debate upon it, they unanimously voted, to defer
the affair of the Synod until their Session in the Fall.
I hope My D^r of London will defend his own Rights,
and at the same Time see the Honesty of a Bp in
these parts. I pray God in Mercy to his Church, to
send us that one Thing necessary not only to the
W^el^e-being, but to the very Being of a Church; I
mean a Bishop, a Principle of Unity upon the
Spot, to put these Disorders, which neither the Vigilance
nor Wisdom of that great Prelat, our right reverend
Diocesan, at so great a Distance can either foresee or
(I fear) prevent.

In a short Time I propose to send you an Account
of the Parochial Society of the Church of England, and
of the public Library erected here: the laying the

Foundation of both which, I have been (Thanks to my
good God) the happy, tho' unworthy Instrument.
Rev'd Sir, I beg pardon for this long Letter, and shall
now conclude with assuring you, that by God's
assistance, no Threats nor Sufferings shall deter me
from prosecuting that glorious Cause, to which for
many Years I have been devoted; ~~and~~ always bearing
in my Mind the paternal Advice & Blessing of that
consummate Prelate, the late ^{good} Arch-Bp. of York, &
I rec'd from him, the last Time I had the honor to
pay my Duty to him in private, and represent the
State of the Church in New England, viz. Army & Navy
with the Humility & Courage of a Xian, and when
God shall suffer the Enemies of his Church to afflict
you, receive it with patience & cheerfulness,
praying for your persecutors. Which good
advice I have endeavoured to follow: and still
trust in God, that I shall survive the storm, that have
hitherto afflicted me, and live to see the happy Arri-
val of ^a Bp.; at which Time I am well assured, the
Church like an irresistible Torrent, but not with
the like ruinous effects, but with Salvation and
Healing under its Wings, will bear down all
before it.

Which that God may grant, is the hearty
Prayer of Rev'd Sir, Dr very much obliged,
very humble Servt

My Sonne joins with me in giving
my Service to you and Mrs.

J. C. Peckley

In Synagogis per singula Sabbathata legatur. Act. 15: 21. Et jam ante ejus tempora obsignatum à Malachiâ, S. scriptorum ultimo, qui jubet recordari legis Mosis &c. Mal. 4: 5, 6.

X III. Indubius autem ille est. Nam libri legis à Mose ipso profecti, atque sacrario illati sunt. Deut. 31: 26. Prophetici quoque non clam fuere compositi, sed partim publicis ministris traditi, partim viventibus adhuc prophetis editi, & clarissimis miraculis confirmati sunt. Conservando autem S. codici invigilavit Ecclesiæ fidelitas, cui credita erant τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Rom. 3: 2. Quo accessit scribarum studium ac industria, ac continua legis prælectio, tum sollemnisi, anno sabbatico. Deut. 31: 10, 11. tum ordinaria, singulis sabbatis. Act. 15: 21.

X IV. Novi T. quoque Canon pariter certus est: nam Euangelia Eccl. & T. N. ecclesiæ in communi fuerunt tradita; Epistolæ verò facilè discerni poterant, tum ex infatis περιγραφοῖς, de quibus supra, tum ex certis scriptorum indiciis. Ut Pauli dicentis ad Galatas, *videtis quam longis literis vobis scriptum meum manu. Gal. 6: 11. Ne à mente dimovet amini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, tanquam per nos scriptam, quasi insit et dies ille Christi. 2. Thess. 2: 2. Salutationem meam manu Pauli. quod est SIGNUM in omni epistola: ita scribo. Gratia Domini nostri Iesu Christi fit cum omnibus vobis. Amen. & 3: 17. Saluto vos in Domino ego Tertius, qui descripsi epistolam.* Rom. 16: 21, 22. Vide insuper 1. Cor. 1: 1. & 16: 19.

X V. Sunt autem omnes hi libri uniformiter authentici, authentiā vel Librorum historiæ, qua quicquid ibi narratur cum veritate historiæ convenit; vel horum uniforme, qua etiam ea quæ pro regula fidei ac morum proponuntur, debito niformis animi affectu ac obsequio excipienda sunt.

X VI. Atque eadem auctoritas ac fides libris Vet. ac Novi Test. competit, cum in illis Testamentum gratiæ promissum, & ministerio legis abumbratum, ac per prophetas significatum; hic vero idem in plena luce exhibitum ocurrat, ac porro fata Ecclesiæ ad ultima ejus tempora evolvantur.

X VII. Male ergo olim Manichæi & Marcionitæ Vet. Test. Deo vt non sint malo adscriperunt: contra verba diserta Petri. Non libitu hominis all. ita repudiant olim prophetia, sed acti à Sp. S. loquuntur sunt sancti homines. 2. Pet. 1: di libri V. 21. & Christi, gloriam tribuentis Patri suo, domino cœli & terra, quod hæc T. sub N. occultaverit à sapientibus & intelligentibus, & ea retexerit infantibus. Matth. 11: 25. & hodie Anabaptistæ libros Mosis & Prophetarum per Christum abrogatos somniant; distinguere nescientes inter cærimonias

Mosaicas, per Christum antiquatas, & communem atque invariabilem Ecclesiæ fidem.

XVIII. Quamvis enim luculenta in N. T. sit revelatio foederis gratiæ ac Christi, non tamen absque Mose ac Prophetis Theologiæ Christianæ canon perfectus est. Cum Scriptura Veteris T. commendetur ut *pura, & perfecta, ac recreans animam.* Deut. 4: 2. Psal. 12: 7. & 19: 8. & Christus quoque ac Apostoli ad libros Mosis ac Prophetas continuo provocarint, & nihil extra eos prædicarint; juxta illud Servatoris: *Scrutamini scripturas, ille enim sunt, in quibus vos videmini vobis vitam eternam habere, & illa sunt quæ de me testantur.* Joh. 5: 39. qui & carpit discipulos Emauticos, quod sint *amentes & tardi corde ad credendum ius, quæ locuti sunt prophetæ &c.* Luc. 24: 25, 26. sicut & Paulus ea *qua ante scripta sunt ad nostram doctrinam esse scripta affirmat.* Rom. 15: 4. Qui etiam asserit, se nihil dicere extra ea *qua Prophetæ ac Moses futura prædixerunt.* Act. 26: 22. Imo Veteris Testamenti scripta ad salutem sufficere docet Paulus. *Tu à puerō sacras literas novisti, quæ te possunt sapientem reddere ad salutem.* 2. Tim. 3: 15. Unde libri hi V. & N. T. conjungendi sunt, ut duo testes. Apoc. 11: 3. & ut *Canticum Mosis ac Agni.* Apoc. 15: 3.

XIX. Ad objectamenta adversariorum paucis notamus: *Legem & Prophetas dici usque ad Johannem prophetaesse.* Matth. 11: 13. nempe de Christo venturo, quem Johannes digito præsentem ostenderit; non vero post ejus tempora exolevisse. Et Christus appellatur *finis legis.* Rom. 10: 4. quia est ille, quem Lex respicit; vel saltē finitor servitutis ejus, non vero abrogator Legis; juxta id Pauli: *Legem igitur irritam facimus per fidem? absit, imo Legem stabilimus.* Rom. 3: 31. Et cum abolitum dicitur Vetus Fœdus. Hebr. 8: 13. De oeconomicâ Vet. T. hoc intelligendum est, non de communi doctrinâ ac fide.

X. Nec multum diversi ab his sunt Sociniani ac quidam Remonstrantes, qui lectionem V. T. utilē quidem censem, propter historiam; non vero necessariam ad probanda dogmata fidei. Quia nimur in V. T. aliam religionem doceri ac contineri volunt, quam in N. T. post prædicationem Christi ac Apostolorum. Quod falsissimum esse suo loco videbitur.

De libris A XXI. Sed imprimis Vet. T. canonem obscurarunt Pontificii, quod *apocryphis:* ad illos adjecerint libros Apocryphos; sic dictos, quia Ecclesiæ non sunt *eorum nomine traditi cum certâ testificatione Sp. S.* unde debent ~~discreveri~~ & privatisim

Boston N.E. Octob^r 8. 1725.
Dr Grey, I hope You have rec'd my Letter
of June 21. 1725, ~~and~~ with the Pamphlets,
as I have since rec'd that You were pleas'd
to send me by Dr Cutler, for which I return
You my hearty Thanks. I think You have
done good Service to y^r Causes, especially in
labouring the Affair of the Waldenses &c—
which the Dissenters (the without good ground)
thought was in their Favour; but by some
Things You have brought to light, I truly
think, they cannot but see, that the whole
Matter is fully conclusive against them.

I have at length procur'd the Book abt.
which You employ'd me, which hath given
me no small Pleasure. The Tradition of it is
this. And Cotton brought it into this Country at
the first Plantation of it; and it has been trans-
mitted from Father to Son, even to the late
Mr Rob^t Cotton, who dyed some Time agoe, and
his Books being sold by Auction, I purchased
it there. I thought it had been a Register
of Matters relating to 41, but I perceive it
is much antienter.

A Gentleman who (by Order) comes into this Country to know & State of it, applied himself lonesome Time ago; and I have drawn up a Scheme, which if approvd by y^e Ministry at Rome, may bring very much increase the Revenue of the British Crown. The chief Management of which in this Country, will be committed to y^e Care of this Gentleman. None, if the persons of Distinction to whom this Gentleman both wrote can satisfy'd, that I am a Person of a good Character & a Man of Probity. My Friend thinks it necessary, (I being utterly unknown to his Friends & Employers) that some Gentleman of Figure, who knew me in England, would give my Character. I must therefore beg of You to do me so much Honor, as to acquaint Mr Arthur Moore (who lives in Bloomsbury) as soon as y^e your Business will permit, that I had the Happiness to be known to You in England: and if You shall think any of those distinguishing Qualifications, which are the essential Properties & Ornament of a Gentleman and the honest Man, belong to my Character, your informing Mr Arthur of it will be of Service to me.

tim haberi, non vero publicè in Ecclesiam inferri: vel secundum alios, quia aberant à cryptâ sacrâ, h. e. reconditorio in quo libri sacri recondebantur.

XII. Origo horum librorum petenda videtur à Judæis Hellenistis, & origine. à quibus compositi sunt: quamvis alii eorum adjectionem ad canonicos Theodotioni adscribant, qui illud fecisse dicitur, ut ea ratione versionem suam commendabiliorem faceret.

XIII. Nunquam vero in canone sacro censiti fuerunt, nisi postremis seculis, & maxime præterito, in conciliabulo Tridentino; ubi in canonem adsciti sunt Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, primus & secundus Maccabæorum, Baruch cum supplemento Danielis & Estheræ. Qui male à Triden-
tinis in ca-
nonem ad-
sciti sunt.
Orationem vero Manassis, appendicem Jobi, Psalmum 151 præfationem Jeremieæ, tertium & quartum Esrae, tertium Maccabæorum illi ipsi Patres rejecerunt.

XIV. Male autem libros hos in canone numerari patet: quia nec à Prophetis conscripti, quorum sermo est firmissimus, quem bene faciunt qui attendunt, cum nulla prophetia Scripturæ sit proprie explorationis. 2. Pet. 1: 19, 20. Nec Ecclesiæ Judaicæ traditi, cui eloquia Dei credita sunt. Rom. 3: 2. Plerique autem Græco sermone scripti sunt, quo idiomate Deus Ecclesiam veterem nunquam affari solebat. Deinde nec à Christo vel Apostolis unquam commendati, nec ab Ecclesia Christiana primis seculis agniti fuere; quod ex amplissimo veterum scriptorum consensu clarissime patet. Quibus accedit præcipuum argumentum ex illis ipsis libris petitum, qui manifestè auctores suos infirmitatis humanæ multorumque errorum arguunt. De quo videri potest Rainoldus, & luculenta præfatio Belgarum Interpretum ad libros Apocryphos.

XV. Impia autem exceptio est adversariorum, Judæorum canonem distinguentium in completum, & incompletum: eumque proximis ante Christum temporibus, adjectis Maccabæorum libris, demum consummatum fingentium; quod Genebrardi commentum est. Nam ille jam completus fuit Esrae tempore; & luculentum Josephi testimonium est, scripta exin ab Artaxerxe usque ad sua tempora non recipi maxima fide, διὰ τὸ μὴ γενέθλα τὴν ταῦτα απεφούσιν ἀρχοῦσιν. Contra App. II.

XVI. Frustra etiam veteris Ecclesiæ consensum sollicitant: nam concilium Carthaginense A. 397. cuius canonem 47. adferunt, provinciale duntaxat fuit, nec majorem auctoritatem habere potest quam concilium Laodicenum, quod aliquot annis Niçeno, & longe pluribus annis hoc

hoc Carthaginensi antiquius fuit, & postea in Concilio Constantinop. vi. iterum confirmatum est: illud autem hosce libros, de quibus disputamus, in canonе non agnoscit. Nec ipsi adversarii concilium hoc admittunt, in eo canonе, ubi prohibet appellations transmarinas: imo, nec Canon ille, quem citant, in hoc concilio habetur, sed quidem in Carthaginensi vii. Nec nobis adversatur, cum hos libros non propriè in canoniconum, sed in ecclesiasticorum numerum reponat, eosque solummodo legi in Ecclesia præcipiat: sicut & prælegebantur in ea passiones martyrum, aliisque libri; non ad dogmatum confirmationem, sed ad Christianæ plebis ædificationem: unde & nomen canoniconum iis quoque adhæsit.

licet largiori sensu canonici aliquid diti sint.

XXVII. Duplex autem apud Veteres erat Canon: *divinus*, in quo erant libri *protoevangeliorum*, & *ecclesiasticus*, in quo libri continebantur, qui ad plebis ædificationem prælegebantur. Inde duo ordines erant librorum canoniconum; proto-canonici nimirum & deutero-canonici, seu ecclesiastici: præter quos erat tertium genus librorum, qui cum pleni essent fabularum Judaicarum, *κατὰ ξένῳ* Apocryphi dicebantur. Atque adeo Patres, ubi libros Apocryphos Canonicos vocant, ita illos appellant largiori sensu, tanquam canonicos secundi generis; ut illos distinguant ab Apocryphis, qui tertii generis erant.

XXVIII. Superiori autem demum saeculo inter libros divinos recepti sunt in Tridentino concilio, sessione iv. Anno 1546. die 8. Aprilis. Ubi inaudita audaciâ, præsentibus duntaxat 70 Synodi membris, iisque præcipue Hispanis aut Italisch, nec ipsis quidem in hac re satis concordibus, de tanta re pronunciare ausi sunt, & libros Apocryphos ac incertos, tanquam divinos, Ecclesiæ catholicae obtrudere sustinuerunt. Rectius Dordracena Synodus æquabili temperamento libros hosce non planè à corpore biblico resecuit, sed ad finem illius rejectit.

XXIX. Quamvis autem ita se habeat librorum illorum ratio, non tamen, si admittantur, vacilletura est fides Christiana, nec per loca ex illis adducta ullum dogma fundamentale tolletur; imo non pauciora in iis occurront, quæ faciant Pontificiorum erroribus convellendis, quam statuminandis.

De libris supposititiis.

XXX. Præter hosce Apocryphos sunt etiam quidam supposititi; inter quos primum locum tenet liber Enoch, ex quo Apostolum Judam testimonium petiisse non pauci veterum putaverunt; eundemque adhuc extare quidam censent.

XXXI. Ve-

I believe it woud not be ^{an} impertinent Intrusion, that I had
the Honour to be known to ^{the} Rev^d Dean of Ely,
to D^r Marshall, D^r Bonach, & to Gentlemen of
the first Distinction in both the Universities.

Perhaps S^r Arthur may know some of these
Gentlemen. I must repeat my Entreaties,
that you woud condescend to do this Favour
as soon as may be, for I am very much obliged
to very humble Servt

Pray give my very humble
Duty to the rev^d Dean of Ely. J^r Peckley

Boston New England Decemb^r 10. 1725

D^r Grey, Revd Sir. The Bearer of this Letter, Captain
Foster, is a Gentleman who hath been some Time
in this Country, and can give you a good Account
of the Posture of Affairs here, as well Ecclesiastic
as civil. I believe you will like his Conversation.

Some Time past I sent you the book called
a part of a Register, which you desired me
to procure for you. I hope you see it.

I am now entreing upon a very arduous
Enterprize, viz, an Attempt to perswade the most
powerful Tribes of the Eastern Indians, to embrace
the Communion of the Church of England: and I am
not without some Hopes of Success, having lately
had a Conference ^{in private} with 4 of their chief Sagamores,

now at Boston upon a Treaty of Peace.

This warlike Tribe hallowaged continual War with the English, being fast Friends to the French on Account of their Religion, who are all to a Man of the Roman communion, having a French Jesuit among them. I have not communicated this to any Person, knowing that my Friends would endeavour to dissuade me from an Undertaking, likely to be accompany'd with so great Difficulties, and so many Hazards. and shoud the Independents know it, they woud use all possible Methods to render such a Design abortive, chusing rather, that the Indians shou'd continue Pagans, or (even) return to their ancient Paganism, than be reconciled to the church of England: to which truly Apostolic Church, notwithstanding all Opposition the Acquisitions are so frequent & so numerous, that the Lords-Pendarcs are at their Wil's End.

The Tour I propose to take, will not be finished under 3 Months; and out & in will consist of about

Luf. a sufficient number of Miles, if we stay at each
place, alius intend of. 1 month. 5th et 5th. exempli
Antioch in Syria, & the Library of Celsus quod
accipere sumptu' et cunctis A. 145. regni gra
post licet sumptu' turnen esse intenta sp[ecie].

1500 Miles, some of which I shall go by Water.

Your very much obliged & very humble
Servant Jno Cheekley

XXXI. Verum, et si non dubium sit librum aliquem sub isto nomine Enochii. olim extitisse, non sicut tamen veri Enochii, cum omnium consensu constet Mosæm primum scriptorem sacrum fuisse, nec liber ille ab Ecclesiâ Judaicâ unquam receptus fuerit: imò nec Judas ex illo, vel ullo alio libro, vaticinium istud adduxit, cum non dicat, ἡγεμόνες ινδίαι, conf. Act. 11: 28. & 21: 10, 11. Atque adeo prophetiam hanc ex traditione Patrum acceptam Apostolus in Scripturam sacram tandem retulit. conf. 2. Tim. 3: 8. ubi magorum Ægyptiorum nomina, à Mose non expressa, referuntur: uti Jannes & Jambres obſtruerunt Moſe &c. quamvis alii malint formulam prophetiæ Enochii quoad fundamentum suum ἡγεμόνος esse, & ex analogiâ loci Gen. 5: 24. ab Apostolo desumtan.

XXXII. Huc referendi etiam alii quidam libri, Apostolorum aut discipulorum Christi nomina præferentes, ut liber Pastoris, Hermeti inscriptus, magna olim in quibusdam Ecclésiis Orientis auctoritatis, ita ut publice prælegeretur; Epistolæ Barnabæ, Clementis, libri Sibyllini, alia que Pseudepigrapha, de quibus suo loco. aliis.

C A P U T V I I.

De Integritate Scripturae Sacrae.

I.  Onſtituto canone, videnda nunc ejus integritas; tum quo ad libros illius integros, an illorum aliqui perierint: tum quoad dictiones, vocesque, an in illis aliqua facta sit corruptione.

II. Non sine probro divinæ providentiae affirmant quidam, libros sacros in excidio primi templi periisse, eosque deinceps restitutos ab Esra. Aliter enim constat ex 2. Reg. 25. & 2. Chron. 36: 18². Hinc Daniel dicitur in captivitate Babylonica ex libris considerasse numerum annorum, septuagesimum annum esse. Dan. 9: 2. Esras autem libros sacros, in medio hoc excidio incolumes, in ordinem redigit, à mendis repurgavit, in excidio varias lectiones forte annotavit, locorum nomina, tempore Mosis incognita, in Pentatecho expressit, & juxta quosdam etiam characterem no-

vum, nimirum Chaldæum , quo & hodie utimur , introduxit.

*neque et-
iam alias.*

III. Malè etiam Pontifici , Sociniani , & alii quidam libros quosdam ex Vet. T. periisse statuunt : quod repugnat tum Dei, præcipue Ecclesiam suam in mundo curantis , providentia ; tum ipsius Ecclesiae vigilantia ; denique etiam Christi promissione. *Usque dum præterierit cœlum & ter-
ra, ne iota unum aut unus apex nequaquam præterierit ex lege, usque dum
omnia facta fuerint.* Matth. 5: 18. Ubi dum vel minimas prophetiarum ac legis circumstantias implendas fore pronunciat, necessario etiam minimarum ejus particularum & apicum conservationem pollicetur.

*Quid sit
et
de libris,
qui dicun-
tur deper-
ditii ex
V.T.*

IV. Ad intelligenda autem quæ speciatim objiciuntur de libris deperditis , observanda sunt sequentia. 1. omnis quæ hic movetur difficultas, movetur circa Scripturæ partes quosdam duntaxat , integro ejus corpore : jam vero partis vel libri alicujus defectus non inferret defectum ipsius doctrinæ. 2. Non omnia divina sunt quæ in Scripturâ citantur , cum in ea mentio fiat Poëtarum ; ut Act. 17: 28. & in illo Pauli : *mores bo-
nos commercia corrumpunt mala.* 1. Cor. 15: 33. & de Cretensium propheticis , qui Cretenses suos vocant *mendaces, malas feras, ventres pigros.* Tit. 1: 12. 3. Non omnia scripta fuerunt quæ citantur ; ut Ex. gr. prophetia Enochii. Jud. comm. 14. 4. Distinguenda sunt scripta politica , seu acta forensia , aut philosophica , à scriptis divinis. Ut quod dicitur de libro recti . Jos. 10: 13. & 2. Sam. 1: 18. de Salomonis ter mille sententiis , & de canticis ejus quinque supra mille. 1. Reg. 4: 32. de libris Chronicorum Regum Israëlis. 14: 19. 15: 7, 31. conf. 1. Reg. 11: 41. ubi libri rerum Salomonis . & 2. Chron. 33: 19. ubi verborum Chozai mentio fit. 5. Vocabulum יְהֹוָה non semper notat librum , sed brevem aliquando catalogum , seu formulam. Num. 21: 14, 17, 27.

V. 6. Scriptores sacri alia scripserunt ut homines , *historicâ diligentia* , alia , ut prophetæ , *inspiratione divinâ* : priora non sunt magis divina , quam omnia , quæ privatim conscribit notarius , authentica sunt. 7. Nec etiam quicquid divinâ inspiratione scripserunt , in canonem referri voluit Deus. Siç Apostoli procul dubio plures epistolas ad diversos fidèles , vel integras cœtus , conscripserunt ; sed quas , quia de rebus quibusdam particularibus forte agerent , non fuit consultum divulgari per omnes Ecclesias. Sed & noluit Deus immodicâ librorum mole gravari Ecclesiam. *Non enim ea neque mundus hic ipse ferendo esset, si omnia singula-
tim prescripta forent.* Joh. 21: 25. Atque ideo non omnia à sanctis viris scripta extare , vel in canonem referri voluit.

Boston N.E. Decr. 11. 1725.

May it please your Excellency,

Were you now in this Country, You would see the Necessity, that the Governor of this Province shoud be a Church man. We want nothing but a steady Church man for our Govrn^r, and a Bp upon the Spot, to carry all before us. The great Propensity to the Church, throughout the whole Country, within these few Years, is really amazing; But double Taxes & Imprisonment deter people from declaring & acting for the Church. —

I must beseech you to cast an Eye upon the State of the Church in these parts, and You will see (I must confess) a great Addition to it since you were here; but You will likewise perceive Global & Common & Amalek conspiring her Ruin. The Rage of the Independents is inexpressible by Reason of the Increase of the Church. Should they get a right Presbyterian or a Scotch Cameronian Governor, (as they boast that they are sure they shall, ~~from what they have told them~~) they will certainly do their utmost to hinder the Growth of the Church.

It would be the greatest charity imaginable to the Church, if you (S^r) would condescend to procure the Government, and come over hither. I acknowledge, the leaving England to come into this Country, is like Banishment: but you (S^r) have submitted to such an Exile almost all your life Time, for the Sakes of doing good to Mankind.

I pray God that you may live to do good to the Church in these parts. She stands in the utmost Need of such a Benefactor.

And indeed who so proper to be a Nursing Father to Her here, now She hath got some Strength, as your Excellency, who was so instrumental in her first Planting, and was so great & so generous a Benefactor to her in her infant State? —

Mahomedan' am' Xianos. P.S. Je n'y iff. D'après
convictions impoiss' 'bulletin' latif. agit Comité
Triez dogp 130 siffy.

I Beg pardon for this Address, but I beseech you to believe, that it proceed from my fervent desire for the Church's prosperity of the Church, for which I have suffered a great Deal, and (by God's Assistance) am ready to suffer more.

May it please your Excellency, I am with all possible respect,
Your Excellency, very much devoted & very humble Servt.
G. C.

VII. 8. Verum neque omnia amissa sunt, quæ amissa videntur; ut liber fæderis. Exod. 24: 7. liber rationis regni. 1. Sam. 10: 25. & liber Domini. Esai. 34: 16. Illi enim libri iis ipsis in locis extant. Similiter judicandum de verbis (seu potius rebus gestis & actis, ut vox נְבָרֵךְ notat) Samuelis, Nathanis & Gadis. 1. Chron. 29: 29. itemque Achiae, Semajæ & Hiddonis. Libri enim Samuelis (falem à cap. 25. lib. 1.) & libri Regum ab hisce Prophetis conscripti plane videntur. Eadem quoque est ratio Lamentationis Jeremiæ. 2. Chron. 35: 25.

VIII. 9. Et quantum ad illa quæ adversarii producunt ex N. T. & N. T. Col. 4: 16. non agitur de epistolâ scriptâ ad Laodicenses; sed εἰς λαο-δικίας; procul dubio ad Paulum; aut saltem à Paulo ex Laodiceâ missâ, per quam primam ad Timotheum multi intelligunt. Et quantum ad verba Pauli: *Scripsi vobis in epistolâ.* 1. Cor. 5: 9. intelligit Apostolus ipsam illam primam epist. ad Corinthios; sicut articulus præpositivus τῷ, (conf. Col. 4: 16.) & antecedentium collatio docet. Dictum denique illud Christi, *Beatum est dare potius quam accipere.* Act. 20: 35. non periit, sed Dei providentiâ per ipsa illa Pauli verba conservatum fuit.

VIII. 10. Concludimus ergo, canonem S. Scripturæ, qualis obtinuit tempore Christi & Apostolorum, perfectum fuisse: nam non tantum continebat omnia ad salutem necessaria. Luc. 16: 29. Act. 26: 22. sed & habebat eo tempore omnes libros & partes, quæ unquam in catalogo facrorum librorum fuerant. Quo facit locus Luc. 24: 27. ubi Christus dicitur *exorsus à Mose.* (ita ut ante Mosem nullæ prophetiæ, vel Enochi, vel aliorum, extiterint) in omnibus Scripturis, & omnibus Prophetis explicasse quæ de se scripta erant; quod dici non poterat, si ullus Propheta vel liber faceret canone periisset,

X. Hæc ergo S. Scripturæ est integritas, quoad ejus partes: similiter *Integritas Scripturæ* quoad vocabula & dictiones mansit illa sine notabili & sensu revertente corruptione, quæque emendari non posset: quamvis errore scribarum variæ lectiones in textum sacrum irrepsissent, & mendæ etiam in rebus levioris momenti; sicut eò exemplum Luc. 3: 36. referri solet.

X. Male ergo Sociniani volunt textum Scripturæ authenticum in multis corruptum esse: quod etiam de textu Hebræo Vet. T. & aliquo modo etiam de textu Græco N. T. affirmant Pontificii quidam, ut vulgatam versionem illi præferre queant.

XI. Verum nec à Judæis, nec à Christianis sacri codicis corruptionem provenire potuisse, hisce argumentis probari solet. Non à Judæis. Nam *nec à Iudeis*

ante Christi tempora si hoc accidisset, Christus & Apostoli istius criminis procul dubio eos reos egissent: nec post Christum natum, doctrinâ sacrâ per universum mundum jam dispersâ, & multiplicatis in immensum exemplaribus, res illa fieri potuit. Quomodo enim Judei, ipsi adeo dispersi, in tantum scelus conspirare ubique terrarum potuissent? quomodo hoc consilium tam feliciter exequi, ut ne quidem ullus uspiam codex integer & incorruptus remansisset? & quæ ista rabies, ut proprios codices, quos gens ista semper adeo deamavit, ex solo Christianorum odio, violare ac adulterare in animum induxissent? Tum, si istud tentassent, præcipue loca illa, ubi clarissima Christianæ fidei demonstratio est, corrupserint, ut Ezei. 7. & 53. ut & vaticinium Jacobij, ~~non defesset tribus a Jephudâ, neque docto legis è medio pedum ejus, usque dum venturus erit filius ejus.~~ Gen. 49: 10. & illud Danielis de LXX septimanis. Cap. 9: 24. Quin & paraphrases Chaldaicas corruptum ivissent. Verum loca illa manserunt integra, & ipsæ eorum paraphrases vel maxime nobis favent. Sed & obstat, & tantum scelus prohibet illorum erga libros sacros religio & amor, imo superstitionis externi codicis veneratio; quam satis testatur Masoretharum ~~περιεγένεται~~ & stupenda diligentia, in annotandis non solum Scripturæ partibus, sed singulis vocibus, litteris, accentibus &c. Quo instituto veluti sepe obduxerunt legi, ne vel minima mutatio eo penetrare posset, quin statim deprehenderetur.

nec à Christianis.

XII. Neque etiam Christiani sacrum codicem corruperunt, vel corrumpere quiverunt, iisdem de causis: quin & conquesti procul dubio de ea re forent Judæi; & cum ipsi Christiani in tot seetas ac ecclesiis sint divisi, si quæ ex illis tam immane facinus tentasset, non clam nec impunè hoc ferre potuissent.

loca in con-
varium
productæ.


XIII. Objiciunt tamen Pontificii præcipuè quinque loca, quæ putant corrupta esse: 1. *Nomen ejus vocabit Jēhōvā* &c. Esaï. 9: 6. & 2. Jer. 23: 6. ubi legi debere dicunt *vocabitur pro vocabit.* Verum ad sensum idem hoc est, cum Hebrei tertiam pérsonam verbi impersonaliter usurpent, ut vel activè vel passivè possit reddi. 3. Psal. 22: 17. ubi legi debere contendunt *רָאשֵׁב foderunt*, pro *רָאשֵׁב sicut leo.* Verum quam hæc ipsa lectio quibusdam servari posse videatur, integro sensu, ut derivetur hæc vox à *רָאשׁ*, quod Syris est fœdere, deturpare, & inde cruentare; sicut & Aquila vertit *ἀρναται, faedarunt*: commodius tamen dicitur, hanc non adeo esse corruptionem à Judæis primitus studio patratam, sed tantum variam lectionem, errore librariorum. Nam & codi-

ces

Ad Reverendum Dominum Stephanum Louverjat,
Societatem Jesu, in Oppido Panna & anispskei,
apud Indos.

Reverende Domine,
Iaguahirog Indas cuius Nomen christianum
~~est~~ ^{oblandus} ~~R.~~, hoc in Tempore nobiscum de
pacis Conditionibus disceptans, narravit
mihi, ~~deinde~~ aliquantum Vini Hispani ^{consix} (quod
apud Nos Canary vocatur) et Succum
Arboris Cacao ad faciendum Apogoma Ameri-
cianum, (quod nos chocolate appellamus)
eque ac Candalarum aliquantulum To-
desiderares. Haec omnia misi, sperans
Tibi grata & secundum Desiderium tuum
fore; Quam Homo sum, erga Omnes
Humani Generis Humanior agere velle:
at quandoquidem Homo sum Christianus,
~~deinde~~ ^{vello} Christi Sacerdoti labens beneficium
Dom. Reverendo,
vale,

Johannes Giekk



To the Rev^d Mr. Black, to be found at the King's Chapel, Westminster.

Mr Black, Rev^d

I am desired by some Gentlemen of the Church here, to inform you of something, and then to make a proposal to you.

The Information I would give you is this, viz., The Rev^d J.W. Sam^m Myles, Rector of the King's Chapel here, is now in a very languishing Condition; and tho' we have hopes of his Recovery, yet we are not without fears, that he will never recover. Therefore, I am to propose to you, that, upon ^{short time, possibly} Supposition of the Death of Mr Myles, if the Congregation shoud chuse you, and settle a Salary of £100⁰ Ann^r, Sterling Money, which they woud pay you ^{every} weekly, according to the Exchange, whether you woud accept of it, and immediately come over?

I must beg of you to keep this private, but to send your Answer to me by the very first Opportunity. Put your Letter into some Ship's Bag at the A.C. Coffee house.

I shall now mention some things to move you to give a speedy Answer, and that Answer affirmatively.

according to our Desires.

1. If you don't send an Answer very soon, Mr Henry Harris, Assistant to Mr Myles, may gain more ground among weak People, by his fulsome Adulation & base Flattery, than we are willing he shoud gain. . . The Presentation being absolutely in the People, and he taking so much Paint as he do's, to work upon the meaner Sort, who love to be courted and flattered; Friends of Tuncie may give him some advantage. But if we were sure you woud accept, any Thing he hath yet done, woud prove to no purpose, & The Election might easily be protracted in your Favour.

Thus much for your speedy Answer.

2. Among other Things to induce you to accept, I suppose, I need not tell you, that Boston is the Capital of New-England, and as much to be prefer'd to Marblehead, as you can imagin. It is very probable, that when we shall be bless'd with the Arrival of a Bp, the Rector of the Chapel will stand farrest for Ecclesiastical Promotion: And till that happy Time, if my D^r of London shoud appoint a commissary, no Doubt you woud have the best pretensions, in respect to Right of the Rectoryship of Chapel,

ces quidam antiquissimi, quibus Masora suffragatur, legunt in textum **בָּאֵרֶת** (unde & LXX habent ἀρνέαν) in margine vero בְּאֵרֶת; ita ut errore exscriptorum nunc in textu legatur: **בָּאֵרֶת**: quod & multis aliis argumentis probari potest. Fraus tamen deinceps accessisse videtur; quæ nihilominus ex ipsis Judæorum scriptis revinci potest. Nec una hirundo ver facit. 4. Psal. 19: 5. ubi pro אַתָּה volunt legendum פָּנִים: unde & LXX, quos sequitur Apost. Rom. 10: 18. vertunt φάνης. Verum hac ipsâ voce φάνης LXX & Apostolus optime reddiderunt sensum vocis Π, quæ non solum literam vel lineam, sed in hoc loco literam legibilem & pronuntiabilem significat. Atque id est φάνης. Imo vox hec Π ipsa ex origine suâ clamorem seu vociferationem, non minus quam lineam seu amissim, notat. 5. Addunt Exod. 2. ubi post versum 22 volunt integrum versiculum deesse; cum potius ille in latinis editionibus redundet, & errore aliquo infarcitus sit ex verbis Mosis, *Nomen alterius Eliezer, quia dixerat: nam Deus Patris mei auxilio fuit mihi.* Exod. 18: 4. Quæ præterea de variis Scripturæ lectionibus, & Judæorum Criticis, seu Maforethis, eorumque circa Scripturam labore objici solent, suo loco excutientur.

XIV. Ita neque N. T. corruptum est, cum Dei providentia illud mox dispersum sit per omnes nationes: ita ut corruptio quarundam ipsius particularum, quam introducere conati sunt quidam hæretici, facile coargui posset per uniformitatem exemplarium in omnibus nationibus.

C A P U T V I I I.

De perfectione Sacrae Scripturae.

I. **S**cripturæ divinitatem & integratatem excipit illius *perfectio*; s. *Scriptus-* quatenus in ea Deus, præter attributa sua, etiam volun- *re perfectio-* tam suam & omne consilium suum, circa salutem huma- *atio*. ni generis, plenissimè exposuit. Psal. 119. toto.

II. Est autem *perfectio* 1. alia *partium*, alia *graduum*: prior respicit *qualis illa*: omnia fidei & morum capita; altera præterea gradus omnes revelationis *sit*, complectitur: prior fuit in Scripturâ Vet. T. præter quam posterior quoque locum habet in Novo Test. 2. partes rursus considerantur vel *essen-tiales*, respectu axiomatum & ipsius doctrinæ; vel *integrales* quoad omnes & singulos S. codicis libros. 3. consideratur *perfectio* hæc nonnunquam

in totâ Scripturâ , & universo ejus corpore, nonnunquam in singulis ejus *partibus*. 4. denique vel in *autographo* ipso, quod quoad rem & singula ejus verba divinum est, vel in *apographis*.

III. Quæstio autem , ubi de perfectione Scripturæ agitur , est de perfectione & *partium* & *graduum* ; & partium rursus *essentialium* & *integralium* ; de perfectione *totius*, non *partis*, *ἀναρχίᾳ* magis quam *ἀναρχίᾳ φων*. Dicimus ergo , Scripturam continere perfectionem *essentialiem*, quatenus perfectè complectitur universam doctrinam cœlestem, quæ in singulis ejus partibus conspicua , in toto ejus systemate plenarie relucet : ita ut secundum se totam perfecta sit perfectione *essentiali* & *totius*, secundum partes autem perfectione *integrali* & *partium*.

IV. Hanc autem perfectionem ita intelligimus. 1. Ut Scriptura sit morum ac fidei regula, non partialis , sed totalis.

V. 2. Perfectio illa varios admisit gradus; secundum variam Ecclesiæ ætatem & revelationis mensuram : juxta quas Scriptura jam perfectior est ac olim ; ita tamen, ut articuli fidei inde non creverint quoad essentiam, sed tantum quoad explicationem.

VI. 3. Perfectio hæc restringenda est ad ea , quæ ad salutem sunt *necessaria*. Reliquarum enim artium principia ex sacra Scriptura pœtenda non sunt : sicut nonnulli ex ejus fontibus, speciatim ex Gen. i. & libro Jobi &c. Philosophiam omnem petunt. Quæ intemperies, initio à Rabbiis & Cabballistis ducto , in scholâ Paracelsi præcipue invaluit, deinde & ad alios penetravit. Præter hæc necessaria tamen etiam multa in S. Scripturâ continentur *utilia*, ad necessiariorum scientiam augendam & confirmandam. Adiaphora autem , quæ ratione circumstantiarum nonnunquam necessaria fiunt , generali regula charitatis & prudentiæ , *Omnia decenter & ordine fiant*. 1. Cor. 14: 40. definiuntur.

VII. 4. Sicut autem Deus dixisse censendus est, quicquid ex dictis ejus colligitur. *Nullum enim mendacium est ex veritate*. 1. Joh. 2: 21. Ita etiam ea in Scripturâ continentur , quæ per consequentias & nexus veritatum inde educuntur.

VIII. Præter hanc perfectionem , quæ *quantitatis* vulgo dicitur , & est in rebus ipsis, alia etiam est in Scripturâ , quæ *qualitatis* appellari solet, & est in modo tradendi , qui perspicuus , perfectissimus , & ad usum humani generis accommodatissimus est.

Quæ non repugnat ministerio

IX. Neque hæc perfectio S. Scripturæ prejudicat ministerio pastorum & doctorum , neque inspirationi Sp. S. in corda fidelium. Quicquid enim vivâ voce docent ministri Euangeli, ex Scripturâ S. quoad sub-

exclusive of the good Esteem our present worthy
Diocesan, my Lord of London hath for you.
The Perquisites, ^{I believe} amount to £20 Sterling & Ann,
and with good Management, might be much more.
This, S^r, with the £600 & Ann, which is more
by £13 & Ann Sterling more than M^r Myles
hath) would be a very good living.

Moreover, the People here are very kind to the Clergy
in this Town, and are often making Presents to
them. I may further assure you, that if you
accept, and in Consequence of that and the Death
of M^r Myles are chosen, you may depend upon
having one Moiety of your Salary advanced,
and payed you in London, in Order to
facilitate your coming over in an handsome
Manner. I believe there is not one Clergymen
in the Country, but would be glad to be recommended
to that Church, upon the Terms proposed to you;
but this Indication will bears Barr to you,
if you shoud be chosen because (as I told you
before) the Right of Presentation is absolutely
in the People; the Bon^{or} Society having no
Missionary in this Church. And, I suppose;
you need not doubt of my Lord of London's
Loyalty, and all other possible Encouragement.

Give my Service to your Wife, and tell her,
that I am well assured she will like this Place,
as well as Mr. Miller, who is very well, and
seems to be wonderfully pleased.

They don't know of my writing, otherwise they
would send their Service.

The Rev'd Mr. Harris, who is Assistant ^{to} Mr. Mylles,
receives his pay from the Town. I mention
this last ^{part}, that you might not be at a Loss
to know how his Salary arises. And since
I have mentioned this Gentleman again,
I shall be so free as to tell you, why the
Generality of Churchmen here are so angry
with him. For many Years he hath
been very unhappy in his conduct, rather
scorning ^{to} joining with the Dissenters than the
Church; and is not a strict Conformist.
But the Gentlemen here, by what I have
told them, are satisfied that you would not only
be strict in your Conformity, as indeed,
your Subscription obliges you, but likewise,
you would be capable of doing great and
remarkable Service in that Place.

substantiam haustum eique conforme est. Pariter veræ inspirationes Sp. *verbis, auctoribus* S. nihil aliud sunt, nisi impressio legis Dei in corda nostra, h. e. impressio *inspiratio doctrinæ* in Scripturis traditæ, juxta illud: *Spiritum meum ponam in nō sp. S., medio vestri, quo faciam ut in statutis meis ambuletis, & jura mea observetis, facientes ea.* Ezech. 36: 27. Perfectio enim rei alicujus excludit tantum res ejusdem naturæ & speciei, non vero res alterius generis. Ita Scripturæ perfectio excludit omnem aliam regulam, non vero instrumenta, per quæ hæc regula applicatur; qualia sunt ministerium verbi & operatio Sp. S.

X. Et hæc S. Scripturæ perfectio ostenditur his argumentis. 1. ipsius Scripturæ testimonio, de suâ perfectione: ut cum *doctrina Iehovæ integra & perfecta vocatur; unde & animas convertere dicitur.* Psal. 19: 8. Hinc *Quæ Scriptura perfectio proficit in te.* Deus quoque Scripturæ quicquam vetuit addi vel detrahitur in principio scripti canonis. Deut. 4: 1, 2. tum tempore intermedio, juxta illud *monius ejus.* Salomonis, ne adjicito ad verba ejus. Prov. 30: 6. & Esaiæ, *Legem & testimonium consulunto.* Esai. 8: 20. tum in fine ejus. *Si quis adjecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto, & si quis abstulerit aliquid ex verbis libri prophetæ hujus, auferet Deus partem ejus e libro vita &c.* Apoc. 22: 18, 19. Sicut & Paulus quoque severè prohibet Euangelizare quicquam preter id quod jam Euangelizatum erat. Gal. 1: 8, 9. & vero 2. Tim. 3: 15, 16. Scripturæ perfectionem in supremum fastigium evexit, ut *quæ virum Dei, h. e. ecclesiæ doctorem, in omni sapientia examus ac perfectum reddat, & unumquemque sapientem facere possit ad salutem.*

XI. Ad singula quædam excipiunt adversarii. Ad Psal. 19: 8. vocem *sublatim* *תְּמִימָה* *Themimah*, significare immaculatum & sine vitio, uti Exod. 29: 1. & Lev. 1: 3. per *integrum* vertitur. Resp. 1. Obstare verbi originem & usum apud Hebreos, quem & Pagninus & Arias Montanus agnoscent. 2. Atque iis ipsis locis, quæ citant, animalia quædam non aliter dicuntur immaculata, quam quia habebant integratem & perfectionem *Psal. 19: 8.* partium.

XII. Ad Deut. 4: 1, 2. *Ne addite ad verbum illud quod ego præcipio vobis,* *Deut. 4: 2.* *neque detrahite de eo, ut servetis præcepta Iehovæ, que ego præcipio vobis;* 1, 2. regerunt, non agi ibi duntaxat de verbo scripto, sed etiam eo quod vivâ voce traditum est: neque etiam vctari omnem additionem, tum enim & Prophetas & Apostolos reos fieri, qui multa canoni addiderint, sed solum additionem corruptentem: & verba Johannis in Apocalysi ad istam solum

Apoc. 22: prophetiam spectare, quam vetuerit interpolari & corrumpi. *Resp. 1.*
18, 19. Agi istis locis de verbo solum scripto : per legem enim Mosis Scriptura non aliam quam legem scriptam intelligere solet. Ut vel hinc constat, quod Christus exorsus a Mo^se & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus SCRIPTURIS, quæ de se scripta erant. *Luc. 24:27.* Imò Moses habet qui ipsum prædicens, quum in Synagogis per singula Sabbathia LEGATUR. *Act. 15: 21.* Neque etiam aliud Euangelium datur, quam quod scriptum est. *2.* Omnes additiones ad illud quod perfectum est factas, esse corruptentes; præcipue autem Pontificiorum additiones de missa, purgatorio &c. tales sunt. *3.* Quod autem post legem Mosis Deus per Prophetas & Apostolos Scripturarum canonem adaugeri voluerit, qui tamen & ipsi nihil extra Mossem locuti sunt, in eo discernendæ etates Ecclesiæ, juxta quas Deus voluit crescere revelationem. Johannes autem, scriptorum facrorum ultimus, in Apocalypsi suâ universum Scripturarum canonem clausit, & extremis verbis, veluti diris quibusdam, obsignavit.

Gal. 1:8, XIII. Ad Gal. 1:8, 9. *Si quis vobis euangelizaverit πηγ' ὁ πηγελάθετε,* exp. vocem ωδὴ notare ea quæ contra Euangelium sunt, non quæ præter illud adferuntur. *Resp. 1.* Ipsa vulgata versio habet, *preter id quod acce-
pisti;* & hæc propria vocis istius interpretatio est, nam & agit Apostolus aperte de *alio Euangelio.* *2.* Quicquid præter Euangelium, eo ipso contraillust est; sicut idolatria committitur, cum aliquod colitur præter creatorem. *Rom. 1: 25.* & in conjugio omnis contractus cum alio conju-
ge est contra conjugium. *3.* Pleraque autem quæ Pontificii præter verbum Dei habent, etiam contra Dei verbum sunt.

2. Tim. 3: 16. XIV. Ad 2. Tim. 3: 16. adferunt, haberi in textu πᾶντα γενόμⁿ, quod intelligendum est de omnibus partibus Scripturæ, quæ tamen dici non possunt singulæ sufficere ad salutem. Deinde, loqui Apostolum de Scripturis Vet. T. quas Timotheus solum didicerat; si autem illæ ad salutem sufficiunt, inutiles esse Nov. T. libros, atque adeo S. Cœnam, Baptismum, aliaque Nov. Test. instituta, quæ in Veteri non fuerunt, non esse necessaria. Tandem, de iis dicere Apostolum, non quod sufficienes, sed quod utiles sint.

XV. *Resp. 1.* Vox πᾶντα non notat hic omnem, sed τὸν totam Scripturam, collectivè, sicut hæc particula passim ita usurpatur. *Quævis be-
stie, quævis pecudes &c.* Gen. 7: 14. *Tota Hierosolyma.* Matth. 2: 3. & *Totus gressus porcorum.* ibid. 8: 32. Atque adeo hæc perfectio universæ Scripturæ, & servatâ proportione, singulis ejus partibus convenit. *2. Di-
stin-*

I am pretty well assured, I have told them
no more than is due to your Character.
And if it shou'd please God that things so fell
out, as that you shou'd arrive here, and I shou'd
be alive, you may depend upon as hearty a
Welcome as Dido gave to Aeneas,

Enter my Best Guest, and you shall find,
Not a costly Welcome, yet a kind,

From Your very humble Servt

Boston, N. E.

Dec^r. 27. 1727

F^r Peckley

I sent a Copy of the above Letter by Capt Hill,
who sailed Decemb^r 31 or thereabout; and another
by Curling, who sailed January 6. 1727.



stingui debent diversi status & ætates Ecclesiæ. Scriptura Vet. T. pro veteri illo statu sufficiens erat, nec tunc Baptismus, vel S. Cœna, vel alia ad N. T. spectantia necessaria erant, ut nunc quidem sub N. T. atque adeo pro singulis ætatibus Ecclesiæ Scriptura perfecta fuit; contra ac adversarii volunt, qui Scripturam semper imperfectam dicunt suisse absque traditionibus. Atque hinc etiam cadunt, quæ in Scripturâ Vet. T. desiderant adversarii, ut Jesum esse Messiam, mortuum esse, ascensisse &c. Hac enim quoad circumstantias temporis solum differunt à rebus V. T. & tantum opus est ea, quæ ibi continentur, applicare ad ipsas res gestas. Nemo autem regulam imperfectam dicet, quia non continet applicationem sui ipsius. 3. Scriptura dicitur utilis ad salutem, & ad omnes istos usus perfecto Theologo necessarios; adeoque in suo genere est perfecta & sufficiens.

XVI. Patet 2. perfectio Scripturæ ex fine, propter quem data est, ^{2. ex scriptil.} propter salutem & instructionem nostram. *Quaecunque enim scripta pture scopo.* sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. Rom. 15: 4. imò Tota Scriptura est utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad disciplinam in justitia. 2. Tim. 3: 16. Unde sequitur, Deum eam, tanquam viam ad hunc finem destinatam sufficientem reddidisse. Adeoque continct omnia ad salutem necessaria. *Videmur enim nobis in iis vitam eternam habere.* Joh. 5: 39. & quomodo effugiemus, tantà salute neglecta? que quum cœpisset dici per Dominum, ab illis qui andiverunt ad nos stabilita est. Hebr. 2: 3. Continet quippe verba feederis, & Testamenti divini tabulas, quas dimidiatis dare populo suo Deus non potuit: adeoque universum Dei circa salutem nostram consilium & voluntatem plenissime exhibet.

XVII. 3. Idem patet ex enumeratione rerum & dogmatum ad salutem necessariorum, quæ in ea abunde continentur: ut quæ de Deo, de Servatore, de Regno Dei &c. à nobis tenenda sunt. Hæc enim omnia cum tentis. Deus Prophetis & Apostolis perfectè revelaverit, juxta id: *Ille (paracletus) vos docebit omnia, & suggesteret vobis omnia quæ dixi vobis.* Joh. 14: 26. illi fideliter eadem Ecclesiæ tradiderunt. *Non enim subterfugerunt quominus annunciant nobis omne Dei consilium.* Act. 20: 27. & scripto consignarunt. *Hac scripti vobis, ut sciatis vos vitam eternam habere, & ut credatis in nomen Filii Dei.* 1. Joh. 5: 13. *Hac scripti sunt, ut credatis Jesum esse Christum Filium Dei,* & ut credentes vitam habeatis per nomen ejus. Joh. 20: 31. Unde de Mose Apostolus, ipsum fidelem suisse in universâ

domo Dei. Hebr. 3: 5. Prophetæ autem, & Apostoli, & Christus ipse nihil extra Mosem docuerunt. *Nihil dicens extra ea quæ Prophetæ ac Moses futura prædixerunt.* Act. 26: 22.

Hanc Scripturæ perfectionem negant Pontificiū.

XVIII. Perfectionem hanc S. Scripturæ verbis agnoscent, re ipsa autem tollunt Pontificiū, ut traditionibus suis locum inveniant. Hinc est, 1. quod dicunt, Scripturam esse perfectam *implicite*, quatenus nempe Ecclesiam ejusque traditiones commendat. Quasi hoc sit perfectum esse, monstrare ubinam perfectio querenda sit; aut quasi hoc ipsum circa Ecclesiam faciat Scriptura. 2. quod agnoscent Scripturæ perfectionem *intensivam*, quæ in dogmatum aut præceptorum exquisitissimam veritate sita est, non vero *extensivam*, quæ ad omnia facienda & credenda diffusa est. Nos verò sicut priorem hanc veneramur in unaquaque Scripturæ parte, sic posteriorem toti ejus corpori vindicamus.

C A P V T I X.

De Enthusiastis ac Libertinis & Pontificiis Traditionariis.

Adversarii perfectionis Scripturae Sacrae.

I. *Enthusiastes.*

Liberini.

I.  Uic sacræ Scripturæ perfectioni duo hominum ordines refragantur, *Enthusiastæ*, seu *Libertini*, & *Pontificiū*.

II. Enthusiastæ dicuntur, qui afflatum divinum & revelationes celestes jactant. Qualis ab Apostolorum tempore fuit *Cerinthus*, & deinceps *Montanus*, sc̄e paracletum singens, una cum prophetissimis suis, *Priscā* & *Maximillā*; qui *spirituales* sc̄ceteros autem homines psychicos & animales appellabant. Sicut autem Montanista Anabaptismum cum Enthusiasmo conjungebant, ita itidem superiori seculo primi Enthusiastæ fuerunt *Anabaptistæ*; quorum ductores erant *Nicolaus Storck* & *Thomas Muntzerus*: quibus accensendi *Zwenkfeldiani*, *Weigeliani*, *Fratres Roseæ crucis*, & similis farinæ homines.

III. Anabaptistarum soboles censentur *Libertini*, ita dicti à prætensiâ spiritus suilibertate, quam seellantur; dum nullis verbi divini regulis, sed foliis propriis sui arbitrio sibi vivendum esse putant, omneque boni & mali dispergunt ex sensu suo dimetientes, virtutis, peccati, pecnarum, infernique omnem rationem ac metum tollunt, unicamque in eo confitunt religionem, nullam aestimare religionem. Horum *Coryphaeus* su-

peri-

May it please your Lordship,

I most humbly beg leave to lay before you the ^{Act} ~~Date~~ of the last
Session of the Genl Court here; ^{among which (and before calculated)} ~~which~~ are ~~not~~ directly tending to
hinder the Growth of the Church of England in these parts.
They have specious Titles each; The One (in page 380) Entituled
An Act for the better Observation & keeping the Lord's Day. The Other
(in page 383) Entituled An Act for the Settlement & Support of
Ministers. Permit me (my Lord) to make a few Remarks
relating to Matters of Fact.

There are but few Churches, ^{at a great distance from each other} in this great Country; and the other men
being dispers'd throughout the whole Territory, they are obliged
(some of them) to ride 30 or 40 Miles to partake of the Holy
Sacrament. It is moreover usual for the Church People to ride
6, 8 & 10 Miles upon the Saturday Evening, or very early
upon the Sunday Morning, to the Town where the Church
of England is settled; and to return Home again on the
Sunday Evening. But if a Stop is not put to this first
Law, they will be obliged to ~~ride~~ spend the greatest
Part of the Saturday & the Monday in going (for all
are not able to keep Horses) & riding to (near) 25
miling Town. But this would be very hard upon the
poor People, who are generally Husbandmen, &c.
There are but five Towns where the Church is settled, viz Boston,
Newbury, Mablethorpe, Bristol, Brantley, tho' there are 130 Towns in
that Province, as may appear in page 396 of the Act.
But all the Church Men throughout the whole Country are to be taxed
towards the Support of the Congregational Ministry, unless

their Habitation to within 5 Miles of some Church either in
their own ~~Town~~ or some Neighbouring Town. This is
something specious. For 5 Miles from the Church one Way,
and the same Number the other, and so all round, forms a
Circle, whose Diameter shall be 10 Miles. This would be thought
a large Parish in England. But my Lord the Prelacy lies here:
The Townships in New-England ~~being~~ are many of them 8, some
10, and others 12 Miles square. One is 20 Miles square. The place
for Publick Worship is generally nearest the Centre, the Inhabitants
dwelling round about it, the out-skirts of the Town being for the
most Part uncultivated Land. Moreover, the Towns in which
the Church is settled in this Province, are bounded on one Side by
the Sea. By the last Act of the Law above recited, the Cong-
regational Churches are called the Churches Established by Law.
In the Act of Union the Church of England is Established in all his
Majesty's Territories (Scotland only excepted):

By the Charter to this Province, Liberty of Conscience is granted
to all Christians (except Papists) inhabiting here; and the General
Court is expressly inhibited making any Laws repugnant to the
Laws of England: And towards the latter End of the Charter are
these Words, viz, "And We do for Us, Our Heirs & Successors, Establish &
ordain, that the said Codicil, Laws, Statutes & Ordinances, by the first
Opportunity after the making thereof, not transmitted unto Us, Our
Heirs & Successors, under the public Seal; to be approved by Us, for Our
or Their Approbation or Disallowance. And that in case either any of
them shall be at any Time within the Space of three Years, or after
the same shall have been presented to us, Our Heirs & Successors,
in Our or Their Privy Council, be Disallowed and Rejected, and

periori saeculo fuit *David Georgii*, ejusdemque commatis habetur *Henricus Nicolai*, & quæ ab eo instituta *familia charitatis*, itemque à multis *Coornhertus*, aliquie. Succenturiantur etiam illis, qui hodie in Galliâ *Deistæ, Spiritusque fortes*, appellantur.

IV. Statuunt autem hi, præter Scripturam requiri aliud verbum internum, à Deo hominum mentibus immediatè suggestum, ad quod Scripturæ sensus explicentur, seu potius tanquam imperfecti corrigantur. Unde verbum externum litteram tantum volunt esse mortuam, & alphabeticariorum rudimenta, ejusque usum regenitis & perfectis suis planè admunt.

V. Pontifici vero, præter libros scriptos, necessarias esse volunt traditiones non scriptas, quæ parem cum Scripturâ anctioritatem habeant.

VI. Conveniunt ergo in eo utrique, quod Scripturam imperfectam esse velint, atque aliam præterea fidei normam querant. In hoc autem dissiliunt, quod eam Libertini in verbo & instinctu interno constituant, *tia* Pontificii in traditionibus: Libertini spiritum privatum singulis hominibus, Pontificii vero ecclesiæ, concilio, vel Papæ tribuant: quodque apud *pantia*. Libertinos spiritus ille sit vagus, apud Pontificios astrictus cathedræ alicui ac sedi; atque adeo ibi religio incerta & ex arbitrio cuiusque dependens, hic autem violenta & tyrannica introducatur.

VII. Et Enthusiarum quidem sententia non modo falsa, sed & vana & stulta est. Illud enim verbum internum aut sensum habet intelligibilem, aut non? si prius, tum verbo exprimi & scripto consignari potest, & ita erit verbum externum & scriptum; quod tamen illi rejiciunt: si postrius, tum ne quidem verbum erit, sed vigilantis somnium.

VIII. Præterea sententia hæc summè periculosa est, cum per eam non solum religio fluxa & incerta, sed prorsus nulla sit: quippe cum illa à privato cuiusque spiritu & verbo interno dijudicanda statuatur; illud autem ipsum nullam extra se normam, à quâ dependeat, habeat. Contra monitum Apostoli Johannis, *Ne cuivis spiritui credite, sed probate spiritus an ex Deo sint.* 1. Joh. 4: 1. & Pauli dictum, *qui adultos propter habitum sensus exercitatos habere dicit, ad discretionem boni & mali.* Hebr. 5: 14. Unde illo principio semel admisso nullus est errandi finis, nulloque repagulo lubricus hominis intellectus reprimi aut coercenti poterit.

IX. Quin & retorqueri in adversarios potest privatus hic spiritus: quum enim illi suum urgent, nos nostrum ipsis opponere possumus spiritum,

tum, qui omnes ipsorum afflatus & enthusiasmos infanos & improbos esse clamant; & cum S. Scripturam tollant, unicam spirituum dijudicandorum normam & regulam, non habent quo spiritus examinare, vel suum alteri præferre queant.

X. Prodigiosum autem est, quod pro suâ sententiâ afferunt, verbum Dei esse ipsum Deum, adeoque esse infinitum & spirituale, quodque nullis verbis includi, aut scripturis & characteribus exprimi possit. S. Scripturam autem vocant verbum atramentarium, inanem thecam &c. Non enim verbum Dei est ipsâ divina essentia, sed Dei loquentis sermo: nec litteræ & characteres propriæ istud verbum efficiunt, sed sensus iis exprellus, & veritas ac sapientia iis contenta. 1. Thess. 2: 13. Neque etiam scriptione & chartâ illud polluitur ac prophanatur, cum illa non verbum Dei ipsum sint, sed ejus externum vchicum tantum, & via, qua promulgatur.

*Eorum ob-
jectiones.* XI. Adducunt autem pro causâ suâ Scripturæ quædam loca. 1. *Erunt
omnes docti a Deo.* Joh. 6: 45. Verum etiam illi, qui externo verbi ministerio docentur, à Deo docentur: licet enim *Paulus plantet, Apollo ri-
get, Deus interim incrementum dat &c.* 1. Cor. 3: 5-9. Doctri autem à Deo dicimur, cum doctrina illa, quæ externè sonat in verbo, per Sp. S. cordibus nostris inscribitur. *Ipsi namque divinitus docti esis, ut diligatis
alii alios.* 1. Thess. 4: 9.

XII. Atque idem docent 2. promissiones, *Indam legem meam menti eo-
rum & cordi eorum inscribam eam, & ero eis Deus, & ipsi erunt mihi popu-
lus: cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum.* Jer. 31: 33, 34. Hebr. 8: 8-12. Ibi enim, cum Deus promittit se *inscripturum legem
cordibus nostris*, non internum aliquod verbum, diversum ab externo, promittit (lex enim, quam Deus cordi inscribit, verbo externo conti- netur) sed ubiorem gratiam Sp. S. sub N. T. quæ cum externo verbi ministerio optimè consilit. *Hæc scripsi vobis de iis qui seducunt vos. Sea-
nctio, quam vos accepistis ab eo, manet in vobis: nec necesse habetis ut
quisquam doceat vos &c.* 1. Joh. 2: 20, 26, 27. Unde & Christus & Apo-
stoli etiam verbo externo docuerunt.

XIII. 3. Adserunt dictum Christi Luc. 17: 20. ubi *regnum Dei* dicitur *intus in illis esse, nec venire ueniā ἀδειησόμενος.* Verum 1. Etsi regnum Dei cum *ἀδειησόμενοι observatione & pompā externā venire non de-
bebat*, tamen Christus visibiliter apparitus erat, & civitatibus Judæa verba Dei locuturus: quod & factum est. 2. Atque *κτὸς ὑμῶν* non de-
cor-

or and so signified by Us, Our Heirs or Successors, under Our or Theirsever
or Manual Signet; or by Order in Council or Their Privy Council; and the
same to be for the Time being, then such & so many of them as shall be so Dis-
allowed & Rejected, shall thenceforth be of No Deterrence, and become
utterly Void & of no Effect. Provided always, That in Case, We,
Our Heirs or Successors, shall not within the Term of three Years after
the Passing of such Orders, Laws, Statutes or Ordinances, as
aforesaid, signify our or Their Disallowance of the same, then the said
Orders, Laws, Statutes or Ordinances, shall be & continue in full Force
& Effect, according to the true Intent & Meaning of the same, until
the Expiration thereof, or that the same shall be Repealed, by the
General Assembly of Our said Province for the Time being. —
Thus far the Charter. But We have Reason to believe, that many
of the Laws of this province have never been promulgated according
to the Directions given in the Charter. Otherwise they would
most certainly have been immediately Disallowed. As We
hope these two Laws will be; the Church people throughout
the whole Country bring in the utmost Contrafaction abt
them. One of the Two Mr Miller's Hearers & Communicants,
who lives about eleven Miles from the church at Braintree, had
three Warrants served upon him; on Friday the 8th of this instant,
and was then brought down to Boston to be committed to the
common Gaols; and the Constable threatens to bring the father
of the same man down next Tuesday, in Order for Con-
viction. They threaten the Church men all over the Country,
affirming themselves to be as firmly Established in the Church as

is in England; and that We are now the Dissentors here.
And that they boast that they have now fully Effected all that
was to have been done by the Synod; yet the Remembrance
of your Lordship's reasonable & happy Interposition, in pre-
-curing that never to be forgotten Letter from their Excellencies
the Lord Justices, gives the Churchmen good Ground for Hopes,
that the Independents will as soon find themselves mistaken
in this Case likewise; and that they will not be permitted to
satiate themselves, & glut their Eyes with seeing the Church
fall a Sacrifice; to appear the Manes of their departed
Synod.


May it please Your Lordship, I am
with the utmost Sincerity & Respect yr Lordship's

Obedient Son & very much devoted, very humb^d Serv^r
Boston ~~Mass~~ New-England
March 31. 1728.

Jn Chalkley

To the right Honourable Father in God
Edmund, Lord Bp of London.





cordibus Iudeorum intelligi debet, quippe illi non habebant verbum Dei in sese manens; sed notatur, jam in medio eorum versari Messiam, & advenisse regnum Dei, quamvis istud non crederent, & externam pom-pam ac ~~ωρέηνον~~ quererent.

XIV. 4. 2. Cor. 3: 6. *Littera occidit, Sp. vivificat.* Resp. Per litteram non intelligi omne verbum externum, sed Legem tantum, oppositè ad Euangeliū, quatenus Sp. S. destituta est, ita enim tantum occidere nata est; sicut verbum gratiæ, Sp. S. animatum, vivificat. 1. Cor. 3: 5.

XV. 5. Act. 2: 17, 18. *Somnia & visiones locum habitura in N. T. aſtruiunt.* Resp. Vocabulis illis, ex œconomia Vet. T. defumtis, revelatio & illuminatio uberior sub N. T. quæ verbo externo & Sp. S. ope fit, intelligitur; sicut & cultus Dei spiritualis sub N. T. externo cultu V. T. adumbratur. *Nam ab ortu ſolis uisque ad occaſum ejus, magnum erit nomen meum in gentibus, & in omni loco ſuffimentum afferetur nomini meo & munus purum.* Mal. 1: 11.

XVI. 6. Pro fp. privato urgent illud, *Spiritus spiritui noſtro confeſtatur &c.* Rom. 8: 16. Verum ibi intelligitur Spiritus in verbo & Scripturis loquens, qui noſtro ſpiritui gratiam & amore Dei confeſtetur & obſignet. *Et ego dixeram: quonodo ponam te in filio! & dabo tibi terram deſideratam.* Et dicebam: Pater mi, nomines me. Jer. 3: 19. Similiter 1. Joh. 5: 6. cum dicitur *Spiritus eſt, qui confeſtatur ſpiritum veritatem eſſe,* ſensu Apoſtoli eſt, Sp. qui in nobis eſt, nimirum Spiritus fidei, confeſtatur de ſpiritu, qui eſt in Scripturis, & obſignat in cordibus noſtriſ veritatem, quam in Scripturis legimus. Ita ut confeſtatio Spiritus Dei ad ſpirituſum noſtrum cum verbo Dei conjungenda ſit. *Uñctio enim quam vos accepitſis ab eo, manet in vobis: eadem uñctio docet vos de omnibus, & ſicut docuit vos, manebitis in eo &c.* 1. Joh. 2: 26, 28.

XVII. Atque ita exploſo verbo illo enthuſiaſtico privato, ſingulis fideliſ communis, perluftramus nunc aliud verbum, paſtificum, etiam enthuſiaſticum, ſed Paſae peculiare, quod nimirum in traditionibus confiſtit.

XVIII. *Traditionis nomen generale eſt, notans omnem doctrinam, quid illaſ ſive scriptam, ſive non scriptam: unde Paulus. Retinet eadem doctrinam, quid illaſ ſive ſunt.* nam quam edoēti eſtis, & per ſermonem & per epiftolam noſtram. 2. Thess. 2: 15. Speciatim pro scripta doctrina accipitur. Hinc Moſi à Jehova injungit ſcribere *hoc memoriale in libro.* Exod. 17: 14. *Audivimus, -- Jeſus iſtum Nazaracum mutaurum ritus, quoſ tradidit nobis Moſes.* Act.

6:14. *Ego accepi à Domino, quod tradidi vobis.* 1. Cor. 11:23. Strictiori autem modo traditiones hic à Pontificiis accipiuntur, pro doctrinâ non scriptâ: non quod nusquam scripta sit, sed juxta Bellarminum, quod non à primo auctore scripta sit, aut quod in nullo libro Apostolico scripta inveniatur.

quam via- **XIX.** Dividuntur autem illæ ipsis, cum ratione *auctorum*, tum ratione *materiæ*. Priori modo quædam sunt *divinae*, quædam *Apostolicae*, quædam *Ecclesiasticae*, illæ à Christo ipso sunt acceptæ; istæ ab Apostolis institutæ; haec vero sunt consuetudines antiquæ, vel à Prælatis, vel à populo introductæ & paulatim vim legis adeptæ.

XX. Quoad *materiam* distribuuntur in eas quæ sunt *de fide*, & de *moribus* seu *ritibus*; item in *perpetuas* & *temporarias*; denique in *necessarias* & *liberas*.

*quo loco
ipsis habe-
antur.* **XXI.** Atque ita verbum Dei universum Scripturis contineri negant, sed præcipuam ejus partem traditionibus ferè assignant. Illas autem quidam eorum Scripturæ æquant absolutè, alii cum distinctione, quidam etiam præferunt & multis modis præponunt. Quæ omnia dolosè ita tegit & confirmat Concil. Trid. *ut pari pietatis affectu* libros Scripturæ S. & *sine scripto traditiones suscipiendas ac venerandas esse* jubeat.

*Quid de
illis statu-
endum sit.* **XXII.** Nostros quod attinet, distinguunt illi inter *res*, quæ traduntur, & *modum* eas tradendi. Res vel necessariae sunt, vel adiaphoræ & politiæ ecclesiasticae tantum: priores omnes in Scripturâ continentur; prohibetur enim quilibet addere ad verbum *Iehovæ*, vel detrahere de eo quicquam. Deut. 4:2. *Anathema esto, si quis aliud, vel angelus ē cælo, euangeli-
zat, præter id quod euangelizatum est.* Gal. 1:8. quæ posterioris generis sunt, in libertate ecclesiæ sunt posita: juxta illud Apostoli, *Omnia decenter
& ordine fiant.* 1. Cor. 14:40. Ratio, seu modus rerum tradendarum, vel est per *Scripturam*, vel per vivam *vocem* in quotidiano ministerio. Et hoc modo traditionem admittimus, quatenus sub eâ non solum ordinarias conciones & catecheses, verum etiam Scripturam ipsam comprehendimus.

XXIII. Distinguendum etiam est inter traditionem, ut dici solet, *au-
toritativam*, quæ ex speciali revelatione Dei dependet, & *testimonialem* seu experimentalē, quæ sensuum testimonio & traditione nititur. Priorem urgent *Judæi* & *Pontifici*; nos autem posteriorem admittimus. Non ergo cum Sadducæis, ut & *Socinianis*, traditionem & catechesin omnem rejicimus; non potest enim Scriptura in mundo esse sine vivâ traditione, pri-





primò virorum *γενεώσων*, dcinde posteriorum *credentium*. Traditionem ergo de Scripturâ admittimus, sed talem quæ à Scripturâ dependeat, & extra eam nihil contineat.

X X I V. Distinguendum etiam est inter traditiones *dogmaticas*, fidci ac morum, & inter traditiones *historicas*, aut etiam *rituales*. De hisce ultimis nulli movemus controversiam, modo Scripturæ non repugnent, & libertati Christianæ non obsint.

X X V. Praeverunt autem in traditionibus cūdendis Judæi. Hinc *Traditio-*
narii primi
Judæi. *x contiu*
lib 7: cap. 1: 54-55. etc.
duplex apud eos erat Lex, *scripta* & *oralis*: hujus duas constituebant partes, 1. *præcepta* à sapientibus imposita, quæ erant sepimentum legis. 2. *שׁורש interpretationem* legis scriptæ, quam quasi ex ore Dei acceptam venerabantur.

X X VI. Originem ejus tribuebant Mosi, qui illam in monte Sinai acceptam tradidit Iosuæ, hic LXX senioribus, hi Prophetis, Prophetæ Synagogæ magna, & ita porrò; donec tandem conscripta, & in Talmud, tanquam pandætas, relata est. Varia etiam *devtagōσταν* genera habebant, Rabbinis adscriptarum, secundum quas Scripturas cabbalisticæ, juxta mysteria litterarum & syllabarum, exponebant.

X X VII. Erat autem hoc Satanae artificium, ut per legem hanc Judæos à lege Dei & scripti verbi scrutatione averteret. Unde factum, ut vera Scripturæ interpretatione neglecta, & antiqua patrum catechesis de Messiâ, & justitiâ ac regno Dei, quæ clavis cognitionis erat, Luc. 11: 52. occultata & mutilata sit; & falsæ interpretations præceptorum Dei sint introducta. Matth. 5. & 23. Capp.

X X VIII. Faterimur quidem, apud Judæos obtinere debuisse catechesin, & *אֲשֶׁר־דָּבָרִים* doctrinæ prophetarum & seniorum, quam male damnaſſe videntur Sadducæi; & seniorcs populo præcepta disciplinæ imponere potuisse: jubentur enim turbæ & discipuli *servare* & *facere omnia quæ Scribae & Pharizai dixerunt ut servent*. Matth. 23: 2, 3. Verum omnia ad legem Mosis erant exigenda, & ex eâ demonstranda: sicut eo nomine Christus Phariseos objurgat, quod *transgrederentur mandatum Dei per traditionem suam*. Matth. 15: 3. & perversè errabant Judæi, cum putabant synedrium non posse errare, & interpretationem ac *שׁורש* legis, quam dabant, propter ipsorum auctoritatcm recipiendam esse.

X X IX. Hisce autem traditionibus opponit Apostolus *ζελοφύλων γενεώσων*. 2. Tim. 3: 16. Et nullas traditiones Patriarchales, Mosaicas, vel Propheticas dari Scriptura aperte docet, ubi Mosem & Prophetas pro scriptis corum

eorum duntaxat sumit. *Habent Mosem & Prophetas.* Luc. 16: 29. Et exorsus à Mōse & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de se scripta erant. Ibid. 24: 27. Si crederetis Mōsi, credere-tis mihi, nam ille de me scripsit: quod si scriptis illius non creditis, quomodo verbis meis credetis? Joh. 5: 46. *Euangelium quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis Sanctis.* Rom. 1: 2.

Et exinde Poniticii. XXX. Phariseorum genuini filii & progenies sunt Pontificii, qui eodem modo in Scripturam N. T. ac illi in Scripturas V. T. traditiones introduxerunt: quæ in N. T. eo magis rejicienda sunt, cum nunc clavis cognitionis, id est, doctrina de Christo, justitia & regno Dei, olim per catecheses tradita, quâque seniores mysteria & ænigmata Mōsis ac Prophetarum populo referare & familiarius exponere debebant, jam scriptis Apostolicis clarè inserta, & omnibus communis sit redditia. *Nam erunt omnes docti à Deo.* Joh. 6: 45. *Et unctio, quam vos accepistis ab eo, manet in vobis, nec necesse habetis ut quisquam doceat vos &c.* 1. Joh. 2: 27.

Quorum traditiones refutantur; cum Scriptura dictis, XXXI. Hacce autem traditiones non scriptas evertunt 1. illa quæ superiori capite pro perfectione Scripturæ allata sunt; in specie hæc sequentia: *Ne addite ad verbum illud quod ego Jehova præcipio vobis, neque detrahite de eo &c.* Deut. 4: 2. *Neque facitote secundum omnia, quæ nos hic facimus hodie.* Ibid. 12: 8. *Quin imò etiam si nos, aut Angelus è cœlo euangelizet vobis præter id quod vobis euangelizatum est,* *Anathema esto.* Gal. 1: 8. *Sacra litteræ hominem sapientem reddere possunt ad salutem per fidem, quæ est in Christo Jesu;* & tota Scriptura divinitus est inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad disciplinam in justitia: *Ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum perfekte instructus.* 2. Tim. 3: 15-18. quibus præterea addi pollunt dicta. *Edixi filiis illorum in deserto, in statutis patrum vestrorum ne ambuletis, & jura illorum ne observetis, neque sternoreis diis illorum vos polluatis:* ego sum *Jehova Deus vester, in statutis meis ambulate, & jura mea observate ac facite ipsa.* Ezech. 20: 18, 19. *Ut qui sciatis, vos non corruptibilibus rebus esse redemptos ex vanâ illâ vestra conversatione, à patribus traditâ.* 1. Pet. 1: 18.

XXXII. 2. Imprimis contra illas facit locus Matth. 15: 6, 8, 9. ubi traditiones, tanquam imperfæctæ & fermentum habentes, rejiciuntur: ut pote quæ clavem cognitionis absconderent, de justitiâ Dei non recte docerent, Matth. 5. & graviora legis facerent omitti ac hypocrisim inducent: quod est fermentum doctrinæ Phariseorum & Sadducaeorum. Matth. 16: 12. *Quare vos transgredimini mandatum Dei per traditiones vestras?* Ibid.





Ibid. 15:3. quæ eadem etiam Pontificiorum traditionibus convenientiunt.

XXXIII. Nec excipere licet, damnari solum traditiones Scripturæ adversas, non alias: Christus enim non solum eas carpit, quæ fidei adversabantur, verum etiam quascunque observationes, quibus conscientia gravabantur, qualis erat lotio manuum ante cibum, propter conscientiam & religionem, quasi ad purificationem animæ hoc faceret: & Apostolus Col. 2: 20-23. condemnat etiam, ut traditiones humanas, res quæ habebant speciem sapientiæ, in cultu voluntario, & humilitate, & carnis maceratione, tantum abest, ut illæ tantum rejiciantur, quæ legi contrariae sunt. Tales autem sunt plerique Papistarum observations & ritus; præterquam quod & multæ directè sacræ Scripturæ adversentur.

XXXIV. 3. Adversantur speciatim traditiones promissionibus de statu N.T. *Omnis filii tui edocti erunt a Jēbova. Esai. 54:13. Indam legem meam menti eorum & cordi eorum inscribam eam &c. Jer. 31:33.* Quæ docent, legem Dei sub N.T. palam & publice, remoto velo, quasi in medio positum iri, ut nulli doctori, qui peculiare verbum adferat, aut velatum aliquod exponat & publicet, locus futurus sit. *Vos autem ne vocamini Rabbi, unus est enim Doctōr vester, nempe Christus, omnes autem vos fratres estis. Matth. 23:8, 10. Non enim alia scribimus vobis, quam quæ legitis, aut etiam agnoscitis. 2. Cor. 1:12, 13. Attende lectioni, exhortationi, doctrine. 1. Tim. 4:13.* Quæ planè tollunt traditiones unius hominis pectori inclusas, qui solus eas eructare & fidelibus imponere possit.

XXXV. 4. Et cur eas Deus scripto consignari non jussit? Nulla enim est *tum ratio-*
ratio, cur unam verbi sui partem scripto, alteram vivo sermone propagari nibus.
 voluerit. Et male omnino Ecclesiæ sua consuluisset, tam necessariam sacræ doctrinæ partem incertæ hominum traditioni committendo. Nulla enim est traditio, quæ lapsu temporis corrupti non possit: quod in promissione primævâ, quæ cito inter Adami posteros corrupta fuit, apparuit; & similiter in catechesi Prophetarum, quæ licet iis tradita, qui in cathedrâ Mosis sedebant, quæ particulares promissiones habebat, tamen adulterata & propemodum extincta fuit. Cumque in una gente, quæ uni templo & cathedrali affixa erat, hoc acciderit, quid de Ecclesiâ N. T. inter tot gentes dispersa, existimandum?

XXXVI. 5. Unde vero discrimen istud haucrunt, quod traditiones alias divinas, alias Apostolicas, quasdam etiam Ecclesiasticas faciunt? & cum eandem traditionem alii Apostolicam velint, alii tantum ab Ecclesiâ manare contendant, quis dissensum hunc componet? & cum multæ

olim falsæ traditiones in Ecclesiâ suppositæ sint , (jam enim sæculo v. falsi quidam Concilii Nicæni Canones ab Ecclesiæ Romanæ legatis produciti leguntur) quis veras & germanas à spuriis discerneret ? & quo ~~exemplis~~? cum ad Scripturas eas examinari nolint : & quis nos certos faciet , eas incorruptas ad nos pervenisse ?

XXXVII. 6. Quascunque autem adversarii hic regulas tradunt , recidunt ex omnes ad auctoritatem & testimonium Ecclesiæ ; verum hæc ipsa auctoritas Ecclesiæ vel maximè in quæstione est : deinde constat diversas olim Ecclesias , etiam Apostolicas , circa traditiones jam olim dissensisse , ut ex controversiâ de Paschate patet . Et quid si vel universa Ecclesia , inde à primis sæculis , in traditionem aliquam consenserit , an non in errorem consentire omnes potuissent ? non enim majus privilegium Ecclesia Christiana habet , quam olim Judaica habuit .

XXXVIII. 7. Neque etiam dantur dogmata alia necessaria extra Scripturam , ut traditionibus opus sit . Pontificii quidem assignant traditiones tum de Scripturâ ipsâ , tum de aliis rebus . At vero traditiones de Scripturâ non concludunt dari traditiones extra Scripturam , de quibus solum quæstio est . Et traditio haec de Scripturâ est tantum sensata , testimonialis , & experimentalis , quâ libri hi continuo Ecclesiæ usu commendati & ad posteros propagati sunt ; quam admittimus , verba enim Dei semper in ore Ecclesiæ esse debuerunt : non vero revelata & auctorativa , ut verbum Dei ab eâ dependeat .

XXXIX. 8. Quantum ad res alias , ex vel in S. Scriptura continentur , ut paedobaptismus , personarum in essentiâ divinâ trinitas , Patris & Filii ~~hypostasia~~ , Sacramentorum doctrina & numerus : vel non tam dogmata sunt , quam dogmatum appendices , ut quæ de perpetuâ virginitate Mariæ , etiam post partum , de remedio pro peccato originali pro fœminis in V. T. & masculis ante octavum diem morientibus , querunt : quamvis hæc ipsa sufficienter scripturis comprehendantur , & magis ex eâ quam ex traditione constent ; nam & beata virgo ut solius Christi mater in sacris litteris occurrit , & pertinet hoc judicium ad honorem virginis ~~göttin~~ debitum : & cum circumcisio semini Abrahami data esset , sub eo etiam fœminæ censebantur , & masculis circumcisâ universa familia circumcisâ habebatur : quod autem de masculis ante acceptum sacramentum morientibus urgent , errore nititur de necessitate & efficacia sacramentorum , ex opere operato , de quo postea : vel denique prorsus in Scripturam incurunt , ut missa , sanctorum cultus , purgatoriun , sacramenta spuria ,



spuria, &c. Quanquam ad hos ipsos errores tuendos traditiones ab ipsis inventæ sunt.

X L. Objiciunt autem Pontificii pro traditionibus suis verba Pauli, *Sicut tradidi vobis, traditiones retinete.* 1. Cor. 11: 2, 23, 34. *Tenete traditiones.* 2. Thess. 2: 15. Resp. 1. Nihil hic occurrit nisi vox ὁ ἀγάπης, quæ quamcunque traditionem, sive voce, sive scripto, denotat, unde & duplum hunc modum Apostolus in loco ad Thessal. distinguit, *per sermonem & epistolam.* Vid. 1. Cor. 15: 3. *Tradidi vobis.* 2. Neque etiam dicimus, omnia Christianæ fidei capita duabus illis ad Thessal. epistolis contineri; unde Apostolus illis adjungere potuit vivam & oralem suam doctrinam, qua universum Euangeliū illis prædicaverat. 3. In loco vero 1. Cor. 11: 23. expressè agitur de traditione scriptâ; versu autem 2. & 34. de ritualibus quibusdam agit, quæ ut singula descripta sint necesse non est, cum generali hac regula comprehendantur, *Omnia decenter & ordine fiant.* 1. Cor. 14: 40.

X L I. Objic. etiam Joh. 16: 12. *Multa habeo vobis dicenda &c.* Qui *Ioh. 16: 12.* locus etiam olim ab hereticis pro erroribus & traditionibus suis saepe ad- optatus est. Verum ad summum hinc colligitur, Apostolos quædam ante acceptum spiritum ignorasse, quæ tamen postea edoceti sunt, & de iis quoque Ecclesiam instruxerunt. Neque adeo de necessariis religionis capitibus hæc intelligi debent (illa enim nescivisse Apostolos dici vix posse, *Christus enim omnia, quæ audivit à Patre suo, nota fecit iis,* scil. Apostolis. Joh. 15: 15.) quam quidem de singularibus quibusdam mysteriis, utpote de vocatione gentium, ortu apostasie, & aliis ad statum Ecclesiæ N. T. pertinentibus accipi possunt.

X L II. Patres quidem traditionum saepe mentionem faciunt. Vero illa quæ Scripturis continentur, saepe traditiones appellant; & nunquam traditiones Scripturæ opponunt, cum omne judicium ex Scripturâ ferant. 2. Sæpe etiam per traditiones intelligunt ritus & cærimoniæ Ecclesiæ, de quibus nulla est controversia, 3. & hereticis quidem, contra fidem & fundamentum disputationibus, saepe opposuerunt *præscriptionem;* quia circa fundamentum nihil novi in Ecclesiâ audiri debebat, quod non antea ab Apostolis traditum & à fidelibus receptum esset; juxta illud, *Indam leges meas in mentem eorum, & in corda eorum inscribam eas* --- & non docebit quisque proximum suum, & quisque fratrem suum. Jer. 31: 33. & Hebr. 8: 10. Atque adeo meritò non præscriptionem solum, sed & interpretationem Scripturæ secundum sensum catholicum urgebant,

*Adversariorum objecta-
menta.*

bant, hoc est, secundum regulam fidei, & promissionem illam, *Spiritus meus qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent ex ore tuo, aut ex ore seminis tui, aut ex ore seminis seminis tui*, ait *Jehova, ex hoc tempore usque in seculum*. Esai. 59: 21. quæ regula ad omnes ab Apostolis pervenerat. Unde Paulus: *nolite esse prudentes apud vosmet ipsos*. Rom. 12: 16. *Fundamentum aliud nemo potest statuere praeter id quod possumus est, quod est Jesus Christus*. 1. Cor. 3: 12.

*Ei quomo-
do inde
capitata à
Satanā re-
casio eas
introduc-
cendi.*

XLIII. Hanc autem occasionem arripuit Satanas, & traditiones ac hominum doctrinas inde occulte promovit, & humanum nomen in Ecclesiastum invexit. Nam 1. sedes Episcopales erexit, & Ecclesiæ Romanæ, in qua incorruptior fides permanerat, magnam dignitatem conciliavit. 2. Interea primaria quædam doctrinæ capita negligentius tractabantur, & Doctoribus dicta quædam ambigua & periculosa excidebant, ex gr. de merito & libero arbitrio. 3. Delatum est sumnum de religione iudicium cathedræ alicui, vel concilio multitudinis illius, quæ Ecclesia dicitur. 4. Quæ auctoritas in immensum crevit, ita ut opiniones illius multitudinis pro dogmatis & explicatione fidei haberentur. 5. Unde factum ut tandem traditiones illius Ecclesiæ divinis scriptis æquiparentur: quod in concilio Tridentino perfectum est.


*Ex per-
qnos.*

XLIV. Primi autem in Vct. Ecclesiâ traditiones jactare cœperunt hæretici, prætextu verborum Christi, *Adbuc multa habeo quæ vobis dicam &c.* Joh. 16: 12. & Pauli, *Sapientiam loquimur inter perfectos, non autem hujus seculi sapientiam, sed latentem in mysterio*. 1. Cor. 2: 6. *Serva depositum, & aversare oppositiones falso nominata scientie*. 1. Tim. 6: 20. Imo & viventibus Apostolis eas jam fingebant impostores. Monebat enim jam tum Paulus suos: *Ne cito à mente dimoveamini, neque turbemini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos scriptam*. 2. Thess. 2: 2. Ac primus post eorum excessum eas produxit Papias, & multos eo prætextu in errorem induxit. Secuti sunt deinde Marcion, Montanus, Ptolemeus, Audiani &c. quin & Clemens Alexandrinus multa inconcinnia, & Origenes multa venenata ex iis protulit & Ecclesiæ obtrusit. Nec aliter quoque Muhammed Alcoranum suum confarcinavit, quam conquisitis undique fabulis & narratiibus apocryphis.

*Conclusio
contra eas*

XLV. Nos autem omnes illas Ecclesiæ Romanæ traditiones rejicimus, tanquam *xæcrys Bestiæ*, juxta quod *omnes accipiunt characterem in manu sua dextra, aut in frontibus suis*. Apoc. 13: 16. & 20: 4. Cum solum





solum verbum Dei scriptum pro frontali inter oculos nostros & signo in manibus nostris sufficiat. Deut. 6: 8. & 11: 18. & pro monumento inter oculos nostros, ut sit doctrina Jehova in ore nostro. Exod. 13: 9. Traditionum vero dubia sit origo, incerta auctoritas, perplexus sensus, contrarietas frequens, moles immensa, impossibilisque eas internoscendi ratio.

C A P U T X.

De Perspicuitate sacrae Scripturae.

I.  T Scripturæ integer nobis constaret fructus, non solum Ex Scripturæ divinam & perfectam illam esse oportuit, verum etiam clara per-
ram & perspicuum: quæ altera ejus perfectionis pars est, ut ^{fectione} fluit ejus nimirum non solum non muta, verum etiam non ^{ambitio} ambi-
gua fit. ^{perspicuitas.}

II. Cum duplice hominum genere hic nobis res est, *Pontificis* nempe & *Pelagianis*: quorum illi, ut Ecclesiæ auctoritatem & infallibilitatem exaggerent, & verbo non scripto locum faciant, Scripturam non omnia necessaria continere, quæque continent obscure tradere urgent; ita ut ejus sensus nulli certo notus sit, nisi aut *Pontifici Romano*, aut Ecclesiæ in concilio congregato.

III. Hi sub gratiæ universalis prætextu, cuius vim in externâ verbi propositione & sensus ejus intelligentiâ potissimum ponunt, talem Scripturæ perspicuitatem attribuunt, qua lucida sit non solum in sese, verum etiam respectu nostri & omnium, qui ad eam legendam & percipiendam animum & operam adhibent.

IV. Nos verò, ut medium inter duo hæc extrema teneamus cursum, Quomodo præmittimus, duplíciter quæri posse de Scripturæ perspicuitate vel obscuritate, nempe vel à parte rei, vel à parte legentium. Non enim omnis Scripturæ claritas relativa est, respectu auditoris vel lectoris, ut quibusdam videtur: nam sicut sol seipso, hactenus saltem clarus est, ut videri possit, sive homo cum videat, sive non: sic etiam Scriptura, licet actu non sit perspicua nisi relata ad intelligentem, hactenus tamen in seipsa clara dici potest, quatenus ex se talis naturæ est, ut à subjecto capaci intelligi possit. Dupli autem modo Scriptura clara vel obscura dici potest, seu ratione mysteriorum, quæ in ea traduntur, seu ratione ipsius traditionis. Illo modo,

modo nihil omnino Scripturâ obscurius esse potest, cum illius mysteria omnem rationem & captum superent. Traditionis vero respectu dicimus Scripturam ita perspicuam esse, ut ea quæ in ipsa traduntur, ex illa ipsa sufficienter intelligi possint.

V. Quod ita tamen intelligimus, 1. ut non negemus, non paucos in S. Scripturâ occurrere locos obscurissimos. 2. sed eam in rebus ad salutem necessariis perspicuam dicimus, 3. atque eas res, prout in universo Scripturæ corpore occurrunt, consideramus, non vero prout his vel illis locis aliquanto forte obscurius proponuntur. 4. idque si adhibetur sufficiens attentio & diligentia. 5. si deponantur præjudicia, 6. si adsit illuminatio Sp. S. vel erudiens solum, ad doctrinam, vel sanctificans etiam, ad salutem. 7. Denique talem eam esse asserimus pro variâ Ecclesiæ ætate: sicut illa enim tempore, ita etiam profectu crescit; unde illa perspicue nunc traduntur, quæ olim in V. T. patribus latebant: *Tu vero, Daniel, occlude hac verba, & obsigna hunc librum ad tempus determinatum usque; percurrent enim multi, & angebitur cognitio.* Dan. 12: 4, 9. *Loquimur sapientiam Dei in mysterio, hoc est, occultam illam, quam præfinierat Deus ante facula ad gloriam nostram.* 1. Cor. 2: 7. *Mibi data est hac gratia in lucem proferendi omnibus, quæ sit communio mysterii, quod erat absconditum à sacerdotiis in Deo.* Eph. 3: 9. &

Quæ probatur.

I. ex Scriptura ipsius testimoniis.

VI. Atque ita perspicuum esse Scripturam patet, 1. ex S. Scripturæ testimoniis. *Testimonium Jehova est certum, sapientem faciens fatuum.* Unde *lucerna appellatur,* Psal. 19: 8. *Lucerna pedi meo sunt verba tua.* Psal. 119: 105. *Et lucerna splendens in obscuro loco,* 2. Pet. 1: 19. *qua lucerna acceditur, & imponitur candelabro,* & *splendet omnibus qui sunt in domo.* Matth. 5: 15. Speciatim de Veteri Test. *Indam legem meam menti eorum, & cordi eorum inscribam eam.* Jer. 31: 33. *Præceptum hoc non occultum est à te, neque longinquum.* Deut. 30: 11. coll. cum Rom. 10: 6, 7, 8. *Ne dicas in corde tuo. quis ascendet in cœlum? -- prope te verbum est, in ore tuo, & in corde tuo.* Multo magis ergo doctrina Euangelii & N. T. clara erit, tanta luce per Christum & Euangelium jam diffusa. *In ipso enim vita erat, & vita erat lux illa hominum* Joh. 1: 4. & 5: 9. Quare Paulus & Barnabas dicunt, *eum esse constitutum, ut si lux gentium.* Act. 13: 47. & Paulus dicit se esse missum, *Ut aperiat oculos gentium, & convertat eos à tenebris ad lucem.* Ibid. 26: 18. *Commendans se ipsum declaracione veritatis apud omnem conscientiam hominum.* *Quod si opertum est Euangelium nostrum, ius qui pereunt opertum est.* 2. Cor. 4: 2, 3.

Grat.





Gratia enim nunc manifesta facta est per adventum Christi, qui vitam & incorruptibilitatem in lucem produxit per Euangelium. 2. Tim. 1: 10. *Et illuxit illa gratia Dei salutifera quibusvis hominibus.* Tit. 2: 11.

VII. Excip. adversarii, agi istis locis vel tantum de parte aliqua Scripturæ, nempe decalogo, qui naturaliter notus est, ut in Psalmis: vel de verbo Dei, non quatenus scriptum est, sed quatenus est in ore Ecclesiæ: vel denique Scripturas dici lucidas, non quod facile intelligantur, sed quod intellectæ mentem illustrent. Resp. 1. Agi in Psal. 19. & 119. de doctrina gratiæ, cuius solius est animum recreare, & gaudio persundere: & Petrus non decalogum solum, sed universum sermonem propheticum lucernam appellat. *Habemus (inquit) firmissimum illum sermonem propheticum, quem benefacitis quod attenditis, velut lucernam splendentem in obscuro loco, usque dum dies illuxerit, & lucifer exoriatur in cordibus vestris.* 2. Pet. 1: 19. 2. & de verbo scripto agitur; nam David expresse legem Dei, nimirum à Mose descriptam. Deut. 31: 9. quamque etiam reges, insidentes folio regni sui, in libro describere debebant. Deut. 17: 18. lucem appellat: unde & elogia illa alibi Scripturis tribuuntur. *Quacunque ante scripta sunt, ad nostram doctrinam ante scripta sunt, ut per tolerantiam & consolationem scripturarum spem habeamus.* Rom. 15: 4. *Hac scripta sunt, ut credatis Jesum esse Christum, Filium illum Dei, & ut credentes vitam habeatis per nomen ejus.* Joh. 20: 31. *Sacra literæ nos possunt sapientes reddere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu.* 2. Tim. 3: 15. 3. denique non solum lucida, sed & illuminare, & sapientiam imperito dare Scriptura dicitur; ita ut simul formaliter & effectivè lucida sit, utpote quæ radios spargit instar solis, vel luminis, & in ipsis tenebris lucet, & potenter vel invitis oculis fese ingeatur.

VIII. 2. Patet hæc S. Scripturæ perspicuitas etiam ex fine & scopo ejus. *Quacunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per Scripturam patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.* Rom. 15: 4. *Hac scripta sunt ut credentes vitam habeatis.* Joh. 20: 31. Jam vero Deo denegari non potest quod non denegatur homini sapienti, nempe scribere tam clare ac intelligibiliter, ac requiritur ad scopum ejus.

IX. 3. Cum ergo Scriptura à Patre luminum profecta sit, de quo dici nequit quod clarè loqui vel non potuerit, vel non voluerit; cumque sit canon, & formula cognitionis & pietatis, & revelatio justitiae Dei, perspicuum illam esse oportet.

X. Et vero multiplex quoque perspicuitatis hujus ratio est. 1. Quod *Cujus per-*
nihil sp: cui. atis

*multiplex
est ratio.*

nullum ejus dictum pro falsa sententia allegari possit sine violentia , quæ à vigili conscientia deprehendi non possit. 2. Quod continet certam veritatis analogiam & conformitatem fidei. Rom. 12: 6. *Nullum enim mendacium est ex veritate.* 1. Joh. 2: 21. 3. Quod continet clavem cognitionis , nimurum Christum Dominum & justitiam ejus, Luc. 11: 52. *Nam testimonium Jesu , est spiritus prophetæ.* Apoc. 19: 10. In quo capite omnes promissiones Dei omnesque typi concentrantur. 4. Quod doctrina resipiscientia & officiorum perfectissimè in toto Scripturæ corpore tradita sit. 5. Quod prophetæ rerum futurarum seriem signantes ordine sapientissimo expositæ sunt. 6. Quod formula illa fidei & charitatis non semel in Scripturâ occurrat , sed sepiissimè repetita cum novâ semper luce & sapientiâ ; quodque nihil obscurius dicatur , quod non clarius & apertius alibi exprimitur. 7. Quod Scriptura utatur stylo & verbis Deo ac rebus , quas tractat , dignissimis. 8. Quod in historiis , chronologii & genealogiis scopus earum semper attingatur & exponatur , et si multæ earum circumstantiæ implicatores sint.

Quibus obscura sit & indurato, præcipuè ubi accedit judicium divinum. *Occalluerunt mentes Scripturae illorum : nam ad hunc usque diem , cum legitur Moses , velamen cordi eorum impositum est.* 2. Cor. 3: 13-15. Præcipuè autem ita excæcantur illi , qui verbum Dei audiverunt & rejecerunt. *Andite indefinenter , at ne intelligatis , & videte indefinenter , neque cognoscatis : pingueſcat cor populi iſtius , & aures ejus ingraveſcant , oculi ejus conniveant , ne videat oculis suis , & auribus suis audiatur , & corde suo intelligatur , seque convertat , & sanitas obveniat ei.* Esai. 6: 9, 10. *Fieri non potest , si prolabantur , ut denuo renoveretur ad resipiscientiam , ut qui rursum crucifigant sibi Filium Dei , & ignomina exponant &c.* Hebr. 6: 6, 7, 8.

Objectiones in contrarium , & fontes solutionum.

XII. Objectiones contrarias quod attinet , fundamenta solutionis earum sunt in sequentibus observationibus , seu distinctionibus. 1. Aliud est agere de hominum defectibus , ignorantia , malitia &c. aliud conqueri de Scripturæ obscuritate. 2. Aliud est in genere & indefinitè allegare Scripturæ obscuritatem , aliud eam probare in rebus necessariis. 3. Aliud est sermonem Scripturæ esse obscurum vel propter *vocum ipsarum* , vel propter *rerum* , ad quas significandas adhibentur , obscuritatem ; quæ ultima obscuritas non male vocari potest obscuritas *veri sensus* , sicuti prior *obscuritas literalis sensus* est. In Scripturâ non adeo occurrit obscuritas prior , sed magis posterior , & plerumque non tam verba Scripturæ obscura sunt,





sunt, quam res illius. Et obscuritatis verborum Scripturæ quidem varia causa est: res verò ejus obscura sunt; sive quia illæ remotiores sunt à principiis naturæ; sive etiam à principiis Scripturæ, h. e. rebus illis quæ in Scripturâ apertè traduntur & intellectu faciles sunt; sive quia remotæ sunt ab agendi rationibus nobis usitatis. In prioribus generibus obscuritatis origo est ab intelligendi difficultate: in posteriori genere difficultas à voluntate proficiscitur.

XII. 4. Res item necessariæ diversimode considerari debent, secundum diversam Ecclesiæ ætatem & statum, sive sub V. sive sub N. T. obscura potuerunt tunc esse, quæ nunc maximè clara sunt.

XIV. 5. Aliud est res ad salutem necessarias in se ipsis esse sublimes, aliud eas accommodatè ad captum nostrum in Scripturâ proponi; si non ad plenam istarum rerum scientiam, saltem quantum ad fidem sufficit.

XV. 6. Nec excludimus à Scripturæ intelligentia omnem laborem &c. qui neque prudenti lectioni scriptorum humanorum denegari solet; neque etiam publicum verbi ministerium: solummodo tribunal infallibile Ecclesiæ excludimus, sine quo nullus Scripturæ sensus certus hauriri possit; cum illum hauriamus per media legitima ex ipsâ Scripturæ collatione & lumine ejus proprio. *Legebant legem Dei explanatè: & exponendo sensum dabant intelligentiam per Scripturam ipsam.* Neh. 8: 9. *Quotidie examinantes Scripturas, an hac ita se haberent.* Act. 17: 11.

XVI. 7. Nedum ut illam perspicuam dicamus cum exclusione auxilii Sp. S. & consequenter precum ac piorum motuum cordis. Cum sine hisce verba, sententiæ & consequentiæ Scripturæ intelligi quidem possint, non vero ad salutem ipsa credi, aut per eam quis converti & sanctificari possit. Atque hanc vivam & experimentalem cognitionem legis petit Propheta David, dicens: *Revela oculos meos, ut cernam mirabilia ex lege tua.* Psal. 119: 18.

XVII. Quod autem objiciunt, multa in S. Scripturâ occurrere, quæ sibi videantur contraria, multa ambigua, imperfecta, præpostera, tropica & figurata: ea adhibito studio non difficulter intelligi & explicari possunt; & in talibus locis vel ea quæ ad salutem necessaria sunt non occurunt, vel etiam alibi in locis clarioribus eadem occurunt. Nullibi autem monemur difficultates hasce aut defectus humanos superare per infallibilem Ecclesiæ auctoritatem, & nullibi ad prætensem istud tribunal relegamur; hoc enim esset scrutationem verbi divini mutare in scrutationem verbi humani, & loco spiritualis infantiae introducere servitutem & stupiditatem, contra dictum Pauli: *Ne esote pueri prudentia, sed malitia infantes,*

tes, prudentia vero adulti estote. 1. Cor. 14: 20.

XVIII. Præcipuè objici solet ex loco 2. Pet. 3: 16. *in epistolis Pauli esse doxona nostra nonnulla difficultia intellectu, quæ indoliti parumque stabiles detorquent.* R. 1. Concesso, hæc de Pauli epistolis, non vero de rebus ipsiis in iis contentis, accipienda esse, cum hæc doxona nostra quedam duntaxat sint, sequitur reliqua esse *irrationalia*, adeoque perspicua. 2. Emphasis est in voce *perspicua*, à tortura defumta, per quam Scripturæ vis fit: unde sequitur, illam cæteroquin nisi detorqueatur, perspicuum esse.

*Non tam
men lumi-
ni naturali
perspicua
est Scri-
ptura.*

XIX. Ita Scripturæ perspicuitate adstructâ contra Pontificos, non tamen asserimus illam omnibus promiscuè tam claram esse, ac Pelagiani, Sociniani & Remonstrantes volunt: qui ad ejus intelligentiam nullum aliud requirunt lumen, quam recte rationis, aut saltem istius gratiæ universalis, quæ omnibus hominibus communis est, aut si Sp. S. gratiam requirant, hoc tantum ideo volunt, ut per eam expeditius & facilius Scripturam intelligamus.

*quoniamque
illi homini
naturali
perspicua
sit.*

XX. Fatalemur nos fundamentalia ab unoquoque intelligi posse theoreticè, h. e. juxta sensum grammaticum, non verò practicè, h. e. cum assensu & fidei obsequio. Intelligi potest ab irregenito sensus *litteralis*, non vero *spiritualis*; *verba* ejus, non vero *res* & *mysteria*.

XXI. Aliud nimurum est querere de Scripturæ intelligentiâ, aliud de fide & assensu. *Intelligentiam* Scripturæ quod attinet, quedam in verbo Dei tam clare proposita sunt, ut ab omnibus, qui sine præjudiciis ea legunt, intelligi possint: alia vero, non propter modum proponendi, sed rerum ipsarum naturam, tam obscura sunt, ut non sine explicatione, sive Sp. S. illuminatione intelligi possint.

XXII. Ut verò non solum in intellectu homo convincatur de verbi divini veritate, verum etiam ea quæ intelligit credit, amet, velit & perficiat, non tantum opus est illuminatione intellectus, verum etiam infusione caritatis, & collatione bona voluntatis. Verbum prædicatum dare interdum potest sui notitiam, Spiritus vero Dei solus bonam voluntatem: & aliud est, Deum manifestari nobis in intellectu, aliud eum manifestari in conscientiâ & corde. *In quibus Deus hujus saeculi excœavit mentes, ne irradiiet eos illustratio Evangelii gloria Christi.* --- *Deus, qui dixit, ut è tenebris lux splenderet, is est qui splenduit in cordibus nostris.* 2. Cor. 4: 4, 6. Sed hæc præcipuè ad doctrinam gratiæ spectant.

XXIII. Tota autem hæc res conficitur Cap. 1. Cor. 2. *per totum, præcipuè autem ys 14. ubi dicitur, hominem animalem non recipere ea quæ sunt*





sunt Spiritus Dei; stultitia enim illi sunt: & non potest cognoscere, quia spiritualiter discernuntur. Ubi 1. ψυχὴς ἀνθρώπος non exprimit certam speciem hominis naturalis, hominem nimirum qui *animum*, h. e. *affectionem* humanos sequitur, ut Erasmus; sed simpliciter hominem irregemnitum, & qualis sine Spiritu Dei est, seu in quo sola naturalis & animalis anima dominatur. *Est enim corpus animale, & est corpus spirituale: at spirituale non est prius sed animale, deinde spirituale.* Vide 1. Cor. 15: 44, 46. Qualis appellatur caro; siquidem *quod ex carne genitum est, caro est.* Joh. 3: 5, 6. *Spiritum non habens, Jud. 19.* qui ideo naturalis benè vertitur, quem naturā omnis homo talis sit, & natura in tali dominetur: licet ceteroquin vox ψυχῆς naturam non dicret: 2. dicitur, *illum ea quæ sunt Sp. Dei non recipere: quod intelligendum de intelligentiâ cum assensu & fide conjunctâ, hoc est, de approbatione & assensu, quod ratio addita suadet.* Nam 3. & ὁ ζετεῖ, ἐὰν μογία ἀντὸς ἐστι non recipit, quia *stultitia illi sunt.* 4. Quin & alterum adjungitur, *non potest cognoscere, quia spiritualiter discernuntur,* h. e. sine Sp. Dei non examinantur & expenduntur. Nam *sensus carnis inimicitia in Deum est.* Rom. 8: 7. *Sed unicō docet vos de omnibus.* 1. Joh. 2: 27.

C A P U T X I.

De Scripturæ Usu & Lectione.

I.  Um Scriptura ita perspicua sit, *utilis est ad doctrinam, re-* Scripturæ *dargutionem, correctionem, disciplinam in justitiâ; ut homo utilitas &* Dei *fit ad omne bonum opus exaptatus.* 2. Tim. 3: 16, 17. *usus.*
Alios Scripturæ usus, *ut nempe per tolerantiam & consolati-* *onem scripturarum spem habeamus,* vide Rom. 15: 4. & Act. 18: 24, 25.
ubi Apollos, potens in Scripturis, iniciatus via Domini & fervens spiritu, lo- quebatur & docebat diligenter ea quæ sunt Domini.

II. Ad hosce autem usus percipiendos, necessaria est Scripturæ lectio, illius omnibus præscripta, cum in Vct. tum in N. T. In V. T. universo populo injungitur. *Erunt verba ista, quæ ego præcipio tibi, in corde tuo* (ait Jehova) *præcepta* *eaque acutè ingeres filii tuis, ac loquēris de iis, cum sedes domi tue &c.* in V. T. *omnibus* Deut. 6: 6, 7. Speciatim autem regi, Deut. 17: 18, 19. ubi præcipitur, ut rex exemplar legis sibi describat: sicut etiam legibus Judæorum quilibet

de populo exemplar legis propriâ manu descriptum habere tenebatur, juxta Deut. 31: 19. ut illi id explicant; & si vulgaris aliquis Israëlista litteras ne sciret, per alium hoc sibi præstari curare tenebatur. Quod quanto studio ad superstitionem usque ab iis fiat, ex auctoribus constat.

*& in N.
T.*

III. Idemque præceptum in N. T. factum apparet, ex verbis Abrahæ. *Habent Mosen & Prophetas: audiant eos.* Luc. 16: 29. Ideo etiam à puerō sacras literas Timotheus novisſe dicitur. 2. Tim. 3: 15. Et Eunuchus *sedens in curru, legebat Esaiam Prophetam.* Act. 8: 28. Hinc etiam generosiores prædicantur Beroënes iis qui erant Theſſalonica; quum quotidie examinarent Scripturas, an hec ita se haberent. Ibid. 17: 11. Imò Paulus precatur, ut sermo Christi habitet copiose in fidelibus, cum omni sapientia, docendo & admonendo Iesé invicem mutuo &c. Col. 3: 16. *Scrutamini Scripturas.* Joh. 5: 39. Quo postremo loco Christus non solum morem istum Judæorum indicat, sed & toto contextu eum probat ac commendat.

*Quam &
Scriptura
elogia ar-
guunt,*

IV. Quod etiam evincunt Scripturæ elogia. Cum fons omnis consolationis esse dicatur. *Ut per consolationem Scripturarum spem habeamus.* Rom. 15: 4. & testamentum Dei, instrumentum connubii spirituālis, medicina animæ, pabulum vitæ, gladius spiritualis, &c. insigniatur.

*& conti-
nua populi
Dei praxis.*

V. Unde & hæc continua populi Dei fuit praxis. Apud Judæos oblinebat lectio legis septennalis: *a fine enim septem annorum stato tempore anno intermissionis præcipitur à Mose sacerdotibus, ut legant legem hanc coram toto Iſraële.* Deut. 1: 10, 11, 12. Sabbatica in Synagogis. *Moses enim in Synagogis per singula Sabbathia legebatur.* Act. 15: 21. quem morem etiamnum observant, certo & præfixo tempore legis lectionem per sectiones jugiter absolventes.

V I. Apud Christians veteres idem obtinuit; ut ex homiliis & scriptis Patrum apparet: qui omnes lectionem Scripturæ toti populo commendant.


VII. Similiterque sequentibus sæculis hic populi Christiani usus fuit: testantibus, & ad id studium fideles exhortantibus, Gregorio Magno, Damasceno, Beda, Theophylacto, qui sæculo xi floruit; denique Bernardo, qui sæculo xii vixit.

*Qua variis
artibus ac
gradibus
imminuta,
& tandem
sublata est.*

VIII. Deinceps autem variis artibus & quasi gradibus sacræ lectionis usus imminutus est, & tandem evolutus. Prima infraictio facta est per theologia Scholasticam, per quam Patrum dicta, Pontificum decreta & philosophorum placita Scripturæ adjuncta sunt; & per has tenebras lux illa paulatim oppressa est, quamvis melioris genii viris reclamantibus.

IX. Se-









I X. Secunda Scripturæ oppugnatio facta fuit per revelationes singulares, modo his, modo illis factas; speciatim circa statum mortuorum & purgatorium, saeculo XII & seqq.

X. Succedit tertia, magis tamen conatu, quam successu, per novum illud Euangelium, Sp. S. seu æternum dictum, circa annum 13 cclvi.

X I. Quarta clades ipsi illata fuit per Legendas sanctorum, quæ populo Scripturæ loco obtrusa, quin & illi prælatæ fuere.

X II. Quintum & ultimum vulnus Scripturæ illatum est per canones Concilii Tridentini, & decreta Pontificum, Cæsarumque edita inde consecuta; quibus plebs Christiana, tanquam porci & canes, à sacro illo pabulo abacta fuit, multaque contumeliosa in S. Scripturam publicè jactata & defensa fuerunt.

X III. Tantæ autem tyrannidis invidia fraude ac dolo obtegenda erat. *lacet dolo*
Unde in catalogo librorum prohibitorum canone iv. Scripturæ usus per-
*recta,*mittitur iis, qui ejus rei facultatem ab ordinario obtinuerunt: quæ regula tamen ita explicatur in indice Sixti Quinti & Clementis Octavi, ut omnibus Episcopis, Inquisitoribus &c. omnis potestas facultatem illam concedendi adempta pronuncietur: sub Bibliis sacris etiam eorum summa-
riis & compendiis comprehensis.

X IV. Prætextus obtenditur, ne vulgus imperitum in hæreses prola-
& prætex-
batur. Sed vanus: nam è contrario Scripturæ ad formandos mores & fi-
tibus in-
dem per se conducent. *Doctrina Jehovæ est integra, restituens animam.* *crux: ita*
testimonium Jehovæ verax, sapientiam afferens imperito. Mandata Jehovæ
sunt recta, letificantia animum. Psal. 19: 8, 9. Nec hæreses periculum tam à populo, quam à litteratis & perversè doctis imminet. Et cur imagines potius à conspectu plebis non removent, quæ earum aspectu & cultu in gravissimam idolatriam, vel ipsis adversariis fatentibus, incidit? quod etiam de Scripturæ obscuritate causantur, supra explicatum est. Sed vera causa cur sacros codices vulgi manibus eripiant, hæc unica est, ne ipso-
rum hæreses nimirum à populo Christiano deprehendantur.

X V. Alia autem nobis mens est, qui Scripturam populo commenda-
mus, & legendi methodum singulis pro captu prescribimus, adjunctis ante omnia precibus ad lumen cœlestis sollicitandum. Neque ideo publi-
cos cœtus, aut verbi ministerium destruimus, cum aliter doceat Scriptura
sacra, *non deferendas nempe esse congregaciones*, Hebr. 10: 25. & subordi-
nata se invicem non tollant.

C A P U T . X I I .

De Scripturæ Interpretatione.

Scriptura
INTER-
PRETA-
TIO.

Scriptura
SENSUS
quotuplex.

eius abus.

rende ortus.

I. **S**Equitur Scripturæ Interpretatio, quæ perspicuitatem ejus in usum vertit. Hæc autem duplex est, una, quæ rem ipsam spectat, & vocatur *explicatio*; altera, quæ verba spectat, & dicitur *versio*. Circa priorem videndum primo Script. *sensus*, inde eum interpretandi *potes*ta, *norma*, *via*, *latitudo*, *præsupposita* & *modus*.


II. Est autem Scripturæ sensus id, quod Scriptura significat singulis locis, sive sensus sit *litteralis*, sive *mysticus*. *Litteralis*, alias historicus dictus, est, qui oritur ex verbis Scripturæ, proprio vel figuratè sumptis.

III. Aliud autem hic est sensus *litteralis*, aliud *verus*. Veri Scripturæ sensus hæc est proprietas & prærogativa supra scripta humana, quod omnis ejus verus, sensus, h. e. quem auctor intendit, sit quoque veritas, id est, quod semper veritatem contineat. Sicut etiam ex adverso omnis veritas in S. Scriptura est verus ejus sensus: omnis enim & quilibet sensus verus qui ex verbis Scripturæ legitimè elicitor, est verus auctoris ejus, Sp. S., sensus, quem ille in animo habuit.

IV. Sensus spiritualis seu *mysticus* est, quem non voces primò & proximè significant, sed res yocibus significatae: qui à scholasticis distinguitur in *allegoricum*, ubi sensus litteralis transfertur ad significationem rei spiritualis in N. T. juxta illud Paulinum, ubi per duos illos filios Abrahami, unum ex ancilla, unum ex libera, aliud quid figuratur; nam hæc sunt duo illa testamenta. Gal. 4: 24. *tropologicum*, cum sit translatio ad mores. Propter nos enim illud de non obligando ore brevi trituranti scriptum est, quod sub spe debeat is, qui arat, arare &c. 1. Cor. 9: 9, 10. & *anagogicum*, cum verba transferuntur ad significandam vitam æternam. Psal. 95: 11. *Juravi eos non ingressuros in quietem meam*. conf. Hebr. 4: 9. *Reliquis est ergo aliquis sabbatismus populo Dei*.

V. Verum distinctione hæc nova est; cum apud veteres promiscuitis harum vocum fuerit usus: sensus autem hosce tinentur Pontifici, ut ita dogmata quædam sua afferant, quæ bonâ ex parte sensuum horum beneficio probant.

VI. Origo hujus abusus Judæis debetur; qui triplici vocabulo Scripturæ





pture sensus exprimunt. 1. est **אָזֶן** *auditus*: 2. **שְׁמִינִית** *simplicitas*: 3. **שְׁגַדְתָּה** *inquisitio*. Illo notatur sensus litteralis; isto sensus quem proprie & simpliciter intendit Sp. S.; hoc, sensus allegoricus, quem præter Sp. S. mentem sensui litterali affingunt Rabbini.

VII. Atque hunc expositionis modum etiam secutus est Philo Judæus, & inter Christianos Origines: à quo derivatum hoc cacoëthes Pontificiis placuit. Nos paucis aphorismis, quid de hisce tenendum sit, expli-
cabimus.

VIII. 1. In omni Scripturæ loco est sensus aliquis litteralis, sive proprius, sive figuratus.

IX. 2. Sensus cuiusque loci litteralis unicus tantum est: alioquin enim universus Scripturæ sensus & explicatio foret incerta, ambigua, & prorsus nulla.

X. 3. In typis quidem aliis est sensus verborum, alias sensus typorum; sed unicus tamen tantum est litteræ sensus: alter autem sensus non est Scripturæ verborum, sed rerum ipsarum, quæ verbis illis significatæ sunt; unde sensus mysticus tum oritur. Unus ergo tantum est sensus, sed duas sunt unius sensus partes.

XI. 4. Alii sensus, qui primi sensus sunt consequentiae, non faciunt sensum peculiarem, sed illius applicationem tantum ad usum: quod variis modis fieri potest, sive per tropologiam, sive per allegoriam, sive per doctrinam, &c. quamvis allegorica & anagogica applicatio incertior & rarior sit.

XII. Uno ergo verbo: litteræ sensus tantum unicus est, sive simplex, ut in historiis & prophetiis; sive compositus, ut in typis: applicatio autem ejus diversa est, per usus nimirum theoreticos & practicos; quo allegoria, anagoga, & tropologia spectant.

XIII. 5. Sensus mysticus non invenitur in omni Scripturæ loco: sed tunc tantum admittendus est, ubi Sp. S. occasionem & fundamentum ejus præbet; quod certis gnorismatis dignoscere potest.

XIV. 6. Ubi sensus litteralis & mysticus concurrunt, mysticus nobilior est, & magis intenditur à Sp. S. quam litteralis: uti videre est in illo Mosis: *Ne capistrato bovem triturantem*. Deut. 25:4. & Pauli: *Non obligabis os bovi triturantri*: *Num boves curæ sunt Deo?* propter nos enim hoc scriptum est &c. 1. Cor. 9:9, 10. Quo similitudo fagittarum Jonathaniis 1. Sam. 20. à Theologis referri solet.

XV. 7. Sensus Scripturæ, cum litteralis, tum mysticus, constans semper

per est. Ut impudentissimè Pontifici Scripturam nafo cereo assi-
milent.

XVI. 8. Ex sensu etiam mystico argumenta efficacia ad probandas
res fidei desumi possunt : quod negant Sociniani , ne nimirum ex Veteri
Test. religio Christiana probari posse videatur. Universè ergo sumtum
dictum illud , Theologia Symbolica non est argumentativa , falsum est:
cum etiam figuræ , typi , & parœmiæ V. T. doceant. Ut appareat in duo-
bus filiis Abrahami ; per quos aliud figuratur &c. Gal. 4: 24. in matri-
monio : cuius *mysterium magnum est* ; loquendo autem de Christo &
Ecclesia . Ephes. 5: 32. & in aquis diluvii : quarum antitypus *Baptismus*
nos servat per resurrectionem Christi. 1. Pet. 3: 21. Valet autem effatum
illud tantum in allegoriis & parœmiis , humano ingenio ad fidem vel mo-
res translatis.


*Scriptiu-
ram inter-
pretandi
P O T E-
S T A S
& judi-
candi de
æ ratio
quotuplex.*


XVII. Sequitur *potes tas* Scripturam interpretandi. quæ ita dividi so-
let , ut sit vel *publica* , vel *privata* : *publica* , ad quam pertinet judicium
decisionis ; estque vel *summa* , qualis est principis in republ. qui judicat
judicio absoluto ; vel *ministerialis* , qualis est judicum delegatorum sub
principe.

XVIII. *Summa* est penes Deum in Scripturâ loquentem. Ejus
enim est legem interpretari , qui eam condidit.

XIX. *Ministerialis publica* Ecclesiæ tribui solet , quatenus in ea est do-
num prophetandi & docendi. *Prophetae autem duo aut tres loquantur* , &
alii dijudicent. 1. Cor. 14: 29. *Labia Sacerdotis observabunt scientiam*,
& lex requiretur ex ore ipsius. Mal. 2: 7. & Doctores ac ministri in eam
rem constituti sunt. *Dedit alios quidem Apostolos* , *alios vero Prophetas* , a-
lios autem *Euangelistas* , *alios autem Pastores & Doctores* . Eph. 4: 11, 12.
Vixim quoque est Apostolis & Presbyteris cum tota Ecclesia delectos ex se
viros mittere. Act. 15: 22. Atque hoc judicium *definitivum* dici solet.

XX. *Privata* interpretandi potestas est , qua unusquisque fidelis Scri-
pturæ mentem investigare , atque ad proprię conscientiæ directionem ,
eam dijudicare tenetur. *Cavete vero vobis à pseudo-prophetis*. Math. 7: 15.
Cumque stolas oves emiserit Pastor , *antegreditur eas* , & *oves eum sequuntur* ,
quia norunt vocem ejus. *Alienum nequaquam sequenter* , *sed fugient ab eo* ,
quia non norunt vocem alienorum. Joh. 10: 3-5. *Ne cuivis spiritui credite* ,
sed probate spiritus , num ex Deo sint. 1. Joh. 4: 1. *Beroënses generosiores*
erant Thessalonicensibus , *ut qui receperint sermonem cum omni alacritate* ,
quotidie scrutantes Scripturas , *an hac ita se haberent*. Act. 17: 11. Et hoc
judi-





judicium *discretivum* appellari solet; cuius instrumentum est recta ratio; principium revelatio, seu lumen Sp. S. norma autem verbum Dei. Et illud quidem judicium discretionis cuique fideli, respectu sui ipsius, reliquis omnibus judiciis anteponendum est, imo illud revera unicus est Scripturæ in terris interpres.

X X I. Alter hic instituunt Pontificii. Qui hisce non contenti, judicium in ecclesiâ, tanquam in civitate mundanâ, exigunt visibile, imo prætorium, authenticum & infallibile, astringens & subjiciens sibi ipsas conscientias; quodque fiat, juxta ipsorum distinctionem, non more *doctoris*, sed more *judicis*, ita ut plebs Christiana, sine examine, istud recipere & se Ecclesiâ subjicere debeat.

X X II. Rogati autem quid per Ecclesiam intelligent, fatentur, se non intelligere Ecclesiam ovium, sed pastorum: neque hos rursus omnes sumunt, sed recurrunt ad Ecclesiam suam representativam, h. c. Episcopos & Prelatos in concilio congregatos: cumque etiam concilia errare possint, nisi à Pontifice approbentur, in illum tandem omnia resolvuntur.

X X III. Nos autem et si in Repub. & in foro externo summum aliquem ac visibilem judicem, cuius sententia planè acquiescendum sit, requiri concedamus, tamen in Ecclesia & in foro interiori conscientiae talem non admittimus: dispar enim prorsus est ratio Reip. ac conscientiae; cum fides non cogatur, atque nulli humano principatu subsit: & in repub. sufficiat judex politicus, qui peremptorie sententiam ferat; judicii vero Ecclesiastici diversa sit ratio; utpote quod ex hypothesi etiam infallibile esse debet, cum ab eo dependeat conscientiarum securitas & animarum salus: qualis infallibilitas in nullo hominum judicio reperitur.

X X IV. 1. Et nullibi Deus asperabile aliquod tribunal, quo omnes in religione controversiae terminarentur, in verbo suo erexit: imo frustra hoc in terris nos expectare monet Apostolus, docens, *semper oportere heres esse*, 1. Cor. 11: 19. Et mitter illis Deus efficaciam deceptionis, ut credant mendacio. 2. Thess. 2: 11. Atque ex quo ipsi homines talem summum fidei judicem sibi imposuerunt, gravissimæ sunt ortæ controversiae, de hoc ipso etiam judice, de illius sede & tribunali, de infallibilitate ipsius, &c. quæ nullo modo finiri, nec ab ipso illo judice decidi potuere.

X XV. 2. Quin & humanum nomen hoc pacto in Ecclesiam introducitur, & conscientia, quæ soli Deo subjecta esse debet, hominibus errori obnoxii, corumque dictatis ac placitis sacrilego ausu obstringitur.

Quale iudicium in situant Pontifici.

547
17-122

*utpote
quod non
fuit sub
v. T.*

XXVI. 3. Neque in Vet. T. ubi tamen Deus cathedram aliquam & visibilem in ecclesiâ sedem dedicaverat, & certis personis ac locis omne sacrorum ministerium adstrinxerat, talis absolutus & infallibilis religionis judex comparet. Nam & Moses, qui etiam extraordinario propheta mune-re fungebatur, nihilominus in controversiis oborientibus Dei oraculum consulēbat: & sacerdotum Levit. collegium, et si summa auctoritate pollebat cum etiam confessus supremi membra ferē essent, & magistratus gererent, ita ut eorum iudicio sub peccâ capitâ standum fuerit, de quo Moses: *Si occulta erit res in iudicio, adibis sacerdotes Leviticos, vel summum iudicem, ut consulas eos; & non recedes ab eâ sententiâ quam indicaverint tibi.* Deut. 17: 8-12. & Christus præcipit suis: *In cathedrali Mosis sedent Scribe & Pharisæi: omnia ergo que dixerint vobis ut servetis, servate & facite.* Matth. 23: 2, 3. tamen 1. adstringebantur verbis legis. *Ex præstituto legis, quam docuerint te, & secundum iudicium illud, quod dixerint tibi, facito: ne recedito ab ea sententia &c.* Deut. 17: 11. *Nam labia Sacerdotis servabunt scientiam, & legem requirent ex ore ejus.* Mal. 2: 5-8. ut hæc populi sub eorum paedagogiâ subiectio merè sub lege fuerit, non sub hominibus. 2. Neque infallibles erant: quod satis ex prophetarum concionibus & ex historiâ Euangelicâ apparet; nam & de sectis ipsorum ac diffidiis constat, & Messiam ipsum ab illis reprobatum ac condemnatum legimus. Unde Christus Mosem quidem & legem vult audiri ex ore ipsorum, iuxta promissionem Judæ factam, *non deficeret legislator, seu doctor, è mediopedium ejus, usque dum venerit Silo.* Gen. 49: 10. ita tamen, ut *cavere etiam jubeat a fermento Pharisæorum,* Matth. 16: 12. 3. Denique iis ipsis locis, quæ pro istius cathedrali auctoritate adseruntur, ut Deut. 17. & Matth. 23. non tam de controversiis religionis, quam de quibuslibet causis, de quibus homines inter se in iudicio contendebant, agitur; ita ut hæc cathedrali non merè doctrinali, sed potius legislativa fuerit. Unde & publicum istud Judæorum consilium, & summus iste confessus non solum Sacerdotibus, sed & delectis ex singulis tribubus iudicibus constabat; & ne ipse quidem Pontifex Maximus hujus senatus erat membrum, nisi sapientiâ insignis esset: ut frustra ad Papam & summum aliquid in Ecclesiâ religionis tribunal hæc adducantur.

muliò mi- XXVII. 4. Multo enim minus post adventum Christi & sub statu *nus sub N.* N. Test. talis cathedrali obtinet. Cathedra enim Mosaica eversa est à Christo, & est non ens; qualis etiam est illa Cathedra Petri vel Pauli: nec Ecclesia amplius legislatores habet, cum Deus solus sit *Iudex*, solus fit





sit Legislator, & solus sit Rex. Jes. 33: 22.

XXVIII. Neque verendum, Deum absque visibili aliquo judice non satis religioni & Ecclesiæ suæ prospexit. Sufficenter enim ipsi prospexit per verbum suum, ac ministerium ejus publicum. Nec resert, de hoc ipso verbo lites moveri, quæ sine externo judice terminari non possint; atque eos, qui illud tractant, fallibiles esse, immo sèpenumero falli. Hoc enim fidelium attentionem & animadversionem excitat, sine qua fidès omnis vana, & tantum mera opinio est. Unde Scripturas scrutari & ad verba Dei animadvertere singuli jubentur. Et quamvis omnes de religione controversiæ, pro vitæ hujus statu, non prorsus finiri possint, cum semper oporteat hæreses esse, 1. Cor. 11: 19. & multa adhuc in obscurò lateant, eo tamen deveniri potest, ut ea quæ ad salutem necessaria sunt enucleentur & in liquido ponantur.

XXIX. Ita evicto non dari judicem talem infallibilem, ultrò patet, *Vt penes illum non quærendum esse, nec in Ecclesiâ, nec in illius doctoribus aut Patribus, nec in Conciliis, neque denique in Pontifice Romano: de quibus inter se disputant Pontificii, & alter quidem alterius opinionem solidè evertit, suam autem non probat: specialius autem de iis agetur suis locis.*

XXX. Nec solum Ecclesiæ falsam, seu Pontificiam, atque Doctorum ejus chorum, vel Antichristiana Concilia, aut denique omnium compendium & Bestiæ imaginem, Papam, à summo religionis arbitrio excludimus; verum etiam nec ipsi Ecclesiæ vera, aut ejus pastoribus in Synodis coactis supremum controversiarum judicium adscribimus, sed subordinatum & ministeriale tantum, quatenus sententiam suam ex Scripturâ deducunt & demonstrant; atque adeo nullum illi in Ecclesia judicium conscientias cum auctoritate obligans habent; ne quidem in foro externo: verum ea tantummodo iis reverentia debetur, quæ innititur scientiæ & pietati corum, non vero auctoritati.

XX XI. Neque etiam Magistratus sententia lex fidei esse potest. Po- *nec politi-
test ille judicare quæ religio Reip. conducat, & aliter sentientibus pro-
pter religionem molestiam creare; nulli vero ex subjectis sententiam suam
tanquam legem in conscientiâ recipiendam præscribere potest.*

XX XII. Ita ergo nullum humanum nomen controversiarum judi- *nec ipsa
cium auctorativum habet. Sed & rigide loquendo ne quidem Scriptura
ipsa propriè est controversiarum judex; quippe quæ, sine interno Sp. S.
lumine, inefficax & quasi muta est; & cum ab omnibus non recipiatur, tam judex
est quam norma.*

corum respectu inutilis est; cum tamen judex sine potestate atque auctoritate esse non possit. Illa ergo potius norma & regula est, quam fidelis, accedente luce Spiritus, in corde suo accensa, semper ob oculos habet, & proprio iudicio subsequitur.

Non datur ergo aliud præter illam lucem internam, seu judicium illud discretionis, quo singuli fidèles donati sunt. Hinc Paulus: Ut intelligentibus loquor, judecate vos quod dico. 1. Cor. 10: 15. Omnia explorare: quod bonum fuerit, retinetere. 1. Thess. 5: 21. & Johannes: Probate spiritus an ex Deo sint. 1. Joh. 4: 1. Ita ut in foro interno summa regula & lex sit verbum Dei, summus autem judex dictamen intellectus & conscientiæ, fidei luce illustratum.

quam discretionis in singulis fidelibus. XXXIV. Male ergo Pontifici Doctoribus solis judicium hoc discretionivum afferunt. Cum præcipue Doctorum gratia, tum intra, tum extra Ecclesiam, à quorum seductione cavere sibi debent, lumen hoc discretionis fidelibus tribuatur.

XXXV. Nec obstat, quod error illi iudicio subesse possit; hoc enim iudicij humani infirmitati imputandum est: neque tamen idcirco iudicandi potestate excidit fidelis; quamvis enim nullus fidelis judex sit *αρεψιγμος*, judex tamen semper in propriâ conscientiâ manet.

XXXVI. Neque etiam inde confusio vel discordiæ nascentur, si unicus iudicium de religione relinquitur: verum enim id forst, si cuique fidelis tribueretur iudicium publicum, quo alios judicare, ipsisque regulas præscribere posset; sed hic de iudicio privato agimus, quo quisque in privatum suum usum & in propriam salutem res fidei discernere debet.

Obj. 2. Pet. 1: 20. XXXVII. Neque etiam objici nobis potest locus Apostoli, 2. Pet. 1: 20. *prophetiam Scriptura non esse idias επιλύσεως*, adeoque non privatae singulorum fidelium interpretationis. Præterquam enim quod επιλύσις hic significet prophetarum loquelam, qua ora resolvunt ad enunciandum ea quæ à Deo acceperant; ut hic origo oraculorum prophetic., non verò interpretatio Scripturæ ab Apostolo exponatur: quemadmodum & loco επιλύσεως, επιλύσεως, h.e.i. *impetus* & *instinctus* in quibusdam codicibus legitur; ut sensus Apostoli sit, prophetias non ex proprio impulsu vel ingenio dictatas esse: servata tamen ordinariâ lectione, *ιδια επιλύσις* non est Petro privatum studium vel labor interpretandi Scripturam; sed est talis interpretatio, quæ sit ex proprio cerebro, non animadversâ scripturarum analogiâ. Atque adeo privata expositio & επιλύσις non est opponenda expositioni certorum hominum & doctorum, quasi illis solis ea competeteret, ut Pontifici





ficii volunt: nam expositio ea certorum hominum in cathedra sedentium & proprio motu sese loqui pronunciantium, vel maximè est hæc *ἰδία ἐπιλογής χρεαφῶν*, quam Apostolus hic proscriptit, cum fiat à spiritu privato, qui non loquitur omnibus, nec in universum Ecclesiæ corpus effusus est.

XXXVIII. Cum verò rerum sacrarum judicium fidei lumine preci-
pue constare dixerimus, opera pretium erit, quis *rationis* circa Scripturam ^{quomodo}
sacra, mscu mysteria religionis sit *usus*, breviter simul attexere. Nimurum
sicut in iis quæ ex *naturalibus scientiis* cognoscuntur ratio se habet non
folum ut instrumentum cognoscens, verum etiam ut principium &
argumentum cognitionis: ita in iis quæ supra rationem sunt & ex *revelatio-*
ne solum cognoscuntur, ratio instrumenti locum tantum implet, cum
cognitio illa omni ex parte fidei sit. Si verò res ita revelatione cognoscitur,
ut postquam revelata est, ratione naturali quoque demonstrari possit,
tum mixta naturæ est, quia fide & ratione simul cognoscitur.

XXXIX. Porro quatenus *res fidei* testimonio Dei nituntur, quod fide
recipitur, hactenus ratio instrumenti vices solum sustinet: quatenus au-
tem examinamus rationes propter quas Deus fide dignus est, nosque eam
illi deferimus, hactenus ratio iterum principii & argumenti vices tenet.

X L. Ita etiam revelatio divina, quatenus nobis per *sermonem* Scri-
pturæ & signa illa externa innotescit, vocum in Scripturâ adhibitarum si-
gnificata, nec non cognitionem rerum illarum quæ vocibus istis significan-
tur, hoc est, naturales nostras ideas & notiones quas de rebus habemus, præ-
supponit: harum ergo vocum & rerum significatio non est petenda ex
Scripturâ, sed ex ratione, eaque principii locum in iis habet: adeo ut de re-
bus iis propriè judicer ratio; de vocibus & oratione usus: ut autem utroque
rectè utamur facit Spiritus. Ubi verò voces illæ Scripturæ peculiares sunt,
tum illarum interpretatio ex Scriptura quoque petenda est. Quod & fieret,
si Deus novas nobis revelaret ideas: circa istas enim ratio solum concurre-
ret ut facultas & instrumentum ad ideas istas intelligendas & percipiendas.

X L I. Quamvis autem in ordinaria revelatione ideæ nobis jam notæ
præsupponantur, illarumque cognitio ad rationem pertineat; tamen con-
junctio earum à sola revelatione est, quia in ratio solum per modum in-
strumenti ex verbo Dei percipit: ita ut judicium de idearum illarum su-
pernaturali conjunctione non pendeat ex natura, sed ex revelatione, adeo-
que non rationis, sed fidei sit. Ita ex. gr. quid Deus, quid homo sit, ex
naturalibus idcirco notum est. Illas autem naturas in *Τευθρότητι* conjungen-

das esse ratio ex Scriptura solum percipit; adeoque judicium illius conjunctionis non rationis, sed fidei est.

Varius illius circa eas usus: instrumentalis, **X L I I .** In universum ergo usus rationis circa res fidei est vel *instrumentalis*, vel *principalis*. *Instrumentalis* quadruplex est. Primus est, quod percipiat res fidei per verbum Dei & sermonem ejus nobis revelatas.

X L I I I . Secundus est, quod ratio mysteria theologica *illustret*, eò comportatis omnibus quæ à ratione præstari possunt.

X L I V . Tertius est, quod conferat ratio Scripturæ loca, & religionis capita inter se, doctrinasque falsas cum verâ: in quâ collatione emicat maxime discretionis judicium. *Omnia explorare, & quod bonum fuerit, retinete.* 1. Thess. 5: 21. *Probate spiritus an ex Deo sint.* 1. Joh. 4: 1.

X L V . Quartus est, quod ratio *consequentias* rerumque consecutiones ex Scripturâ inferat, cum ad veritatem aſtruendam, tum ad falsitatem deſtruendam. *Ego sum Deus Abrahami, &c. non est Deus mortuorum, sed viventium.* Matth. 22: 31, 32. *Si non est resurrectio mortuorum, Christus quoque non est excitatus.* 1. Cor. 15: 12, 13. *Quis est mendax, nisi qui negat Jesum esse Christum?* 1. Joh. 2: 22. Quarum consequentiārum usum tollere velle circa sacra, est hominem exuere.

X L VI . Cum autem ratio *instrumentaliter* duntaxat concurrat ad consequentias istas eliciendas & cognoscendas, patet consequentiārum illarum certitudinem non in humanam rationem, sed in divinam revelationem refundi; ita ut consequentia illa, seu legitima medii cum extremis dispositio sit fidei duntaxat motivum & instrumentum, non vero credendi principium: non enim propter rationem, sed per rationem credimus.

X L V I I . Ita etiam rationis est judicare de vi iſtarum consequentiārum: quamvis non sit ejus judicare de ipſis fidei dogmatis. Quo facit discriminem ab Augustino indicatum, inter *veritatem connexionum & veritatem ipsarum sententiārum*; quarum illa rationis, hæc verò fidei judicio subest.

principia-
X L V I I I . Præter hosce usus ministeriales ratio insuper usum *principalem* habet, in quo se, habet per modum principii, quando nempe circa sacra *arguit*: tum enim non per modum organi, quo, sed per modum medii & argumenti, ex quo Theologus arguit, concurrit; quando nimirum ratio ex proprio theſauro argumenta pro fide promitt; ſive agat pro principiis, ostendendo eorum credibilitatem, iis qui illam non agnoscunt, & refutando argutias in contrarium à perversâ ratione prolatas; ſive agat ex principiis, producendo argumenta ex naturâ, ad conclusiones *theo-*



theologicas sive probandas, sive confirmandas. Ita ut eadem conclusio quatenus ex Scripturâ probatur, fide, quatenus autem ex ratione demonstratur, scientiâ apprehendatur. In hisce autem ratio non est theologiae ancilla, ut vulgo loquuntur, non magis quam theologia philosophiae ancilla est. Sunt enim duæ scientiæ sibi invicem non subordinatae, sed coordinatae, cum diversa habeant; principia sed sc̄ invicem pariter consulunt, seu consilium præbent, & lumen sibi invicem affundunt.

X L I X. Non ergo ratio seu Philosophia Scripturæ est interpres, sed *Non ergo fides, seu ratio efficaci Sp. S. operatione illuminata, hoc est, præjudiciis suis aliisque vitiis liberata, ut lumen quod in Scriptura radiat videre, atque ita secundum Scripturam judicare possit.* Maximè enim justum & rationale est, ut revelatione divinâ perceptâ ratio se ipsam abneget revelationique cedat, & ita fiduci vincendam se tradat. Si vero revelatio obscura ac incerta sit, neque ex ea res decidi queat, tum ultrò patet ex ratione judicandum esse: quæ tum judicis vices sustinebit, sed *particularis*, in isto casu duntaxat, non vero *universalis* & in omni casu, ut quorundam est sententia.

L. Et ita legitimo rationis circa sacra usu asserto, patet rejiciendos esse ad extrema utrimque vergentes adversarios, cum qui rationi nimis derogant, tum qui nimium illi in sacris tribuunt. Prius committunt hodierni Pontificii, Anabaptistæ & nonnulli Lutherani. De Pontificiis jam vidimus. Anabaptistæ nolunt ratione utendum ad fidei mysteria cognoscenda; nescientes distinguere inter rationem ut instrumentum, & ut argumentum seu principium. Lutherani quidam volunt Theologiam, propter inusitatas quasdam circa Deum & sacramenta propositiones, regulas logicas transcendere. Verum et si propriè tales propositiones ad Logicam referri nequeunt, analogicè tamen ad eam reduci possunt: nihil enim ratio nostra concipit nisi sub notione aliquâ, quarum usus est in Logicâ.

L I. Hi autem omnes rationi adeo infesti sunt, quia errores suos ab eâ convelli vident. Nos vero rationem verbo Dei non opponimus, sed cum eo componimus: lumen enim lumini non est contrarium, nec verum vero, adeoque nec lumen revelationis lumen rationis extinguuit. Veritas enim omnis ubicunque doceatur, Dei est. Ratio ergò Theologiae quidem cedit, & hujus quam illius ampliores sunt limites; non tamen illi adversatur: & quamvis laboret ratio multis defectibus, illi tamen non debent cum ratione confundi, nec philosophiæ ipsi imputandum est illud quod *Philosophia tribuit* Apostolus Col. 2: 8.

*Et qui in
excessu.*

L II. In excessu Sociniani eorumque affecti rationi nimium deferunt, cum ab illâ ut judge & normâ mysteria fidei pendere velint. Prætexunt equidem, quod non opponant rationem Scripturæ, uti hoc iis imponitur, sed hoc solum se afferere dicunt, quod ubi controversia est de Scripturæ sensu, nec ille satis patet, tum rationis esse de eo judicare, & operam dare ne contra ipsam quicquam statuatur. Hoc autem quamvis licitum esse fateamur circa dubia & obscura Scripturæ dicta, tamen Sociniani duplici nomine h̄c impingunt. 1. quod locis Scripturæ claris & perspicuis argumenta à ratione & absurdo ex eâ, licet è longinquō petito, opponant, adeoque Scripturam manifestam ad rationem detorqueant. 2. quod loco rationis rectæ corruptam & pessimis ratiocinationibus instructam supponant, eaque utantur.

L III. Ratio autem religionis norma esse non potest. Si enim consideretur quâ corrupta, non solum est infra fidem, sed & contra eam, cum cœca & fidei inimica sit. *Nam sensus carnis inimicitia in Deum est, legi enim Dei non subjicitur. Nam ne potest quidem.* Rom. 8: 7. *Animalis homo non est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei : sunt enim ei stultitia.* 1. Cor. 2: 14. *Caro quippe & sanguis nobis ea non potest retegere.* Matth. 16: 17, 24. & *Christus crucifixus Iudeis quidem offenditum, Græcis vero stultitia.* Et vocati non sunt multi sapientes secundum carnem. 1. Cor. 1: 23. & 26. & *occultare solet Deus mysteria sua sapientibus & intelligentibus.* Matth. 11: 26.

L IV. Nec juvat rationi sanæ officium hoc tribuere. Talis enim in homine corrupto non datur: nec in homine integro ipsa potuisset esse norma mysteriorum supernaturalium: neque ubi nunc per Sp. S. emendatur, judicandum est juxta ipsam, sed juxta principium primum, quod ratio illuminata jam admittit, nempe Scripturam.

*Interpre-
rationis
Scriptura
NORMA.*

L V. Hactenus de Scripturarum interprete. *Norma autem unica & primaria istius interpretationis, ut jam diximus, est Scriptura. Ad legem, & testimonium &c.* Esaï. 8: 20. *Habent Mosem & Prophetas.* Luc. 16: 29. *Quod olim Optatus Milevitanus scite demonstravit per testamentum Patris, post illius mortem ab haeredibus consulendum, ad litium omnium circa haereditatem decisionem.* Lib. 5. adverf. Parmenian.

*Cui inter-
cedunt
Pontificii.*

L VI. Male ergo Pontificii Scripturam controversiarum regulam esse negant, sed eam utile tantum ad fidem fovendam commonitorium, & ad summum regulam partialem, eamque mutam & ambiguam in multis, statuunt.



LVII. Verum certam eam ac minimè ambiguam fidei regulam ac normam esse patet; tūm de V. Test. & scriptis Mosis, qui *in universā domo Dei*, usque ad ultima ejus tempora, *fidelis servus fuisse* perhibetur, Num. 12: 7. Hebr. 3: 5. ita ut extra ejus verba nihil unquam in Ecclesiā audiri debuerit; sicut & Paulus *ne quicquam dixit extra ea, que Moses & Prophetæ futura prædixerant.* Act. 26: 22. *Et sit mihi* (inquit Deus) *hoc ipsum. Canticum loco testis contra filios Israëlis.* Deut. 31: 19. Recordanī legis Mosis, servi mei &c. Mal. 4: 4. tūm etiam præcipuē de N. T. ubi Lex Dei *in medio ponenda* promittitur, Jer. 31: 33. ita ut verba fundamenti ac Fœderis Dei, & veluti clavis omnis cognitionis, Luc. 11: 52. & analogia fidei, quæ mensura est propheticæ, Rom. 12: 6. publice jam extēnt: adeo ut fideles jam *omnia norint*, 1. Joh. 2: 20, 21. omnesque Ecclesiæ filii, *Dei ipius discipuli* dicantur, Esai. 54: 13. remotis quibusvis doctoribus, peculiare verbum habentibus. *Vos autem ne vocamini Rabbi, unus est enim Doctor vester, nempe Christus.* Math. 23: 8, 10. *Perstate & tenete traditam doctrinam quam edoceti estis, sive per me, sive per epistolam meam.* 2. Thess. 2: 15.

LVIII. Fraudulenter etiam iidem Pontificii, ut & Sociniani, hic distinguiunt inter normam & judicem supremum; Scripturam quidem conce-
dentes esse normam, sed ita ut pro summo judice vel Ecclesiam, vel ratio-
nem humanam habere videantur: cum tamen norma hac Scripturæ sup-
posita, judex hic non aliud sit quam Deus ipse in Scripturā loquens, & per
illam fidelium intellectum illuminans. *Vivus est enim sermo Dei & effi-
cax, --- & dijudicans cogitationes & conceptiones cordis.* Hebr. 4: 12.

LIX. Viæ veræ interpretationis hæ sunt. 1. abnegatio propriæ sapientiae. *Fiduciam habe in Jēhova ex toto animo tuo: intelligentie vero tua ne innitor.* Prov. 3: 5. Nulla prophetia Scripturæ est propriæ explicationis. Non enim libitu hominis allata est olim prophetia &c. 2. Pet. 1: 20, 21. 2. Preces ad Deum. *Quisquis enim petit, accipit, & qui querit, invenit, & pulsanti aperitur.* Matth. 7: 7, 8. 3. Sincera pietas & humilitas. *Arcanum Jēhovæ revelatur timentibus ipsum, & fœdus ejus est, ut illud notum faciat eis.* Psal. 25: 14. 4. Scripturæ lectio & scrutatio, & aliarum ejus partium collatio. *Scrutamini Scripturas.* Joh. 5: 39. *Levitæ legeb. int legem Dei explanatè, & exponendo sensum, dabant intelligentiam per Scripturam ipsam.* Nch. 8: 9. *Quotidie examinantes scripturas, an hac ut se habarent.* Act. 17: 11. Quo pertinet fontium inspectio, scopi confidratio, circumstantiarum observatio, attentio ad usum & significationem verbo-

rum & phrasium (Deus enim humano more nobiscum locutus est in Scripturâ) antecedentia & consequentia, historiam temporis, loca parallela; denique revocatio omnium ad analogiam fidei. Rom. 12: 6.

*quas inter-
vertunt
Pontificii.* L X . Absurde autem Pontificii pro interpretationis regulis & viis imprimis adferunt praxin & traditionem Ecclesiæ, consensum Patrum, & Conciliorum decreta: quæ libertati fidelium repugnant: contra illud Pauli: *Non quod dominemur vestra fidei, sed quod administri simus gaudii vestri.* 2. Cor. 1. 24.

¶ Anabaptista. L XI . Et ab alterâ parte damnandi quoque sunt Anabaptistæ, protervè rejicientes in explicandâ Scripturâ omne litterarum ac sæcularis eruditio nis præsidium.

*Interpre-
tationis
Scripturae
LATI-
TUDO.
Cujus re-
gula, ver-
ba Scri-
ptura hoc
omne si-
gnificare
quod signi-
ficare pos-
sunt.* L XII . Quæcunque autem interpretatio genuinis hisce viis deprehenditur, & verborum pondus, phraseos usitatam rationem, *ἀναλογίαν* rerum & analogiam Scripturæ observat, de ea dubitari non potest, quin recta & germana expositio & ipsa Sp. S. *ἀποκάλυψε* sit. Est enim hæc certissima & maximi usus in explicandâ Scripturâ regula, verba Scripturæ (intelligimus autem verba textus originalis *Ἑρμηνεία*, atque ea non separatim sumta, sed prout in contextu integro occurunt) hoc omne significare, quod significare possunt.

L XIII . Verba enim Sp. S. semper in omni latitudine ac potentia suâ sumenda esse patet; tum ex operum Dei magnitudine ac maiestate, quæ nimis sublimia cogitari nunquam possunt: ita ut verendum non sit, ne nimis magnificè de Deo sentiamus, si plenam verborum *δύναμιν* sequamur; tum ex Dei ipsius natura & proprietatibus, qui cum sapientissimus sit, in tradenda Scripturâ verbis usus est procul dubio aptissimus & convenientissimus; neque enim putandum est Deum inanes logos fundere (quod ne prudentes quidem inter homines faciunt) & pompâ ac magnificientia sermonis Ecclesiæ suæ illudere voluisse, ita ut verba ejus in exiliori semper sensu intelligi debeant, quam sonus & vis earum requirit. Sic enim verba non forent Deo digna. Atque adeo statuendum est, quicquid in potestate verborum Scripturæ est, id eam actu significare, nec extenuando unquam esse sensus Sp. S. cum & Apostolus 1. Cor. 14: 11. τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς appellat ejus significationem, per quam nobis sit vocis *δηλωτις*.

L XIV . Atque hujus regulæ usus appartet in controversiis cum hæreticis, qui omnes plenam verborum Scripturæ significationem restringere & extenuare solent. Ita Judæi enervarunt vaticinia de Messiâ ejusque regno, illa in tenuiori sensu aliis quibusdam applicantes. Sic & Sociniani





plenitudinem sensuum Scripturæ de mysterio Trinitatis & Deitatis Christi extenuant, & Remonstrantes idem faciunt circa operationem gratiæ & Sp. S. in nobis; & similiter alii. Ita ut perniciosissimum sit hoc dictum, verba quidem Scripturæ hoc vel illud significare posse, non tamen sequi, ideo & actu hoc significare.

L X V. Præterea censendum est, verbis Scripturæ significari & comprehendendi quicquid bonâ consequentiâ ex illis sequitur. Cum enim Dei sermo sit sapientissimus, convenienter semper loqui existimandus est, atque etiam illa dicere voluisse, quæ naturali rerum ac veritatum nexu ex dictis ejus consequuntur, quæque homines prudenter & sapienter ex dictis ejus intelligere possunt. Hoc enim negare foret abnegare vim omnem & sapientiam Scripturæ. 2. Tim. 3: 5. illamque tanquam cataractam sine spiritu & vita abjecere. Apoc. 11: 8. & contra imaginis Bestiæ spiritum dare. Apoc. 13: 15.

L X VI. Hinc Scripturarum meditatio: *Qui de lege ejus meditabitur interdiu ac noctu.* Psal. 1: 2. scrutatio: *Scrutamini Scripturas.* Joh. 5: 39. collatio: *Spiritualia cum iis quæ spiritualia sunt conjungentes.* 1. Cor. 2: 13. atque omnium quæ ex eâ dicuntur exploratio: *Omnia explorate, & quod bonum fuerit, retinete.* 1. Thess. 5: 21. nobis injunguntur; & docemur *αερισθενες γετ' αναλογια της πίστεως,* Rom. 12: 6. quod sine ratione & consequentiarum usu fieri non potest. Sed & generali regula eum confirmat Apostolus, 1. Joh. 2: 21. ubi fidelibus attentionem & considerationem commendans, *nullum mendacum ex veritate esse addit.* Ita etiam exemplo suo Christus ac Apostoli præiverunt. Christus enim resurrectionem mortuorum probat ex illo dicto Dei: *Ego sum Deus Abraham &c.* Matth. 22: 31. & Apostolus Petrus resurrectionem Christi ex verbis Davidis Psal. 16: 10. infert: *Præciosus locutus est David de resurrectione Christi, non derelictam esse apud inferos animam ejus, neque carnem ejus sensisse corruptionem.* Act. 2: 31.

L XVII. Errant ergo Anabaptistæ, qui, ut litterarum plerumque rudes sunt, quod per consequentiam ex verbis Dei elicitor verbum Dei non esse contendunt.

LXVIII. Et male etiam Sociniani consequentias rejiciunt in dogmatibus necessariis, quamvis in docendo & refutando eas admittant.

LXIX. Ita & Pontificii errant; docentes quædam quæ per consequentiam è Scripturâ educuntur verbum Dci propriè non esse.

L XX. Pejus autem est quod Veronistæ in Gallia urgent, nimurum *Veronistæ.*

*& novi
methodi-
æ.*

ut omnia quæ in religione afferimus totidem verbis in Scripturâ reperiri ostendamus. Nec melius procedit *usq; ad eam* Walenburgiana, quæ hoc sagitat, ne ea quæ ex Scripturis per necessariam consequentiam conficiuntur, videantur revelata esse ad fidem.

LXXI. Frustra autem occlamare solent, fidem non esse discursum: nam similiter fides non est auditus, nec lectio &c. & tamen fides est ex auditu, lectione, & ita etiam ex *λογισμῷ*, seu discursu. Atque adeo consequentiæ ex principiis fidei deductæ etiam fidei sunt, licet rationis sit eas consequentiæ animadvertere & deducere.

*qui fructu-
ra defectus
consequen-
tiarum
presen-
tiantur.*


LXXII. Præcipue autem prætendunt defectus, quos in consequentiis nostris sese reperire autumant: ac primò objiciunt, non alia quam privatâ auctoritate à nobis consequentiæ istas neci, contra dictum, *Non voluntate hominis allata est aliquando propheta, sed à Spiritu Sancto acti, locuti sunt Sancti illi Dei homines.* 2. Pet. 1: 21. Resp. verbo Dei in medio omnium posito, peculiari auctoritate ac potestate ad id legendum & interpretandum opus non esse, sufficere enim mandatum ac promissionem Dei ad omnes, præsertim in N. T. De loco autem Petri jam ante responsum est, interpretationem nimirum privatam, quæ hic proscribitur, non esse interpretationem hominis privati, sed eam, quæ ex proprio ingenio extra Scripturas fingitur, sive ea sit hominis privati, sive in publico munere constituti.

LXXIII. Pergunt: nullam ex nostris consequentiis in Scripturis inveniri, licet ibi legantur variæ Scripturæ per Scripturam explicationes, ut Gen. 15: 6. 22: 10. conf. Jac. 2: 21-24. neque etiam Scripturam judicare de consequentiarum nostrarum bonitate. Resp. Non opus esse Scripturæ interpretationes omnes formaliter in ipsa Scripturâ occurtere; sic enim actum esset de omni Scripturæ interpretatione, cum sufficiat rem ipsam ex Scripturâ elici, & verborum ac sensuum potestate & consequentiâ comprehendi. Deinde etiam, non Scripturæ, sed rationis propriè est de veritatum connexione judicare; & quorumvis hominum, ipsorumque adeo adversariorum, contra quos agimus, conscientiæ hoc officium est.

LXXIV. Porro objiciunt: rationem posse errare in deducendis consequentiis; ergo eas conclusiones non posse esse fidei. Resp. 1. Conscientia, quam ratio nostra format, non facit aliquid esse fidei, sed ostendit illud tantum; de fide autem aliquid est, quia nititur divina revelatione, quod per consequentiam solum ostenditur. 2. & quamvis in eo erra-







errare ratio possit , non tamen hoc consequentiæ veritatem magis tollit, quam omnis sensuum & rationis certitudo neganda est , quia errare etiam in iis possumus : nam ubi iis benè utimur , errare in illis non possumus , propter veritatem Dei : atque idem quoque locum habet in consequentiis deducendis , ad quas formandas non opus est ut nos infallibilis simus, verum sufficit quod illæ secundum infallibilis regulas à nobis institutas sunt ; quod an factum sit examinare ejus est, qui illas in dubium trahit.

LXXV. Objiciunt etiam : cum altera præmissarum in consequentiis sit solius rationis , ex eo capite conclusionem errori debere esse obnoxiam. Resp. Falsum, præmissam rationi innixam errori esse obnoxiam , cum quod ratio dictat ejusdem veritatis ac certitudinis sit , ac alia aliter à Deo revelata. Et Scriptura ipsa tales consequentias probat , ubi vel major propositio , ut *Ego sum Deus Abraham &c. Deus non est Deus mortuorum, sed viventium.* Matth. 22: 32. Marc. 12: 26, 27. vel minor solius rationis est : ut quando *Apollos* , potens in Scripturis, diligenter docebat ea quæ sunt Domini ; adeoque ex V. T. probabat Jesum esse Christum. Act. 18: 24, 25. & Johannes Bapt. revelatum sibi dicebat : *Super quem videris Spiritum descendenter ac manentem , hic est qui baptizat Sp. Sancto. Ego igitur vidi & testor hunc esse Filium illum Dei.* & Christus : *Ite & renunciate Johanni quæ auditis & videtis.* Joh. 1: 33. Eademi autem utробique mentis operatio est, undecunque præmissæ deducantur ; cum ejus solummodo sit propositiones disponere, & veritatum nexum ostendere.

L X X VI. Quamvis autem Scriptura sola sufficiens fidei norma & principium sit, hoc tamen ita intelligendum est, ut ea præsupponat multas veritates , quas ipsa non docet vel explorat ; quibus tamen egemus, tanquam instrumentis & mediis ad Scripturam & veritates in ea contentas intelligendas.

LXXVII. Cum enim Deus nobis loquatur ut creaturis rationalibus, præsupponit in nobis *sensus nostrorum* , quibus verbum Dei apprehendimus, præcipue visum & auditum : deinde etiam *intellectum & judicium*, & in iis notiones communes sive ideas simplices ; cum sine illis Scripturæ sensus percipi non possit. Porro, ne Scriptura nobis sit barbara, requirit cognitionem significacionis terminorum, seu τῆς διναιεως τῆς φωνῆς , 1. Cor. 14: 11. Præterea præsupponit rationem & viam *sensum illum* investigandi & eruendi, qualis obtinet in omni veritatis investigatione , per disciplinas humanas; atque hic non minimum obtinent locum consequentiae. Requiritur etiam ulterius *multarum aliarum rerum cognitio*, quæ quo

quis instructior ad S. Scripturam accedit, eo altius in ejus sensum ac sapientiam penetrabit: imo nulla est *ars* vel *disciplina*, quæ hic suum usum non præstet. Denique ut Scriptura fidem in nobis gignat, non solum nuda veritatis per hasce vias perceptio, verum etiam ejus *amor & obedientia* adesse debet.

*Contra
novos me-
thodistas.*

*Rectius
scripturam
interpre-
tandi
MODUS,
ter ipsos
Scriptura
terminos.*

LXXXVIII. Perverse ergo Methodistæ sola & nuda Scripturæ verba adferri petunt, omnem argumentationem aliasque eruendæ veritatis vias excludentes: cum Scripturæ perfectio solum excludat alia omnia principia ejusdem generis, ex. gr. verbum non scriptum, traditiones & praxin Ecclesiæ, decreta Pontificum & Conciliorum, non vero illas, quas jam diximus, veritatis inveniendæ vias & instrumenta.

LXXIX. Hoc tamen observandum est in adhibendis hisce viis, ut in Scripturâ interpretandâ rectum observemus modum, & quantum fieri potest, ipsis Scripturæ terminis utamur: nulla enim vocabula sensum Sp. S. commodius exprimunt, quam ea quæ ipse in eam rem elegit, & suo ore consecravit. Qua in re Apostoli nobis præiverunt, qui, licet ipsi ~~gētōrēvēsōi~~, easdem tamen plerunque phrasæ, quibus Moses & Prophetæ usi fuerunt, adhibuerunt. Hinc Paulus: *Loquimur sermones, quos docet Spiritus Sanctus.* 1. Cor. 2:13. Item: *Ne quis falso ratiocinando vos fallat* ~~εν πιθανολογίᾳ~~. Col. 2: 4. *Si quis diversam docet doctrinam, neque accedit sanis sermonibus Domini nostri J. Christi.* 1. Tim. 6: 3. *Si quis loquitur, loquatur ut eloquia Dei.* 1. Pet. 4: 11. Atque hoc vel maximè ad concordiam & consensum opinionum facit, si ii, qui idem sentiunt, idem quoque loquantur.

XXC. Præcipue autem talibus verbis & modis loquendi utendum est in Theologia didacticâ. *Affuetus sermonibus fidei & bona doctrina.* 1. Tim. 4: 6. Atque ubi necessitatis causâ, propter adversarios, alii non nunquam termini adhibendi sunt, cavendum est, ne isti sint tales, qui revelationi divinæ aliquid addant, vel demant, vel sensum ejus pervertant. *In vanum fecit stylus falsitatis, Scriba pudore affecti sunt, sapientes consernati sunt & capti.* Jer. 8: 8.

XXCI. Quem in finem maximè cavendum. 1. ne definitiones & distinctiones rerum naturalium applicentur rebus divinis, in quibus locum non habent. 2. ne phrasæ & voces sint ambiguæ & dubiæ. 3. ne sint difficiliores & obscuriores quam res ipsæ, aut termini quibus Scriptura in iisdem rebus utitur. *Aversare profanas vocum inanitates.* 1. Tim. 6: 20. 4. ne phrasibus Scripturæ unquam præferantur. 5. ne unquam pro-



norma aliis obtrudantur , quamvis vel optimæ essent. Atque hæc quidem omnia contra Theologiam Scholasticam meritò obscrvanda veniunt.

C A P U T X I I I .

De sacra Scriptura Versione.

I.  Uppositâ Scripturæ *perspicuitate* , eamque consequente *Scriptura Interpretatione* , necessario sequitur ejus è lingua authentica in linguis vernaculaſ Tranſlatio.

II. Scripturæ lingua authentica, quoad V. T. Hebræa Lingua s. est, paucis exceptis apud Danielem, Jeremiam & Ezram, quæ Chaldaea Scripture sunt. Novi T. lingua authentica Graeca est : quo spectare videtur nationum diſtinctio in *Judeos & Grecos*. Rom. 1: 16. & 2: 10.

III. Ideo Novum T. Græcè conscriptum est. Cum enim Judeorum natio repudianda, & extra Ecclesiæ pomceria ableganda foret, incongruum videbatur novum gentium populum prisco illo sermone affari ; sed electa est ea lingua, quæ, cum longe lateque in mundo floreret, & jam ad Judeos ipſos pervafifset , nascenti Euangeliō commeatum & quasi curſum præberet.

IV. In hisce ergo linguis Scriptura ſolum authentica eſt, tum quaſi *ē inde res enunciatas*, tum quoad *modum enunciandi* : versiones autem fideles ejus authenticæ ſunt priori modo, non vero ſecundo. Vel potius triplex verbi Dei, prout extrinſecus proponit, diſcribenſi observari potest. 1. ut aliquid ſit verbum Dei ſecundum *rem*, ſeu ſententiam. 2. ſecundum *rem & voces*. 3. ſecundum *rem, voces & idiomā*. Primo modo verbum Dei eſt, quicquid ex eo recte docetur : ſecundo modo id ſunt fideles Scripturæ versiones : tertio modo ſoli codices Hebræi & Græci V. & N. T. qui verbum Dei ſunt in ſummo gradu.

V. Ut autem textus ille authenticus ſui uſum omnibus præbere poſſit, Scripturæ in alias linguis versione opus eſt : nam & ipſe Deus familiariter populo ſuo locutus eſt : cumque ea in communī uſu jam eſſe deſierit, & tamen Deus ad gentes etiam verbum ſuum iniferit, idque omnibus obviuim ac expositum eſſe velit ; in vulgares linguis illud converti omnino neceſſe eſt. *Sermo Christi inhabitet in vobis copioſe cum omni sapientiā*. Col. 3: 16. *Convertam ad populos labinum purum*, ut nuncupent omnes nomen *Jehova*. Zeph. 3: 9.

VI. Et

*Qualis fi-
dei idota-
rum in
Scriptura
versionibus
certitudo
sit.*

VI. Quamvis autem hinc magna ex parte fideles Deum tantum per interpretem loquentem audiant, non tamen ab humanâ fide omnis ipsorum religio ac fides dependet. Nam 1. hoc est tantum externum hominum ministerium, quod ipsi verbi Dei substantiae, cui proprie fides nostra innititur, divinam suam vim auferre non potest; illa enim in omnibus versionibus manet. 2. De fidei veritate singulis fidelibus constare potest, non certitudine solum humana, quae ex versionum omnium in veritatibus fundamentalibus consensu ac linguarum & doctrinæ adminiculis colligitur; verum etiam certitudine divinâ, ex ipsa veritatum ac dogmatum divinitate, & nativâ ista luce, quæ in ipsis etiam versionibus splendet.

*Versioni
Scriptura
male in-
tercedunt
Pontifici.*

VII. Gravissimè ergo divinæ huic voluntati intercedunt Pontificii, qui vulgares Scripturæ versiones vel in universum damnant, vel specie tenus tantum concedunt: contra Vet. Ecclesiæ exempla, quæ tanto cum veræ religionis fructu faciendis Scripturæ versionibus incubuit: quarum præcipuas suis locis perlustrabimus.



七
九

for Manai to Mr. Tel. Spangler Ponciano
18.14.10. Taffin.

L O C U S S E C U N D U S
D E D E O.

C A P U T X I V.

De Existentiâ Dei.

I.

Hactenus Theologiae principium, nempe Scriptura S. Theologie sequitur nunc, ut ea quae in Scriptura S. continetur, sive *sensus* ejus, hoc est, ipsam Theologiam, universamque ejus rationem, consideremus. Cum vero ea dependeat unice à cognitione *Dei*, quam enarrat Theologia, quæque Scripturæ argumentum & scopus est, *Hac enim est vita aeterna, ut te cognoscant verum Deum, & quem misisti, Jesum Christum*, Joh. 17:

3. de hac primo agendum, indeque ad Oeconomiam divinorum operum, speciatim circa salutem humanam, descendendum est.

II. Consideratur autem Deus Opt. Max. vel *in Cœlestis*, sive in naturâ *In Deo consuâ divinâ*, vel *in Cœlestis*, sive in personis, in quibus ea inesse atque existere intelligitur. In priori consideratione occurrit 1. quæstio an sit, sive *quod sit* Deus. 2. *quid sit*.

III. Cumque omnis notitia de Deo vel ex naturâ, vel ex Scriptura sive *revelatione* peti possit; cognitio Dei naturalis rursus in duplice discrimine est: dividitur enim ea in *innatam*, atque *acquisitam*; de quibus, quamvis alterius cæteroquin disciplinæ sint, Scriptura variis in locis agit, dum ex hominis penetralibus & mundi conditu atque ornatu ad Deum conditorem assurgere nos docet.

IV. Præsupponit enim acquisita semper *innatam* nostris mentibus Dei notitiam, neque sine eâ ex quocunque rerum creatarum contemplatu vel levissima numinis suspicio oboriri nobis potuisset; imo ne vel minimam quidem de eo cogitationem animo formare atque comprehendere possemus.

V. Dicitur ea de Deo cogitatio Philosophis *idea Dei*, vulgato & vero *utriusque illius vocabuli usu*, cum *idea* à Græco *eidē* deducta propriæ notet *fundamenta speciem mentis*

est IDEA Dei. sp̄c̄iem & imaginem, sive formam rei in intellectu. Cicero in Academ. quæst. vīsa dixit. Vulgo autem *notio* & *conceptus* appellatur. Cumque ea in mente proprie existat, nihilqne nisi pura cogitatio de re aliqua sit, spiritualis omnino est, & longe à phantasmate vel imaginatione differt.

*que in ko-
mīne da-
tur.* VI. Dari in nobis istiusmodi ideam non solum nos ipsi nobis consciūsumus, eamque frequenter in animo nostrō experimur; sed & ex qualicunque de Deo cogitatione, imo vel ipsa dubitatione atque negatione, ea necessario evincitur: in omni enim cogitatione aliquid concipiendum animo est, quod illius subjectum sit; atque adeo, nisi nomen Deus inanis & bruta vox sit, quæ præter literarum atque vocabuli sonum nihil intellexui repræsentet, & nisi statuere velimus nos cum de Deo cogitamus, de nihilo prorsus vēl de re aliqua incognita cogitare, agnoscendum omnino est, eam cogitationem ideam atque imaginem aliquam sui, hoc est, entis perfectissimi notionem in animo nostrō relinquere, cum per illam ens perfectissimum omnes intelligamus. Quæ Dei notio pertinet ad *τὸν γνῶσαν Θεόν*, quod *in hominibus manifestum esse* testatur Apostolus Rom. 1: 19.

*& existen-
tiam Dei
infert.* VII. Ex hac autem ideâ Dei colligitur ejus *existentia*; cum à priori, quia talem dicit essentiam quæ continet simul existentiam: tum à posteriori; partim quia idea illa causam requirit; partim quia nos ideam illam habentes non nisi à Deo esse possumus.

*cum à pri-
ori.* VIII. Primo igitur à priori hæc idea demonstrat Deum; quia quodcunque clare & distinctè percipitur in idea alicujus rei contineri, illud vere de eâ affirmari potest: atque existere necessariò in idea entis infinitè perfecti clare & distinctè percipitur contineri. Imo tam clare & necessario, ac in conceptu vallis conceptus montis, vel in conceptu corporis ejus extensio & divisibilitas includitur; & quemadmodum trianguli natura distinctè concipi non potest, quin ille intelligatur habere tres angulos, quique æquales sint duobus rectis; similiter in conceptu Dei ejus existentia comprehenditur. Non quod cogitatio mea hoc efficiat, & rem pro lūbitu fingat, sed quia natura Dei & res ipsa ad hoc cogitandum me determinet.

IX. Neque id sequitur ex hypothesi: nempe posito ente aliquo, quod omnes perfectiones infinite complectetur, tum illam etiam perfectiōnem ei concedendam, quod necessario existeret. Non enim mihi liberum est illam hypothesin ponere vel non ponere, sed quoties de Deo cogito, ejus essentiam non aliter quam necessario jamque actu existentem concipere



pere possum, quia existentia de naturâ & essentia ejus est, ut absque ea ne quidem intelligi possit. Neque vero ullo modo ea ut possibilis unquam concipi, & quasi ex hypothesi, ut res aliqua alia quam fingimus, pro arbitrio poni & rursus removeri potest; cum ea, si jam actu non sit, jam ne quidem unquam esse possit; & proinde ne quidem ut possibilis ad existendum concipi poterit: atque adeo ens hoc perfectissimum necessario cogitari debet cum cogitatione impossibilis existentiae, hoc est, cum notione summæ imperfectionis & nihili: quod implicat. Si ergo idea entis summè perfecti non est res facta, ut centauri, hippogryphis &c. sed res vera & positiva, quæque adeo in omnibus hominibus reperiatur, & ubique eadem est, quamque nos ipsi semper eodem modo cogitando nobis objicimus; certissimâ ratione inde concluditur, ens istud actu existere, cum aliter ne vel concipi quidem possit.

X. A posteriori similiter ex ea concluditur Dei existentia, quia hæc *tum à pos-*
idea causam aliquam requirit: non enim à nobis ipsis effecta est, cum im-*teriori.*
mutabilis sit, & in omnibus hominibus eadem reperiatur, neque ullam in eam potestatem habeamus, ut eam pro arbitrio fingere vel refingere, aut ullo modo immutare, vel etiam negare possumus: atque adeo aliunde eam impressam, & velut scintillam ab æternâ illa luce derivatam esse constat.
In ipso vita est, & vita lux hominum. Joh. 1: 4. *In lumine tuo videmus lumen.* Psal. 36: 10.

X I. Apparet hoc amplius, quia idea hæc, quoad esse suum repræsentativum, sive *vicarium*, tantum perfectionis seu realitatis objectivæ in sece continet, ut à nobis, qui finiti sumus, non magis eam mutuari possumus, quam elaboratissimum signum vel tabula ab imperitissima manu proficiisci, vel quicquam à nihilo prodire potest; nihil enim in nobis est, ad quod eam exprimere vel effingere possemus: & tamen necesse est perfectiones istas, quas in ea contemplamur, habere causam aliquam exemplarem & objectum actu existens, quod vel formaliter vel eminenter eas omnes in se contineat; nisi perfectissimam illam ideam vel ex toto vel ex parte nihil pro objecto habere dicamus: quod implicat.

X II. Neque etiam aliunde ea nobis immitti potuit: non per *sensus*; cum illi nihil nisi motus quosdam corporeos, nullam autem alicujus rei ideam, nobis imprimere possint, sed ideas innatas occasione istorum motuum tantum excitare apti sint; neque etiam illa quæ in sensus incurront ideam illam vel secundum se totam, cum infinita sit, vel secundum partes, cum iis careat, in se comprehendunt: ita ut à creaturis desumpta non sit:

neque per *revelationem externam*, vel institutionem aliorum; nam eadem redibit quæstio; unde nempe priores illi eam ideam hauserint: & cum omnis revelatio externa fiat vel per visum vel auditum, eadem ejus erit ratio quæ extenorū sensuum, neque ea quicquam in animo nostro producet, nisi prius rerum ipsarum idea nobis innatae & insitæ fuerint: neque etiam per *ratiocinationem*: nam & illa similiter non producit ideas ulla, verum præsupponit eas; tum autem circa illas porro occupatur, easque explicatores & clariores reddit.

XIII. Unde sequitur, nos eam immediatè à solo Deo habere, per revelationem internam, qua intellectum nostrum illustravit, eamque idem, tanquam notam & signum aliquod artificis, operi suo præstantissimo impressit.

XIV. Quæ omnia fortius stringunt, quod nos ipsos, qui ideam illam habemus, à nobis ipsis non esse deprehendimus: per ideam enim hanc multas perfectiones agnoscamus, quas nobis deesse intelligimus; quas tamen nobis ipsis dedissemus, si à nobis ipsis potuissimus existere: aut potius eo ipso quo à nobis essemus, eas simul haberemus.

*quo etiam
spectat
dictamen
conscienc-
tia.*

XV. Hic ergo nobilissimus est Deum cognoscendi modus, ex intimâ mentis nostræ naturâ haustus: qui hoc quoque peculiare habet, quod per eum non solum cognoscimus *quod* sit Deus, verum etiam, quantum ejus capaces sumus, *quid* sit. Atque hoc argumentum omnium primigenium est, cum omnis alia Deum cognoscendi ratio, atque ipsum illud *dictamen conscientiae*, & naturæ ipsius instinctus, qui tam potentem numinis metum nobis imprimit, hoc argumentum præsupponant, & idea hæc Dei dictaminis & instinctus illius causa sit: nam ex sensu illo simplici ac idea numinis, quam primo omnium in me deprehendo, resultat potens ille conscientiae practicæ de Deo assensus; quæ duo in illo conscientiae dictamine involvuntur. *Fus* quippe Dei gentilibus cognitum est. Rom. 1:32. utpote qui ostendunt opus legis in cordibus suis inscriptum, una testimoniorum reddente ipsorum conscientiâ. Ibid. 2: 14, 15.

Notitia Dei XV I. Sequitur notitia Dei acquista ex creaturis; de qua Job. 12: 7, 8;
acquista. 9. Interroga jumenta & docebunt te, & volatile cælorum, & tibi indicabit, vel loquere terræ, & docebit te, & narrabunt tibi pisces maris. Psal. 8. & 19. Attollite in sublime oculos vestros, & videte quis creaverit ista, producens numero suo exercitum ipsorum. Esai. 40: 26. Qui non passus est se esse expertem testimonit, dans nobis pluvias & tempora fructifera. Act. 14. 17. Ut cum quererent, si forte palpando eum invenirent; quanquam







non longè abest ab unoquoque nostrum. Ibid. 17: 27. *Ipsius invisibilia jam inde a condito mundo ex iis quæ fecit mente animadversa pavidentur, eterna videlicet ejus tum potentia, tum divinitas.* Rom. 1: 20. Argumenta autem ea suppeditant partim *naturalia*, partim *moralia*.

XVII. Ad *naturalia* pertinet præcipuè mundi hujus omniumque *per argumenta naturae* ortus: quæ nec à se ipsis esse, neque infinito causarum nexu co- luisse potuerunt, cum intellectus noster interminabilem istum causarum ordinem non ferat; & res ipsa manifeste aversetur, cum eadem illæ res, postquam ortæ sunt, adhuc singulis momentis conservari atque veluti reproduciri debeant; quæ conservatio cum non nisi ab ente sufficientissimo & infinito peragi possit, præsens aliquod numen continuò ostendit. *Ipse omnibus vitam & halitum & omnia dat, & ex uno sanguine omne genus humanum condidit, definitis statim temporibus, & positis terminis habitationis eorum.* --- *In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus.* Act. 17: 25, 26, 27, 28. Unde exceptio omnis hominum profanorum, quasi propter solam intellectus nostri defatigationem infinitam rerum seriem comprehendere non queamus, plane excluditur.

XVIII. Imo verò ente isto summo atque perfectissimo sublato nihil unquam in rerum natura fuisset possibile: ipsa enim istud ens non nisi ~~eternum~~ & necessarium, non vero ut possibile concipi potest: quin & sine eo nihil à non esse ad esse transire potuisset; cum in nullius rei essentia, solo illo ente excepto, necessaria existentia involvatur: adeoque sine eo nihil unquam factum fuisset, aut fieri potuisset.

XIX. Illustratur hoc argumentum non parum considerato pulcherrimo rerum creatarum ordine ac ornatu, & partium omnium veluti in dulcissimâ harmoniâ concentu: quæ non nisi à sapientissimo artifice prodire potuerunt.

XX. Argumenta *moralia* desumuntur à naturali sensu numinis, turpis & honesti discrimine, omnium hominum atque ætatum consensu; imo *li* vel à feedissimâ gentium idolatria, quæ ipsa clarissimè testatur humanum genus Deo carere nec posse, nec velle; ab impulsibus heroicis, futurorum vaticiniis, miraculis, aliisque operibus magnificis, quibus se se Deus præsenti numine adcessit, atque rebus humanis intervenire saepè testatus est.

XXI. Præter hanc autem naturæ disciplinam, sanctiori quodam ritu se se Deus manifestavit in Ecclesiâ suâ, in qua saepius sollemni modo apparuit, & quantum humanis oculis fas est, se videndum præbuit, & palam locutus est, & cum hominibus fœdus fecit: ita ut & verbum, & populus,

ac regnum ejus adhuc in mundo sint , & semper fuerint.


XII. Quæ apparitio atque numinis sui manifestatio, cum Deo, qui humanum genus condidit, idque summoperè diligit, non indigna sit; imo cum vel maximè ipsum debeat, homini, quem ad imaginem suam creaverat, & ad se adducere statuerat, se veluti offerre atque ei occurrere, eumque de celo affari, & sanctissimis modis regere: tum vel imprimis homini, in tantâ naturalis cognitionis corruptione, & maligna ac dubia ista luce, per quam ad Deum appropinquare amplius non poterat, prorsus necessaria erat. *Lux ista in tenebris lucet.* Joh. 1: 5. *Ipsius enim invisibilia, æterna videlicet ejus tum potentia, tum divinitas ex creatione mundi perspiciuntur: ad hoc ut sint inexcusabiles, propterea quod cum Deum norint, tamen ut Deum non glorificaverunt, neque gratias ei egerunt: sed vani facti sunt in ratiocinationibus suis, & obtenebratum est inspiens cor eorum.* Rom. 1: 20, 21. *Fide animadvertemus verbo Dei compacta esse secula, ut quæ cernimus, non ex apparentibus facta sint.* Hebr. 11: 3.

*Adversa-
rii noti-
tie Dei
naturalis.*

XXIII. Notitiae huic oblectantur *Socinus, Ostorodus, Vorstius,* magnâque ex parte *Remonstrantes* quidam, omnem Dei notitiam naturalem, cum innatam, tum acquisitam, tollentes, & fide sola cognosci Deum, ex loco ad Hebr. 11: 6. *Fieri non potest, ut sine fide quisquam ei placeat: nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet esse Deum,* statuentes. Quæ opinio omnes homines verbo Dei & fide carentes facit atheos, & religionem omnem homini naturali adimit, & reliquias imaginis Dei in homine, atque adeo ipsius animæ immortalitatem, non obscure tollit. Aliter docetur Rom. 1: 18-21. *Id quod de Deo cognosci potest, manifestum est in ipsis. Deus enim iis manifestum fecit &c. Ut quererent dominum, si forte palpando inventirent eum: non longe enim abebat ab unoquoque nostrum.* Act. 17: 27.

*An dentur
ATHEI.* **XXIV.** Atque hac quidem ratione nemo hominum *atheus* & absque Deo est, qui tam potenter ubivis se inculcat & offert, ut ab omnibus videri & tantum non palpari possit. Neque hoc sensu gentiles ἀθεοι εἰ τοις οὐτοῖς dicuntur Eph. 2: 12. quasi omni Dei notitia caruissent, sed quatenus sine Deo fœderato erant, ut ex antecedentibus manifestum est. Neque etiam hic obstant exempla quorundam, qui malis affectibus & præjudiciis excœcati, erroris diuturnitate tandem omnem Dei sensum in se extinxerunt, atque eo usque impietatis pervenerunt, ut omni prorsus animi luce extincta revera persuasum haberent, & corde sentirent, non esse Deum. Quales etiam speculativè atheos existere posse non absurdum est





est, juxta dicta: *Quorum conscientia cauterio resecta est.* 1. Tim. 4: 2. *Qui posteaquam dedoluerunt, sese dediderunt protervia, ad certatim patrtrandam omnem impuritatem.* Eph. 4: 19. & de facto quoque extitisse satis videtur probabile: licet plerique eorum magis practicè, quam speculativè, & potius ore & opere, quam corde sint athei; de qualibus agitur Psal. 10: 4. *Improbis in altitudine nasi sui non curat: sine Deo sunt omnes cogitationes ipsius.* Item. *Dixit nebulo in corde suo, non est Deus.* Ibid. 14: 1, 2. & 53: 2. Conf. Psal. 36: 2. *Non est pavor Dei ex opposito oculorum ejus.* Imò dixerunt Deo: *recede a nobis, & scientiam viarum tuarum non volumus.* Job. 21: 14. Et sponte illud latet ipsis, cœlos jam extitisse per Dei sermonem &c. 2. Pet. 3: 5. Numerus tamen eorum perrarus omni ævo, & opinione vulgari minor fuit: quique tales fuerunt, plerumque perditissimi fuerunt, quibusque expediret non esse Deum; cum, quò quisque omni ætate fuit probior, eò diligentius notitiam Dei custodirevit. Verum inde non magis conficitur notitiam hanc de Deo nobis innatam non esse, quam reliquas veritates de officiis, de honesto & bono, quæ similiter à talibus opprimuntur, homini non esse à naturâ insitas, quas tamen omnes recto rationis usu adhibito ex sese elicere ac comprehendere potuissent: atque eo quoque modo notitia de Deo naturalis est, non quod actu semper omnibus præsens sit, sed quod potentiam omnes habent eam eliciendi, ac plerique quoque actu eam clificant.

XXV. Atheismum autem quod spectat, nulla opinio illo magis *Atheismi abominatio.* execranda atque magis pernicioса est: nihil enim aliud est quam rationis ejuratio & humanitatis abnegatio. Cum enim Dei conditoris cognitio unica humanæ nature præ reliquis creaturis sit perfectio atque humani generis veluti nobilitas & spes; cumque religio, qualisunque ea sit, honestatem saltem aliquam & ordinem in mundo servet; hæc omnia tollit atheismus, & ad omnia sclera viam aperit. Unde atheismus non est professio aliqua, sive secta, quæ ad certa munia sectatores suos devincit; sed, cum in mero derisu numinis atque religionis omnis consistat, nec ipse sectam facere, nec cum aliis coire potest, cum nulla hominum societas sine sensu aliquujus numinis consistere ullo modo possit.

XXXI. Causæ atheismi non in uno aliquo homine tanquam in capitulo *illius cause* secessare querendæ sunt, sed latent in ipsa naturæ humanæ indole; & conferunt huc, in intellectu ignorantia naturalis, falsa principia & præcipue corporeitatis de Deo conceptus; in voluntate profanitas & sclera omnia, præfertim contemptus verbi divini, atque animus male sibi conscius; religio

gio corrupta superstitionibus & idololatria , quæque tota in externis est, divisiones circa eam , scandala sacerdotum ; levis porro ingenii cultus & philosophiae quasi degustatio ; atque secula eruditiora cum pace conjuncta ; prava denique atheorum consortia contagio nocentia. *Beatus enim vir, qui non ambulat in via peccatorum. &c. Psal. i: 1. An sociabitur tibi thronus nequitie ; qui fingit ærumnam præter statutum ? Ibid. 94: 20.*

*An deo
dubitare
licet?*

XXVII. Atque ex hisce jam liquet , rectene de Deo dubitari possit, an sit ? & quænam dubitatio hic sit licita. Nunquam enim homini , qui intelligit se esse creaturam Dei , & propter conditorem suum esse factum, ambigere licet an ille sit , & in re ista sanctissima ac gravissima fluctuari, atque hinc inde animum volvere, cum tales cogitationes non nisi stultissimæ esse possint. Ille tamen qui audit de Deo , non oscitanter id accipere atque animo admittere debet , re ipsa non satis consideratâ, atque intellectu, forte ne inspectâ quidem, sicut in aliis rebus persæpe fieri solet : sed rem hanc longe sanctiorem habere , & cum magni adeo momenti sit, non nisi firmissimis & immotis rationibus eam animo admittere oportet ; ne forte eam , tanquam vulgarem aliquam auditionem, sine ullo judicio, accepisse, atque adeo illud quod nescimus adorasse ac coluisse deprehendamur. Adeoque temetipsum examinare & dubitare licet, an satis firmis & idoneis de causis veritati tam necessariae ac pretiosæ assensus sis : quæ non tam de Deo, quam de nobis ac scientia nostra dubitatio est.

C A P U T X V.

De Aseitate , Primitate & Unitate Dei.

*Deus à
se ipso
est.*


*& quidem
positive.*

I.  Um autem Deus ita necessario & per se existat , etiam à se est ; quod omnium corum quæ in Deo cognoscimus , maxime admirabile & incomprehensibile est.

II. Est verò à se ipso, non tantum negativè, verum etiam maximè positivè. Quamvis enim proprie sui causa esse non possit , illud tamen quod nullam causam habeat, neque ea indigeat, non à nihilo, sed à summa essentiæ ejus perfectione & omnisufficientia profluit. Cumque ratio existentiæ ejus maxime positiva sit, etiam à se ipso positive esse dicendus est.

III. Fluit





III. Fluit hinc ejus *Primitas*, seu, ut ita loqui liceat, *Principitas*. Cum *Est omni-*
enim à se ipso sit, omnibus causis externis caret, atque adeo primus est. *um TRI-*
Vide Esa. 43: 10. & 41: 4. & 44: 6. & 48: 12. Ego ipse sum primus, etiam MUS.
sum ultimus. Ut pote qui non dependet aliunde, & à quo omnia alia de-
 pendingent.

IV. Sequitur ex eadem Dei necessariâ existentiâ & aseitate ejus quo- *Et UNI-*
 que *Unitas*, seu *Unicitas*; per quam ita unus est, ut sit solus & *μοναδικός*. *CUS.*
 De quo vide Deut. 4: 35. & 6: 4. *Audi Israël, Jehova Deus noster Jeho-* *quod pro-*
va unus est. Unde veri Dei epithetum est *בָּרוּךְ בָּרוּךְ יְהוָה, solus*. Deut. 32: *batur : ex-*
 12. vid. & 32: 39. Jes. 37: 16. & 43: 10, 11, 12. *Ego, ego sum Jehova, &* *Scriptura,*
nullus est prater me Servator. Unde nullum novit *prater se*, Esa. 44: 8.
 & 45: 5. Hos. 13: 4. 1. Cor. 8: 4, 5, 6. *Nobis tamen unus est Deus, Pater*
ille a quo omnia. Conf. Joh. 17: 3. Eph. 4: 6.

V. Ex ratione hoc etiam liquet. Cum enim Dei nomine intelligamus *& ratione.*
 ens primum atque summum, quodque idem sit perfectissimum, atque à
 quo alia omnia entia dependere, i. e. produci, conservare atque gubernari
 necesse habeant, facile patet, id unicum esse oportere; quippe quod par
 habere non possit, cum alia omnia entia extra ipsum ab ipso dependere
 debeant: namque aliter semper cogitari posset ens aliquod perfectius,
 quod æquale sibi non haberet, quodque etiam omnes perfectiones alterius
 istius Dei in se ipso solum possideret, atque à quo ille etiam dependeret.

VI. Adeoque alter iste Deus vel dependeret à priori isto Deo, vel non.
 Si prius, tum ipse non foret Deus. Si posterius, tum nec prior ille
 foret Deus. Tum si plures dii essent, vel essent perfectione æquales, vel
 inæquales. si æquales essent, tum neuter esset summus, quia summum est
 id quod omnibus aliis entibus majus est: si inæquales essent, tum iste qui
 minor esset, Deus dici non posset, cum ad Dei naturam requiratur ut
 sit summus. Pariter implicat, duos dari omnipotentes, duos summè in-
 telligentes, eosque summā ac liberrimā voluntate pariter prædictos: ut plu-
 res dii dari non possint nisi imperfecti; atque adeo hinc necessario sequitur,
 Deum unicum tantum existere.

VII. Cujus unitatis repræsentatio quædam est in creato rerum uni-
 verso. plures enim mundos & plures rerum universitates esse, contradic-
 tiō-
 nem implicat. Atque sic unicum universum unicum suum resert opificem;
 qui sic unicus est formaliter, ut eminenter sit omnia.

VIII. Non repugnat autem unitati Dei personarum Trinitas: cum *Cui non*
personæ divinæ proprie non sint plures res, seu plura entia realiter (strictè *repugnat*)

ss. Trinitas. loquendo) à se invicem distincta, seu diversas essentias habentia; verum illæ unicam & eandem divinam essentiam indivisim participant.

Sed i polytheismus. IX. Repugnat vero illi 1. *Polytheismus gentilium.* Cum enim tres sint antiquissimæ de Deo sententia: ἀναρχία, πολυαρχία & μεραρχία: nos rejectis duabus, quæ in eandem impietatem conspirant, solam monarchiam, seu unius Dei principatum colimus; ut recte Nazianzenus.

X. Quamvis autem ethnici plures finxerunt deos, non tamen habuerunt ideam plurium entium summè perfectorum; nam hoc impossibile est. Sed singulis potius diis proprias quasi perfectiones atque singularia officia demandarunt, & alium belli Deum, alium artium præsidem, alios mundi, maris ac terre dominos finxerunt; atque adeo non tam plures deos, quam divinos, ut de Platone Ficinus, conceperunt. De hisce aerea vide apud doctiss. Seldenum in prolegom. libr. de diis Syris.

Cujus causa, XI. Causa erroris fuit, quod ad ideam & naturam entis summè perfecti non satis attenderunt; quam ex perverso isto conceptu pluribus attribui posse putarunt. Neque enim requirit illa plurium deorum idea causam extra nos, vel plures deos actu existentes; nihil enim in ea est, quod vires nostras excedat, præter ideam Dei: cui ideam pluralitatis tantum adfinxerunt, & ideam numeri cum illâ ideâ per errorem conjunxerunt.

& occasio- nes, XII. Occasiones polytheismi, inter alias, fuerunt, cum nominum divinorum in communibus linguis multitudo; tum attributorum, & præcipue operum Dei, varietas atque copia, quibus hominum ingenia ad plures deos cogitando sensim inducta tot ac tantas perfectiones in pluribus potius discretas, quam in uno copulatas querere maluerunt.

ac misericordia. XIII. Nos præ ethnicis nobis merito gratulamur, quod unicum agnoscamus Deum, nec pluribus dominis infervire opus habeamus; quod ne quidem fieri posse Salvator noster affirmat. *Nemo potest duobus dominis servire* &c. Matth. 6: 24. Atque hinc illi animi fluctuantis æstus atque angores, quos in ethnicis sœpe deprehendimus, dum dubitant cui Deo sacra facere, cui vota potissimum nuncupare, & quem invocare deberent.

i. Idolatria. XIV. Repugnat unitati Dei 2. *Idololatria omnis*, seu theoretica, seu practica, quæ plures semper Deos facit.

III. Manichæismus. XV. 3. *Manichæismus*, de duobus principiis, uno boni, altero mali; qui error antiquissimus fuit, utpote à duplice rerum genere, nimis bono & malo, malè considerato natus.



De nore Segova habe ich oft gehört. Preisgeld 4.-1: 625

XVI. 4. *Socinianorum* impietas, plures deos essentiâ inter se diversos ponentium, dum *Christum* Deum factum docent, & inter Deum summum & Deum qui est sub summo distinguunt. A quâ *impunitate* non longe abest *Episcopius*, qui personarum Trinitatem cum essentiâ divinæ subordinatione concepit: cum tamen & Scripturæ & rationi repugnet concipere Deum aliquem subordinatum, & non summum.

C A P U T X V . I .

De Nominibus Dei.

I.  Ost Dei existentiam sequitur ejus *divinitas*, cognoscenda Nomina tum ex *nominibus*, quibus se manifestavit; tum ex *naturâ Dei*. ejus.

II. Nomen Dei in Scripturâ significat id omne quod de Deo cognosci ac prædicari potest; & tum Deum ipsum, tum omnia ipsius attributa comprehendit. Unde & veteribus attributa Dei nomina ejus dicta: quæ enim attributa dicimus, cum ad Deum referuntur cui conveniunt, ea nomina illius respectu nostri, quatenus nos in Dei cognitionem introducunt, appellantur. Nos vero distinctè de utrisque agemus.

III. Et nomine quidem propriè Deus non eget, cum unicus, & solus, *Quomodo* & ineffabilis sit. Gen. 32: 29. Jud. 13: 18. *Ecquid interrogas de nomine ipsi conver-* meo? respectu nostri tamen, ut & à nobis cognoscatur, & ab aliis rebus discernatur, recte nomen ipsi tribuitur. Estque illud Ecclesiæ vel præcipuum decus, quod in eâ Deus verus sese nomine suo revelaverit.

IV. Cum autem nomina divina, quæ in Scripturâ Vet. T. occur- *Quam va-* runt, vel ab essentiâ ejus petita sint, ut *Jehova*, *Ebjeh*, *Jah*, quibus re- *ria sint.* spondet nomen *Kupis*: vel à fortitudine, ut *El*: vel à cultu aut adjuratione, ut *Elohim*: vel à sufficientiâ aut omnipotentiâ, ut *Schaddai*: vel à dominio ejus, ut *Adonai*: vel ab excelsitate, ut *Eljon*: vel ab exercitibus ejus, ut *Zebaoth*; omnium præcipuum & sumnum est nomen *Jehova*, quod ab *הָוֶה* vel *הָוֶה esse, existere, deductum*, cum essentiam, tum essentiatiorem, à quo omnia sunt, significat.

V. Nomen hoc proprium est, non appellativum. Exod. 6: 3. Jes. 42: *Nomen* 8. *Ego sum Jehova, hoc est nomen meum*: unde absolute *הָשָׁם* *nomen*, *JEHOVA*. dicitur; Judæis *שְׁם הַזֶּה* / *nomen substantie*, *שְׁמָה הַמִּתְּרָה* *nomen pro-*

proprium, & קְרֵבָרִי מֶלֶךְ / quod alii *nomen explicatum*, *expositum*, alii *nomen separatum* & singulare reddunt.

Letio ejus. VI. De lectione ejus variæ sunt sententiae. Quidam *Jahve*, vel *Jahave*, ut Samaritani; alii *Jao*, ut Græci veteres; alii *Jova*; alii *Jehova*, vel *Jehovi*; quidam *Jeheve*, *Jehve* vel *Jihve* pronunciant. Josephus ιων per quatuor vocales legit. Cum verò jam olim Judæi per religionem à pronunciatione hujus nominis abstinuerint, perdita & incognita, aut faltem incerta multis videtur vetus & genuina ejus lectio.

Non per ADONAI efferen- dum. VII. Unde & hodie puncta vocalia nominis *Adonai* habere multis argumentis suadere student, & per nomen istud efferri debere contendunt. Sicut ab eadem Masoretharum audaciâ profectum videtur, quod puncta nominis *Elobim* alicubi huic nomini supposita sunt; ut vulgo receptam lectionis *Adonai* consuetudinem hoc quoque modo firmarent.


VIII. Cum autem multis in locis sit emphasis in nomine *Jehova*, quæ cum nomine *Adonai* confistere non potest, vid. Exod. 6: 1, 2. Psal. 83: 19. Esai. 42: 8. atque ipsius linguae mos & genius pronunciationem istius nominis satis commodè ferant, cum alia nomina ex eo composita legantur, ut *Jehonathan*, *Jehochanan*; non temere ista lectio repudianda est. Saltem per *Adonai* nomen illud pronunciari nequit Deut. 32: 6. ubi יְהוָה.

Cumque olim usur- patum fuerit. IX. Atque extra dubium est, tempore *Mosis* nominis hujus pronunciationem non solum in sacris, & in solemnî istâ benedictione, Num. 6: 23. fuisse usurpatam, sed & publice fuisse notam & pervulgatam. *Exsecrans nomen illud -- nomen Jehovae.* Levit. 24: 11, 16. imo apud vicinas gentes ejus famam dimanasse, uti appareat ex vidua Sarphathana, Eliæ dicente: Ut vivit *Jehova* Deus tuus. 1. Reg. 17: 12. *Extranus qui venerit è terra longinqua propter nomen tuum.* 2. Chron. 6: 32. qui etiam ad idola sua sacrum istud nomen nefarie traduxerunt: cuius rei non obscura vestigia in nominibus *Jao*, *Javo*, *Jovis* (qui antiquis nominativis fuit) ιακώ & ιωβαχώ, quæ Bacchi nomina, ut & *Jani* & *Diana* appellationibus, supersunt.

male deinceps pro in- effibili ha- bi-um est. X. Cum autem Deus non initio tantum isto nomine cognosci, Exod. 3: 14. verum illud tanquam perpetuum *sui memoriale* extare apud suos voluerit, Hos. 12: 6. male Judæi illud αὐτοφάντος, & ineffabile dixerunt; quod ex religione primum ortum, cum in hoc nomine primarium religionis mysterium agnoscerent, in superstitionem tandem vertit: unde ejus usus extra sacras actiones fuit vetitus, & tandem in desuetudi-







nem ac oblivionem venit. Rectius autem *ἀπέντον* dictum suit, quia Græcis literis exprimi non poterat.

XI. Denotat illud nomen 1. *eum qui est*, Exod. 3: 14. **אֲהֵה** *sum*, Quid notet velero. 2. *qui est quod est*, **אֲהֵה אֲשֶׁר אֲהֵה** / *sum qui sum*, hoc est, *hoc nomen*. simplex & immutabilis. 3. Qui *fieri quod est*, vel *qui fit quod est*: ut notet eum, qui virtutes & promissiones suas ipso opere & facto demonstrat, juxta formulam, *fiam tibi in Deum*; ut ita representetur ille, qui nobis sit Deus, & quidem Deus redemptor, justificator, sanctificator, & salvator, nimis in Filio. Unde & ille peculiariter operibus istis gratiae *nomen Dei notificasse* dicitur. Joh. 17: 26. Et hoc pacto nimis nomen hoc nondum innotuerat patribus, qui tamen literas & pronunciationem ejus non ignorabant; sed vera vis & effectus ejus nominis *Abrahāmi posteris* sub N. T. demum servabatur.

XII. Ex quibus prorsus liquet, nomen hoc soli Deo con*soli Deo* venire. Psal. 83: 19. *Te, cui soli nomen est Iehova, excelsum esse proprium supra universam terram.* Hos. 12: 5. *Iehova est memoriale ejus.* *est.* vid. Esai. 42: 8. *Ego sum Iehova, illud est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo.* Unde ne quidem figurata acceptance aut catachresi seu ironia creaturis tributum unquam, neque etiam Num. 10: 35. legimus; et si interdum in compositione earum nomina ingrediatur, & de iis praedicitur, ut in nominibus **בָּיְתָה**, **חַדְרָה**, *templum Iehova*; quo pertinet etiam altaris, Exod. 17: 15. *יהוָה נָסִי / יהוָה שָׁכַנָּה* & novæ urbis apud *Ezechielem*, cap. 48: 35. *appellatio.* *2 f. l. 33. 113.*

XIII. Perverse igitur hoc negant Sociniani; ne videlicet Angelum, *Quod male qui in Vet. T. Iehova dicitur, verum Deum agnoscere cogantur. Impium negatur à autem & sacrilegum est, quod excipiunt, angelos summum istud nomen tanquam legatos Dei & quasi nomine Dei loquentes usurpasserent;* cum nec prophetæ nec angeli isto honore sepius unquam dignati sint, Apoc. 19: 10. atque ubi id sit, semper unus idemque ille angelus assertor loquatur. Quod autem de Christo dicunt, eum *Iehovam* appellari, quia promissiones Dei implet, lubentes accipimus; cum enim ille *Iehova* sit qui suas virtutes & promissiones implet, atque illud sit quod est, jam inde Christi Deitas vel maximè manifesta est, quod in eo solo omnes Dei promissiones & virtutes, atque universa vis sacrosancti istius nominis impletur. *Quotquot enim sunt promissiones Dei, in ipso sunt etiam, & in ipso sunt Amen.* 2. Cor. 1: 20. Conf. Jes. 45: 25. *In Iehova justificabuntur; & jaetabit se omne semen Israël.* Jer. 23: 6. *Hoc ejus nomen, Iehova iustitia nostra.*

E H J E. XIV. Alterum Dei nomen essentialie est אֱלֹהִים / Exod. 3: 13, 14. quod cum ejusdem originis sit cum nomine *Iehova*, ab eo parum, imo vix differt.

J A H. XV. Tertium est nomen אֵל / quod cum nomine *Iehova* sape conjungitur, Psal. 130: 1, 2, 3. Jes. 12: 2. & 26: 4. Derivari autem videtur à verbo אָלַל / ut nomen hoc notet decentiam, seu eum qui pollet summa decentia; quod maxime convenit Nov. T. & Christo. *Decebat enim eum* &c. Hebr. 2: 10. *Talis nos decebat Pontifex* &c. Ibid. 7: 26.

XVI. Nomina, quæ Deum ab operibus vel proprietatibus describunt, sunt שְׁדֵי אֱלֹהִים / אלָהִים אֱלֹהִים / & duo epitheta צְבָאָת / עַלְיוֹן /

ELOHIM. XVII. Nomen אֱלֹהִים / vel ab *Arabico* אלה coluit, quasi σιλεσμός numen colendum, seu venerandum; vel ab *Hebraico* juravit, vel adjuratio, deductum, maxime Deo tribuitur, ubi respicitur ad ipsius foedus cum homine, & ubi fidei nostræ, per quam Deo juranti ad stipulamur, fit professio. *Dixit ipsi Elohim --- statuam foedus meum inter me & te.* &c. Gen. 17: 3, 7. *Ad ineundum foedus Iehovæ Elohim tui --- ut statuat te hodie sibi in populum, & ipse sit tibi in Deum.* Deut. 29: 12, 13.

XVIII. Est in eo enallage numeri pluralis pro singulari; quæ etiam usurpatur, ubi tantum de unicâ S. S. Trinitatis personâ sermo est. *Solum tuum, ô Deus, in sacerdotum --- Unxit te, ô Deus, Deus tuus.* Psal. 45: 7. 8. Et *salvos faciam eos in Domino Deo ipsorum.* Hos. 1: 7. *Principem se gessit cum Deo.* Ibid. 12: 3. nisi potius ratione dignitatis hoc fieri velimus, ut unus Deus אלה dii plurali yoco nuncupetur; sicut Dei sapientia חכמת sapientiae dicitur. Prov. 1: 20. & 9: 1. Similia exempla videre licet Gen. 40: 1. Jes. 19: 4. quò tamen locus Job. 40: 15. non pertinet.

XIX. Cumque hoc nomen non appellativum, sed Deo proprium sit, non nisi analogicè hominibus & angelis tribuitur, quia illis nimis ad tempus populus Dei subjectus fuit tanquam θεοῖς λεγομένοις, 1. Cor. 8: 6. Psal. 82: 6. Conf. Joh. 10: 34, 35. *Scriptum est in lege vestra. Ego dixi, Dii es sis.* & Psal. 8: 6. *Fecisti eum inferiorem paululum infra Deum.* conf. Hebr. 2: 7. *Minuisti eum breve quiddam p̄r angelis* &c. μικρότερος autem & εἰσορώντως etiam dii alienis attribuitur. *Non erunt tibi dii alii p̄r facie meā.* Exod. 20: 3. Sic *Dagoni* tribuitur. Jud. 16: 23. & Vitulo aureo. Exod. 32: 4. quia illi vero Deo substituebantur; ubi & similis enallage numeri obser-vatur.



XX. Nomen **λαος** ab **λαος** robore deductum, proprio **λωαστην** dicit. Psal. 22: 2. & primario ac **αυτοκρατορικων** Deo convenit. **Magnificabit se super omnem Deum fortens**, etiam **supra Deum fortissimum omnium**. Dan. 11: 36. appellativè etiam angelis & hominibus tribuitur. Exod. 15: 11. & **καπι μιανσι** ac **συγχαιρεσιν** idolis. Efai. 44: 10. Mal. 2: 11.

X XI. Nomen שָׁדֵד quidam à שָׁדֵר *vastare*; alii à זָהָר, quasi SCHAD-
ò *ingrōs*, vel *aureoqns*, derivant: alii ab *Arabico Scadda*, robo- DAL.
rare deducunt; unde *Scadid robustus*, & שָׁדֵן Dei nomen, ο παντο-
χράτος. Affine est Græcorum Δις, in cuius locum successit Ζεύς, Διός.

X X I I. Nomen **אֲדֹנָן** formæ pluralis anomala, (cujus & singula-
lare occurrit Mal. 1: 6. Deut. 10: 17.) cum kamez inter nomina
Dei propria est, & notat dominium ejus, quo omnia sibi sub-
jicit, & maxime quo peculium à se emtum habet: ita ut singulari modo
Redemptoris sit nomen. Hinc apud gentiles Veneris amasius, *Adonis*, &
Liber Pater, *Edoneus*, & Sol Phœnicibus, *Adon*, *Adonis*, *Adoneus*,
appellabantur.

XXIII. Vox קְבָתָה cum voce *Iehova*, vel *Elohim*, vel cum utro-
que simul conjuncta, significat *Iehovam* esse veluti exercitus populi sui, oth.
vel eum esse Deum exercitus habentem: atque inde non obscura appella-
tio *Iovis Σαβατίου*.

XXIV. Similiter nomen יְהוָה *excelsus*, magis epitheton, quam Eljon. proprie nomen Dei sonat; quod tamen ethnici quoque imitati sunt in ἡλιον; quo nomine sol colebatur: quod tantundem esse videtur ac Eljon; nisi forte id nomen sit ab יהוָה /

XXV. In libris Nov. Test. occurunt præcipue nomina $\gamma\acute{e}\delta$ & $\chi\acute{e}\iota\acute{\nu}$.

XXVI. Θεος nomen Dei essentiale & proprium est, quod ipsam natu-
ram & essentiam Dei notat; cum extra hoc Gracis nullum aliud sit nomen,
quod Deo adeo immediate convenit, ejusque essentiam proximè expri-
mit. Unde creaturis non nisi in significatu diminuto & æquivoco tribui-
tur, & plerumque cum termino restringente, ex. gr. *Deus hujus mundi*
&c. 2. Cor. 4: 4. aut tali formâ & schemate orationis, ut manifesta appa-
reat ironia aut catachresis.

XXVII. Ut impie *Sociniani*, qui nomen hoc officium solum & potentiam ac dignitatem denotare volunt, hinc jam statuant multos esse veros deos; quasi ex Paulo: *Eis sint qui dicantur dū, & in cælo & in terrâ: sunt dū multi, & domini multi.* 1. Cor. 8: 5. speciatim duos, unum:

æternum à se ipso Deum , Patrem , alium à patre factum in N. Test. Christum.

XXVIII. Et frivola prorsus eorum distinctio est, vocabulum istud cum articulo , vel etiam ubi subjectum orationis est , verum Deum denotare; ubi vero prædicatum est , vel sine articulo usurpatur , non item : præterquam enim quod etiam de Christo subjective & cum articulo usurpatur , pluribus aliis modis hæc eorum crīsis ac observatio redargui potest.

KYPIOS. XXIX. Alterum nomen in libris N.T. frequens est κύριος , à voce κύρος , auctoritas , dignitas : quo vocabulo S. Scriptores nomen Iehova plerumque reddunt , quia illud per יְהוָה enunciabatur ; præcipue autem Christo tribuitur respectu dominii atque peculii , quod sibi peculiariter sanguine suo acquisivit. Act. 20: 28.

C A P U T X V I I .

De Spiritualitate & Invisibilitate Dei.

NATU-
RA Dei.

I.  Ivinitatem plenius exhibet ipsa Dei natura , vel essentia , & essentiales proprietates , quarum complexus divinam natu- ram nobis ob oculos ponit. Vox illa Deo tribuitur. Ser- vicebatis ius , qui natura non sunt dii. Gal. 4:8. ut & voces synonymæ , forma Dei. Phil. 2: 6. verus Deus. Joh. 17: 3. i. Joh. 5: 20. vivus & verus Deus. i. Thess. 1: 9.

Definitio
eius.

II. Quanquam autem perfectâ definitione quid sit Deus exptimi nequeat , quia genus sese superius propriè non habet ; cum tamen detur conceptus aliquis communis quo Deum & creaturas apprehendimus , yi- delicit entis (non enim est nominis tantum distinctio , cum illud in Deum & creaturas distinguimus) recte istud pro genere , analogico saltem sumi , atque inde definitio aliqua summi entis formari potest.

III. Definitur ergo simplicissimè: ens infinitum , seu perfectissimum ; vel etiam: Spiritus infinitus , à se ipso vivens , Pater , Filius , & Sp. Sanctus . Unde duplex sese pandit Dei consideratio , unicæ nimirum essentiæ , & Trinitatis personarum.

Qui est

IV. Spiritus cum dicitur , appetit ipsum substantiam esse , & qui-
deip



a bit over 339.

dem spiritualem ; atque omnem corporis conceptum ab ipso removendum esse , cum sit mens infinita , cuius naturam constituit perfectissima & purissima intellectio , cui omnes cogitationes simul & semel unico actu presentes sunt . Ita ut spiritualitas ejus non tantum negativè , verum etiam maximè positivè concipi debeat . Unde Pater spirituum dicitur . Hebr . 12 : 9. Cujus genus sumus . Non debemus cogitare auro & argento &c. Numen esse simile . Act . 17 : 28, 29. Mutarunt gloriam incorrupibilis Dei in efformatam imaginem corruptibilis hominis &c. Rom . 1 : 23. Cui (quæso) assimilabitur eum , & quid similitudinis ordinabitur ei ? Esai . 40 : 18, 25. Spiritus carnem & ossa non habet . Luc . 24 : 39. Cavete animabus vestris , quia non vidi- stis ullam similitudinem , quo die allocutus vos est Iehova in Horeb . Deut . 4 : 15.

V. Quod etiam ex ratione patet : cum omne corpus eo ipso quod extensum est , partes habeat , sit compositum , divisibile , imperfectum , mutationi obnoxium , brutum denique & iners , ac interno agendi & cogitandi principio destitutum : quæ ommnia vel maximè naturæ perfectissimi hujus entis repugnant .

VI. Non repugnat autem huic spiritualitati Dci , membra ipsi in Script . *Quomodo*
passim attribui ; cum ea dicta & facta Dei infirmitati nostræ sape accom-*membra*
modet , non aliter quam si Deus homo esset : atque hinc orta figura illa in*ipsi tri-*
sacris literis , quæ *ἀνθρωπόμορφα* dici solet , qua Deus loquitur per
ευγένειαν , ut Græci Patres inquiunt , ad nos : vel , ut Hebrei / *בְּרִךְ*
כָּלְשׂוֹן שֶׁל בְּנֵי אַרְם / secundum viam filiorum hominis , vel *שֶׁל* / *בְּנֵי אַרְם* /
secundum linguam filiorum hominis. Inde Deo membra &
affactus corporei adscripti leguntur ; illa *κατ' ἀνθρωπομόρφιαν* ; hi *κατ' ἀν-*
θρωπομόρφιαν : utraque autem *θεοπρεστῶν* exponenda ; ut intelligantur istis
loquendi modis Deo tribui perfectiones attributis & operationibus istis
humanis analogæ , & quarum energia in membrorum istorum usu conspi-
citur . Atque hinc illa membra Deo tantum tribuuntur , quæ actionum
nobilissimarum in homine sunt vel principia vel instrumenta , ut cor , pe-
des , manus , brachium &c. non autem ea , quæ infirmitatis vel imperfe-
ctionis alicujus in homine indicia sunt , veluti humeri , vel membra aliturae
aut generationi inservientia .

VII. Pessimè ergo Anthropomorphitæ , seu Anthropomorphiani *Contra*
(quos Epiphanius humaniformianos appellat ; quorum parens Audæus ,
monachali stupore hæreticus) Deum concipiebant compositum ex re
intellectuali & materiali ; facientes Deum hominiformem , ac humanos
Deo artus affingentes , dum imperitè figuratas S. Scripturæ locutiones pro-
Anthropo-
morphitas.

priè explicabant. Quem errorem tantis animis monachi quidam urgebant, ut Theophilum Alexandriæ Episcopum, quod illum publico scripto refutasset, ad necem quererent: qui illis obviam factus, & verbis Jacobi ad Esavum Gen. 33: 10. *Sic vos vidi tanquam faciem Dei*, utens, placatores eos habuit, quum pro insciâ illud ita acciperent quasi faciem Dei humanæ similem crederet Theophilus.

VIII. Quamvis verò non tam crassè, ac ab Audianis, à plerisque hic peccetur, quotusquisque tamen est, qui non nescio quid extensi in concepitu Dei implicat? à vulgo, quoad actum exercitum id fieri, et si in actu signato id neget, experientia docet: atque de multis eruditis etiam id verendum est, illis, qui diuturno usu mentem assuefecerunt ad bene distinguidam naturam corporis à naturâ spiritus, exceptis.

X. Male etiam Deo corpus adscripsit Vorstius, Tertulliani auctoritate nixus, statuens Deum suo modo esse corporeum, esse in eo quasi materiam & formam; nec aliter spiritum dici, quam aut spiritus animales, aut aér & ventus spiritus dicuntur, & solum crassam molem ac corpulentiam eo vocabulo ab ipso removeri.

X. Sicut & minus rectè Episcopius, postquam affirmavit spiritualitatem Dei esse creditu necessariam, sufficere tamen ad illum conceptum putat, si crassas illas de Deo cogitationes removeamus, nec ipsi certam aliquam formam ac figuram attribuamus.

**Deus in-
visibi-
lis.** X I. Spiritualitatem Dei sequitur ejus *Invisibilitas*, qua nulli extero oculorum conspectui, nec in se, nec in imaginis alicujus specie, patet. *Regi aeterno, invisibili &c. sit honor & gloria.* 1. Tim. 1: 17. *Non posse videre faciem meam &c.* Exod. 33: 20, 23. *Vocem verborum audivisti, at similitudinem nullam vidiisti.* Deut. 4: 12, 15. Quo veluti emblemate ac signo, cognitionis Dei intellectualis altitudo & viarum ejus τὸ ἀνέξεργον τὸ ἀνέχυγιαν ob oculos ponitur.

**Quomodo
tamen vi-
sus dicatur.** X II. Omnis autem visio Dei, quæ sanctis hominibus ac Prophetis in Scripturâ nonnunquam tribuitur, vel in futura vita fidelibus promittitur, vel denique de Angelis in cœlo affirmatur, non est essentiæ divinæ; sed vel symboli alicujus, quo Deus præsentiam suam testabatur; vel ὡψάς εἰποστάτας, quomodo Deus in Christo visus; vel tantum cognitionem fidei notat; vel etiam familiarem Dei notitiam & veluti fruitionem exprimit, qualis illa quæ in cœlis erit; vel denique angelorum coram Deo continuam veluti apparitionem, ad iussa & imperia ejus accipienda, significat.





conf. 634. S. II. 12.

XIII. Male ergo Sociniani nos in vita futura Dei Patris faciem oculis nostris visuros statuunt; qui etiam Vorstii error est, presupponens Deum habere corpus: à quibus etiam non multum abeunt Anabaptistarum nonnulli.

C A P U T X V I I I.

De Infinitate & perfectione Dei.

I.  St autem Deus Spiritus ab aliis spiritibus longe diversus, cum sit mens infinita & perfectissima.

II. *Infinitatem* Dei quod spectat, concipi Deus videtur INFINI- posse, vel simpliciter quoad essentiam, vel quoad attributa. TAS DEI.

Priori modo, nec finitus Deus propriè videtur concipi, nec infinitus, sicut nec reliquarum rerum essentia. Verum essentia ejus considerata in ordine ad quædam attributa, quæ quantitatis terminos admittunt, infinita dicitur, ut in ordine ad tempus æterna, ad locum immensa, ad virtutem omnipotens: attributa vero Dei reliqua, ex. gr. intellectus, voluntas, potentia, in se nec finita nec infinita videntur, sed tantum in ordine ad objecta, ad quæ referuntur, infinita dicuntur, cum ab iis nullo modo limitari aut circumscribi possint. Attamen cum ipsæ rerum essentia finitæ aut infinitæ etiam dici possint, cumque potentia quævis vel attributa relativa, quæ in ordine ad objecta finitæ vel infinita dicuntur, talia ctiam in se dici possint, nulla obstare videtur ratio, cur non etiam infinitas essentia & attributis Dei in se conveniat.

III. Et Deum quidem, invito quamvis vocabulo, positivè ac propriè & in se infinitum intelligimus: non negative tantum, aut privativè, vel comparativè & secundum quid, sive solo respectu ad nos; quod Vorstius voluit. Äque enim respectu nostri infinitus foret ex. gr. numerus arenæ ac stellarum.

IV. Cum hac infinite Dei ferè coincidit ejus *perfectio*, quæ summa PERFE- est, ac Deo absolutè convenit; cum nihil perfectionis absolutæ, sive reali- CTI. ejus. tatis, ipso desit. Unde & idea Dei ipsum nobis tanquam ens perfectissimum repræsentat. *Si justificatus es, quid dabis ei aut quid de manu tua accipiet?* Job. 35: 7. *Mirabilis Dei perfecti scientiis.* Ibid. 37: 15. *Ejusote perfecti, ut pater vester, qui est in cælis, perfectus est.* Matth. 5: ult. Pro-

funditas divitiarum &c. nam ex eo, & per eum, & in ipsum sunt omnia.
Rom. 11: 35, 36.

V. Cum vero perfectiones aliquæ sint simpliciter tales, aliæ vero infirmitatem aliquam & imperfectionem in creaturis præsupponant; priores quidem formaliter in Deo esse intelliguntur, reliquæ vero eminenter, hoc est, tanquam in causa prima, quæ superiore aliquo modo eas in sece complectatur, & unde omnes eæ perfectiones ad creaturas descendant. *Omnis donatio bona, & omne integrum donum est superne, a Patre lumenum.* Jac. 1: 17.

VI. Quod autem gentes, quæ Deum etiam agnoscabant substantiam summè perfectam, nihilominus ligna & lapides, res imperfectissimas, proditiis habuerunt, id ex superstitione factum, quod rebus istis visibilibus numen aliquod præsens esse, atque inhabitare crediderint, quod illinc favorem & gratiam in cultores suos diffunderet. Error itaque & foeda superstitione, non clara & distincta perceptio, id eos facere jussit, evenitque iis circa cultum ejus quod naturâ non est Deus, quod multis aliis evenit, sed minori noxa, cum nomen accidentis applicant conceptui substantiae, & conceptum spiritus qualitati corporis, gravitati scilicet; aut conceptum nihili, corpori, v. gr. spatiis imaginariis, aut potius conceptum corporis nihilo.

C A P U T X I X .

De Attributis Dei in genere.

ATTRIBUTA
Dei.



Erfectio hæc essentiæ divinæ potissimum conspicitur in ejus attributis & proprietatibus; quarum complexus perfectissimam Dei essentiam nobis repræsentat.

II. Cum enim substantia, quæ est res per se existens, mentem nostram per se non afficiat, opus est ut nobis manifestetur per attributum aliquod; quæ quo plura nobis innotescunt, eo perfectius, substantiam cognoscimus. Unde Deus est ens maximè cognoscibile, cum plura de eo cognoscantur attributa quam de ullâ aliâ re: etiam si illa notitia Dei non ideo sit adæquata aut comprehensiva; quæ ne de minimâ quidem re datur.

III. At-







III. Attributa dicimus proprietates & perfectiones illas, quas mens *Quid sine.*
nostra in perfectissima Dei idea comprehendit videt; dumque eam unico
conspictu exahuire non potest, per varios & inadæquatos conceptus ipsi
attribuit. Ideoque nullam illi inferunt compositionem aut variationem;
non enim modos, accidentia, aut qualitates, sed attributa vocamus. Sicut
extensio est attributum corporis, cogitatio attributum mentis; quæ affe-
ctiones in istarum rerum ideis proximè continentur, nec ab illis ullo mo-
do differunt: ita in idea entis summè perfecti continetur justitia, veritas,
clementia &c. quæ ideo de Deo etiam prædicantur, ipsique attribuuntur,
non virtualiter tantum & eminenter, sed etiam formaliter & in propriâ
suâ naturâ.

IV. Nostro autem concipiendi modo insunt ea Deo, quasi in esse se- *Quomodo*
cundo, dum essentiam Dei primo veluti conceptu apprehendimus, non *Deo insunt.*
tanquam attributum sed tanquam ceterorum attributorum radicem &
fontem, quæ inde veluti oriuntur. Inde tamen non magis divelluntur
attributa Dei ab ejus essentiâ, quam ex. gr. extensio à substantiâ corpo-
râ. Ut pulchre Maimonides Moreh lib. I. c. 57. dicat: *Deum esse, scil. ex-
istentem, sed non per existentiam: & vivere, sed non per vitam: & po-
tentem esse, sed non per potentiam: & scire, sed non per scientiam; sed
omnia in unum redire significatum, in quo nulla est multiplicitas.*

V. Attributis Dei analogum quid habent Judei Cabballistæ, ponen- *Secundum*
אֱלֹהִים emanationes quasdam divinas, quo in ordine decem *Iudeos,*
סְפִירּוֹת numerationes recensent, quasi luces & proprietates essentiæ
divinæ, quas tamen neque Deum, neque creaturas, sed essentiæ Dei ema-
nationes esse volunt, ad instar radiorum è corpore solis prodeuntium.

VI. Judæos imitantur hac in parte quidam Sophistæ. Scotus enim *Scotistas,*
distinctionem ponit *formalem*, qua attributa in Deo ex *natura rei* distin-
gui dicit; neque tamen realiter, sed per distinctas rationes formalis & ob-
jectivas à parte rei diversas: quam distinctionem ut explicit multum la-
borant Scotistæ. Verum si non sit realis, ut vult Scotus, tum nec forma-
lis erit, scilicet à parte rei; haec enim non nisi realis esse potest, ubi nempe
non per differentes in nobis conceptus fit, sed per actualiter differentes in
re ipsa objectivas formalitates.

VII. Sociniani (quibus nimium in Apologiâ accedunt Remonstran- *& Socinianis-*
tes) volunt attributa Deo inesse ut accidentia & qualitates. & sic differre; *n.s.*
quin & ea medium quid sive tertium volunt esse inter Deum & creaturas,
sive sint Dei facultates quibus agit, sive actiones, sive qualitates ejus, ut

loquuntur; quo in numero ponunt ipsum Spiritum S. quem non esse Deum ipsum, sed aliquid ab eo diversum, seu tertium inter Deum & creaturam, & veluti attributum ejus, statuunt.

Non differe- VIII. Cum autem omnis rerum distinctio triplex sit, maxima, media,
nisi ab & minima, *realis* nimirum, *modalis* & *rationis*, attributa Dei *realiter* à
essentia Dei Deo non differunt, neque ab essentia ejus quid diversum sunt. Cum enim
realiter; essentia Dei omnem perfectionem possibilem includat, non possum per
 ullam mentis operationem aliquod Dei attributum ab eo distingueret, quin
 statim idea Dei mihi pereat: neque enim possum verum de Deo conce-
 ptum formare, in quo Deus intelligatur ex. gr. sine justitia, clementiâ &
 misericordiâ esse; sicut verum hominis conceptum formare possum, qui
 tamen non sit justus, clemens &c.

I X. Similiter cum nec ex. gr. justitiam Dei cogitare possim, quæ sine
 clementia & misericordiâ in Deo sit, quod tamen in creatura mihi procli-
 ve est; patet attributa Dei neque etiam inter se realiter distingui.

nec modali- X. Neque etiam *modaliter* ab essentia Dei differunt; sic enim in eâ da-
titer; retur variatio, imperfectio, alteratio & varia modificatio: quæ ideæ Dei
 repugnant.

sed solâ ra- XI. Sola ergo *ratione* differunt, quatenus nimirum per mentis ab-
zione. stractiōnem attributum aliquod Dei possum considerare non considerata
 essentia divina, vel unum etiam attributum non considerato altero, ex. gr.
 justitiam Dei non consideratâ ejus misericordia & vice versa. Non quod
 considerem essentiam Dei existere posse sine illis, aut unum eorum posse
 esse sine altero, sic enim protinus ideam Dei corrumperem, atque ea mihi
 periret; sed per præcitionem mentis simplicem & abstractivam ea tantum
 separo, atque unum considero non considerato alio.

Illius di- XII. Fundamentum hujus distinctionis est partim in nobis, partim
functionis extra nos: in nobis, imperfectio intellectus creati non valentis adæquate
funda- Deum ejusque perfectionem concipere: extra nos, tum essentiæ divinæ
mentum. immensitas, quæ illa, quæ in creaturis dispersa & divisa conspicimus, infi-
 nita sua perfectione complectitur; tum objectorum effectuum atque ope-
 rationum divinarum diversitas.

XIII. Hinc ea diversis conceptibus formalibus concipimus, quibus à
 parte rei respondent diversi conceptus objectivi; qui licet actu in Deo sint
 indivisi, eminenter tamen & virtualiter distincti sunt. Unde etiam at-
 tributa Dei definitione differunt, quatenus nimirum habent diversas
 formalitates, dum intellectus ad aliam rationem formalem attendit in
 conceptu unius attributi, quam alterius.

XIV. Non



XIV. Non ergo error est in intellectu, dum illud quod simplex est tanquam multa distincta attributa concipit, sed imperfectio tantum, quæ diversis inadæquatis conceptibus illud apprehendit, quod nec uno adæquo conceptu exhaustire, nec uno obtutu adsequi potest.

XV. Cæteroquin cum attributa Dei sint simplicissimus actus, hinc ea nullam imparitatem, multo minus contrarietatem admittunt: quamquam si objecta species, alia est ratio justitiae, alia misericordiae Dei, & rursus hujus dispar ratio ante vel post adventum Christi. Quæ contra Socinianos observanda.

XVI. Distribuuntur attributa Dei variè; in propria & metaphorica, *Distributio positiva & negativa, absoluta & relativa; & vulgata imprimis distinctio eorum.* ne, in incommunicabilia & communicabilia: qualia tamen valde impropiè quædam in Deo ponuntur; cum attributa Dei sint ejus idiomata & proprietates, quæ communicari nullo modo possunt; neque enim scientia Dei ex.gr. cum scientiâ humanâ magis convenient, quam forte canis, signum cœlestis, cum cane, qui est animal latrans. Nihilominus cum formalis aliquis conceptus formari possit in quo attributa Dei communicabilia convenient cum analogis creaturarum proprietatibus, incommunicabilia non item; inde in eo accuratissima ratio communicabilitatis aut incommunicabilitatis attributorum Dei constituitur. Cæteroquin si de aliquo eorum in creaturis utcunque vestigio & similitudine communicabilitatem hanc accipias, jam communicabilia erunt omnia, cum omnium quædam in creaturis similitudo reperiatur.

XVII. Cum vero attributa Dei interna propriè duo tantum sint, intellectus & voluntas; reliqua verò sint tantum denominations externæ, relationes, aut negationes, quæ ad essentiam Dei internam propriè non spectant, sed ei tantum tribuuntur in ordine ad hominem, aut alias res externas: commodus ea tractandi ordo erit, si primo agamus de internis, veris & absolutis Dei attributis; deinceps autem de externis & relativis. Atque ita attributa Dei alia sunt, quæ *actuosa ejus essentiam explicant*, alia vero quæ nihil actionis, sed ejus modum existendi & relationem ad res alias exponunt. Prioris generis sunt *Vita, Intelligentia, Voluntas, Omnipotentia* Dei &c. Posterioris generis sunt *Eternitas, Omnipræsentia, Immutabilitas & Simplicitas ejus.*

C A P U T X X .

D E V I T A D E I .

Dei VI-
T A.

I.



Um essentia Dei spiritualis summè actuosa , atque purus actus sit , primum quod in Deo occurrit attributum internum ejus, *vita* est ; unde ejus cognomen antiquissimum & in populo Dei frequentatum *Deus vivens*. Vide Gen. 16: 14. Deut. 32: 40. Esai. 37: 17. Dan. 4: 34. Jof. 3: 10. Psal. 84: 3. Jer. 2: 13. & 5: 2. Matth. 16: 16. qua ratione ab idolis distinguitur. Jer. 10: 10. ubi cum de idolis actum esset, mox subjungitur : *Iehova verò Deus verus est, Deus vivens, & rex sempiternus*. Act. 14: 14, 15. *Ut à vanis istis rebus convertatis vos ad Deum illum vivum, qui fecit cælum & terram &c.*

Quid ea
fit ?Discrimen
eius à no-
stra vita.

II. Cum vitæ nomen maximè ambiguum sit, Dei vita rectissimè describitur, quod sit essentia Dei, quatenus actuosa est : re ipsa tamen ea nihil aliud est, quam ejus intelligere, velle, diligere, gaudere &c. sicut substantia spiritualis vita tota in cogitatione consistit, quod nimurum sint substantiae ex sece actuosa, omnis generis cogitationes in sece excitantes.

III. Differt hæc vita Dei à nostrâ multis modis : nam 1. vitam creaturam ferè instar actus secundi concipimus, cum vita Dei sit de ipsius essentiâ. 2. nos vitam aliunde haurimus, Deus à nullo. 3. Vita nostra fluxa & evanida est, Dei æterna & permanens. 4. Vita nostra successiva est, nunquam enim spiritus finitus simul omnes cogitationes suas, quarum capax est, habere, atque adeo totam vitam suam simul possidere potest : cum vero Deus sit immutabilis cogitandi actus, simul omnia possidens sine ullo defectu, hinc habet interminabilem vitæ totam simul & perfectam possessionem, quæ absoluta & vera immortalitas est.

Consistit
ea in in-
tellectu &
voluntate.

IV. Cum autem cogitationes omnes duum generum sint, atque adeo vita intellectualis partim in intellectu, partim in voluntate consistat : vita quoque Dei concipitur ut gemina illa facultate praedita. Sicut ideo Scriptura nominat *νοητήν καὶ φρεσίν*, *mentem* seu intellectum Domini , Rom. 11: 34. & deinde voluntatem, *τὸ δέλημα τὸ θεόν*. 1. Pet. 3: 17.

V. Sicut autem intellectum vocamus, quando mens nostra alicuius sciendi ideam in sece habet ; voluntatem, cum praeter illam ideam in rem istam ulte-



ulterius fertur , sive ut veram , sive ut bonam : similiter Deus per intellectum suum apprehendit omnia , & per voluntatem in res apprehensas veluti tendit.

V.I. Cum vero idea omnis quæ in Deo est, à sola ipsius voluntate sit, *illorum ordinatio.* non videtur intellectus Dei prior concipiendus esse, sed potius ejus voluntas. Voluntate enim sua Deus vult se ipsum & in se alias res : cuius voluntationis suæ quatenus Deus concipitur conscientius, adeoque sic habet ideam sui ipsius & in se rerum omnium , eatenus intellectus ejus concipitur. Saltem de voluntate & intellectu Dei prout versantur circa creaturas, manifestum est præcedere voluntatem ejus. Ne tamen consuetum ordinem sollicitemus , nos intellectum Dei præmittemus: ita tamen, ut ubi opus erit, voluntatem ejus præsupponamus.

C A P U T X X I.

De Intellectu & Scientiâ Dei.

I.  St ergo Deus ens summè intelligens : unde scientia seu *SCIENTIA DEI.* omniscientia ei convenit, atque *לְדָשֶׁת דָּבָר* *Deus scientia-* *rum appellatur.* 1. Sam. 2: 3. & *intelligentia ejus dicitur non esse numerus.* Psal. 147: 5. Vide & Psal. 94: 9. *An plantans aurem non audiet? an formans oculum non aspiciet?* & 139: 2. *Tu cognoscis sedere meum & surgere meum;* & *intelligis cogitationem meam è longinquō.* Hebr. 4: 13. *Non est ulla res creata, quæ non manifesta sit in conspectu ejus;* *imò omnia sunt nuda & patentia oculis ejus.* 1. Joh. 3: 20. *Major est Deus corde nostro,* & *novit omnia.*

II. Scientiæ hujus consideranda 1. modus. 2. objecta. 3. ordo circa illa.

III. *Modum* ejus quod spectat , non est ea in Deo per modum habitus, sed tanquam actus simplicissimus. Unde unico, simplicissimo , semperque eodem & præsentissimo actu omnia intelligit , & veluti unico aspectu & intuitu omnia lustrat & emetitur, inque eo obtutu semper veluti hæret. Est enim unica & simplicissima in Deo idea, quæ est idea sui ipsius, adeoque ipsa Dei essentia , in qua Deus omnia videt & contemplatur. Et hoc modo intelligendum est quod vulgo dicitur, Deum omnia intelligere per essentiam. Cum contra mens nostra modo hanc rem,

modo aliam , & rursus eandem rem modo clarè, modò obscurè intelligat; & rerum attributa modo componat, modo dividat, & continuo proficiat, ac raro multa , nunquam omnia apprehendat: quæ cuncta à Deo removenda sunt.


IV. Cum ergo mentis nostræ operationes vulgo tres recenseantur, apprehensio simplex, affirmatio vel negatio , & discursus: hic quidem in Deo non est , cum omnis discursus ignorantiam adjunctam habeat, & à cognito ad incognitum procedat; affirmatio autem & negatio in ipso à simplici intuitu non differt: ita ut scientia Dei tantum sit noëtica , & nihil aliud in Deo dicat quam simplicissimam ejus essentiam cum objecti intelligibilis connotatione.

Objectum. V. Objectum scientie divinæ est omne scibile, aut quicquid intelligibili le est, sive id sit Deus ipse , sive alia omnia extra Deum. Quanquam propriè loquendo , res ipsa extra Deum scientiae ejus objectum non sint, nec eam terminare possint , sicut in scientiâ nostrâ fieri solet : cum Deus omnia, etiam quæ extra se sunt, videat in unicâ & perfectissimâ idcâ suâ, à qua res omnes extra Deum & naturam & essentiam & determinationem suam habent; ut proprie objectum scientiae Dei non sint creaturæ extra Deum, sed Deus ipse & essentia ejus, à qua omnia alia pendent.

Cognoscit Deus se ipsum. VI. Cognoscit ergo & intuetur Deus se ipsum, tum secundum natu ram suam, tum secundum omnes perfectiones & proprietates suas. *Deum nemo vidit unquam: Filius unigenitus, qui est in sinu Patris, illum nobis exposuit.* Joh. 1: 18. *Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quisquam novit nisi Filius &c.* Matth. 11: 27. Ita etiam ea quæ sunt Dei nemo novit nisi *Spiritus Dei.* 1. Cor. 2: 10. 11. Atque ita cognoscit decreta sua; itemque actiones omnes externas , quas decreto suo convenienter operatur. *Nota sunt Deo ab omni aeo omnia opera sua.* Act. 15: 18. Similique etiam res omnes, quæ per actiones illas fiunt, illarumque tum natu ram, tum operations.

Res omnes extra se. VII. Res omnes novit , etiam minimas. vide Psal. 56: 9. *Vagaciones meas in numerato habes &c.* Psal. 147: 5. *Intelligentia ejus non est numerus.* Matth. 10: 29. *nonne duo passerculi? &c.* Hebr. 4: 13. *Nec est nulla res, que non manifesta sit ipsi;* omnia nuda sunt &c. Matth. 6: 26. *Intuemini in volucres cœli, nonne Pater vester alit eas? &c.* Ibid. 30. *Herbam agri, quæ hodie extat, & cras in clibanum immittitur,* Deus circumvegit. utpote quæ singulis momentis à Deo conservari opus habent. Speciatim hominum confilia, dicta, facta, eorumque cogitationes atque actiones.





actiones intimè cognitas habet. *Homo spectat ad oculos, sed Iehova spe-
ctat ad cor.* 1. Sam. 16: 7. *Tu enim nosl solus animum omnium filiorum
hominis.* 1. Reg. 8: 39. *Infernus & perditio coram Iehova;* quanto ma-
gis corda hominum. Prov. 15: 11. *An plantator auris non audiat?*
Psal. 94: 9.

VIII. Atque hoc modo etiam *entia rationis* novit: non quasi ipse ipsis *Entia ra-*
modis cogitandi indigeat, sed quatenus mentem humanam, ejusque *actio-*
nies & motus omnes novit.

IX. Similiter & *peccata*, cum per se revera nihil sint, sed tantum men- *Peccata.*
tis humanae defectus atque aberrationes, extra eam non intelliguntur. At-
que inde peccatorum etiam notitia Deo adscribitur. *Prospectat super filios
hominum, ad videndum, an sint intelligentes. Unusquisque receperit &c.* Psal.
14: 2, 3. *Nec iniquitas eorum abscondita est à facie mea* (inquit Ieho-
va) Jer. 16: 17. *Quum videret Iehova, augescere malitiam hominis in
terra.* Gen. 6: 5. *Non completa est iniquitas Eboracorum adhuc.*
Ibid. 15: 16. *Vidi populum, & ecce populus durus cervice est &c.* Exod.
32: 7, 8, 9. Cum enim Deus habeat ideam sui ipsius perfectissimam, ex
opposito etiam ideam nihili habet, quā omnes perfectiones negantur.

X. Quin etiam *possibilia*, quae neque sunt, neque fuerunt, cognoscit. *Possibilia*
Ut de Tyriis, Sidoniis & Sodomitis: *Si ipsis editæ fruissent virtutes, quæ in non fusi-*
Chorazin &c. cum sacco & cinere respuissent. Matth. 11; 22: 23. Novit enim *ra.*
suam potentiam: sicut etiam ex possibilium oppositione & termino im-
possibilia novit. *Non injustus est Deus, ut obliviouscatur operis vestri &c.*
Hebr. 6: 10. *Deus seipsum negare non potest.* 2. Tim. 2: 13.

XI. Neque tamen inde r̄s illæ possibles à Deo cognoscuntur tan-
quam infinitæ numero: ipsæ enim, cum ex hypothesi æternâ serie sibi in-
vicem successuræ forent, ita ut nunquam earum postrema existeret, actu
infinitæ nunquam esse, atque adeo nec sic cognosci possunt. *Quod ad esse*
autem earum cognitionem, ex nostra suppositione, in mente Dei, tot ex iis
cognoscit, sive species, sive partes, quot vult, cum ex voluntate ejus pen-
deant; semper vero finitas: quamvis & his aliæ, sed & eæ similiter finitæ,
perpetuo succedere possent, quas itidem Deus cognoscit; manente potentia
Dei semper inexhaustâ, & in infinitum imitabili, quam Deus plenissimè
cognoscit scientiâ actu infinitâ, quamvis ipsa possibilia potentia tantum in-
finita existant. *Quæ tamen omnia ex nostro considerandi modo tan-*
tum dicuntur. Cum enim Deus non aliter velle aut operari possit quam ab
æterno voluit, inde re ipsa nullæ res possibles dantur, nisi nostro confide-
randi

randi modo, quatenus possibile dicimus id, quod consideramus, non habito respectu ad decretum seu voluntatem Dei.

Futura contingentia. XII. Ita etiam *futura contingentia cognitioni Dei* non sunt subtrahenda, cum per eorum prædictionem infallibilem contra quævis dæmonum prætensa oracula & divinationes triumphet. *Proponant & indicent nobis ea que obvienturasunt;* & *sciemus novissimum eorum.* *Annunciate futura,* & *sciemus deos vos esse.* Esai. 41: 22, 23. atque evincunt eam omnes prophetæ, quibus plena est S. Scriptura. Ut quod *quadrageitos annos peregrinum esset futurum semen Abrahami in terra sibi non propria* &c. Gen. 15: 13. *De fornicatione populi Dei, secuturi deos alienigenarum.* Deut. 31: 16. quod *Filius hominis vadit, sicut scriptum est de eo.* Matth. 26: 24. de *Iudà Iscariotâ, quod proditurus esset Christum.* Joh. 6: 71. *Qui edit mecum panem, sustulit adversus me calcem suum.* Ibid. 13: 18. quod *non essent frangenda Christi ossa.* Ibid. 19: 36. Et de omnibus rebus dicitur: *Nota enim Deo sunt ab omni ævo omnia opera sua* &c. Ut furor sit in Socino illam in dubium revocare; quem infestus fuit Vorstius: quo audaciæ ne gentiles quidem proruperunt.

XIII. Remonstrantes etsi eo venire nondum ausi sint, ne tamen futurorum scientiam Deo relinquendo libertati humanæ præjudicarent (nam hæc origo impii illius dogmatis) & Deum peccati auctorem facerent, fundamentum illius scientiæ quæsilverunt in *scientiâ mediâ*, ex quâ Deus omnia præscit ante decretum suum: fatum eâ viâ evadere conantes qua illud fortius adstringunt, & juxta quam omnia Socini argumenta plenum robur contra ipsos obtinent.

XIV. Quæcunque autem hujus erroris facies arripiatur, absurdâ est. Socinianorum error, qui planè idem fuit cum illo Aristotelis & Ciceronis, quo res futuras contingentes in se non scibiles, adeoque non nisi conjecturâ sciri ponunt, ipsa est impietas. Ipsas autem sciri à Deo, quia eas videt ut certo futuras, & ad unum determinatas ex se ipsis & suâ naturâ, ante omne decretum Dei, ut Jesuitæ & Remonstrantes volunt, merum est figmentum, quo idea rerum Deo extrinsecus advenire, adeoque ab ipso independens ponitur, ut Dei decretum & permisso supervacua, imo ridicula sit. Supereft ergo ut rerum contingentium futuritio veritatem & scientiam suam accipiat à Dei decreto & voluntate.

XV. Frustra vero prætexunt, scientiæ Dei hoc pacto nihil detrahi, cum futura contingentia non sint scibilia, neque habeant in se determinatam veritatem: contrarium enim verum est, & voluntas Dei futuritionem istorum





rum determinavit, atque adeo de iis, ut adhuc futuris, dantur propositiones determinatè veræ; nam quod actu postea fieri videmus, id antequam fieret verè futurum erat, & determinatam futuritionis veritatem habuit, atque adeo verè futurum prædicari poterat.

XVI. Quanquam non assentimur Chrysippo argumento, ex enunciationis, ut loquebatur, definitione desumpto, juxta quam ab æterno, non consideratâ Dei voluntate vel decreto ullo, verum erat de quacunque re dicere, aut erit, aut non erit. Unde fatum inferebat. Sed hoc ex merâ Logices imperitiâ est. Cum enim axiomatis disjuncti partes sint oppositæ, utraque quidem simul vera esse & existere non potest, sed alterutra tantum; non tamen inde sequitur, partes ejus singulatim quoque necessarias esse. Et ratio est, quam logici dant, quia disjunctionis necessitas pendet ex necessaria partium oppositione, non autem ex hujus vel illius partis necessariâ veritate. Partium nimirum singularum necessitas non à se ipsâ, sed à solâ Dei voluntate, quæ omnis ordinis, veritatis & bonitatis causa est, pendet.

XVII. Media ergo hic ineunda via est, ne aut contingentiam adstruamus adversus Dei præscientiam, aut fatalem rerum invehamus necessitatem, quæ omnem contingentiam excludit. Deus enim certum præstipuit ordinem causarum, à quibus pendet actus specificatio; qui tamen proportione causarum secundarum liberè & contingenter sœpe existit. Quod scholæ ita enuntiant, ut contingentiae & libertati repugnet necessitas naturalis, interna, absoluta, antecedens & consequentis; non autem hypothetica, externa, secundum quid, consequens & consequentiæ.

XVIII. Objectum scientiæ divinæ excipit *ordo* illius, unde fluit scientiæ divinæ divisio, non in re ipsâ, sed conceptu nostro duntaxat.

XIX. Ita duplex Deo tribuitur scientia, una necessaria, naturalis, seu *simplicis intelligentia*, quæ concipitur antecedere omne decretum Dei, & ex solâ naturâ ejus pendere, prout intuetur potentiam suam absolutam, quatenus extenditur ad omnia possibilia. Atque adeo recipit non differt à scientiâ attributi potentiae divinæ, sed nostro tantum concipiendi modo.

*Scientia
divina or-
do.*

*Scientia
simplicis
intelligen-
tia.*

XX. Fundamentum ergo istius scientiæ, seu radix possibilitatis rerum, est Dei potentia inseparabiliter juncta cum ejus sapientiâ. Et ita objectum illius scientiæ sunt res possibles in aliquo ordine possibili posite. Atque adeo decretum Dei non tam ordinaret res, quam ordines rerum possibles per Dei potentiam & sapientiam, è statu possibilitatis traduceret in statum

spt. J. XI.
futuritionis. Verum cum, accuratè loquendo, radix possibilitatis rerum non tam sit potentia, quam voluntas Dei, à quâ dependet omne possibile; non aliud potest hujus scientiæ poni fundamentum, quam voluntas Dei: adeoque reapse scientia hæc omne Dei decretum antecedens non datur.

XXI. Quod autem à quibusdam ponitur decretum Dei circa possibilia quæ nunquam sunt futura; supervacuum est: cum hæc possibilia ex hypothesi ordinaria hujus scientiæ commodius ponantur objecta scientiæ simplicis intelligentiæ, cum relatione ad Dei sapientiam & potentiam. Imo potius, cum talia possibilia nunquam futura non dentur, nisi tantum nostro considerandi modo, ut § 11. ostensum est; frustra decretum divinum circa ea ponitur. *¶ f. l. 1. e. 37. s. 19.*

Visionis.

XXII. Altera scientia appellatur libera, *visionis* & intuitiva; poniturque esse earum rerum, quas Deus ex decreto suo novit gloriam suam illustrare posse, adeoque decretum Dei præsupponit & sequitur.

XXIII. Oritur hæc divisio ex diverso respectu idearum divinarum, seu potius idæ divinæ, prout nempe consideratur, vel ut antecedens decretum divinæ voluntatis, & exhibens rerum quidditatem possibilem, vel ut consequens voluntatem ejus, & representans easdem res ut actu futuras. *Anima madvertit ad omnia hominum opera. Psal. 33: 15. Ex quo disposui populum eternum, ut futura & qua eventura sunt indicentur illis. Eta. 44:7.*


XXIV. Sed, ut jam dictum, accuratè rem considerando, non datur scientia rerum in Deo prior ipsius decreto & voluntate; cum à voluntate Dei sint non solum res ipsæ, sed & omnes rerum essentiæ, conceptus, veritates & possibilitas, prout à nobis illa concipitur. Non solum enim naturæ rerum ut existant à Deo liberè ordinantur, verum etiam earum ordo possibilis libere à Deo constituitur. Licet ergo scientia possibilium concipi posset præcedere scientiam rerum futurarum, nulla tamen potest concipi præcedere omnem voluntatem Dei, cum intercedere saltem debeat illa voluntas Dei, quâ rerum possibilium conceptus & ordinem voluisse concipitur. Verum cum eo ipso quod Deus ex voluntate sua res concipit, non solum possibles sint, verum etiam futuræ, imo cum nihil aliud possibile sit, nisi quod futurum est; clarum est, omnem rerum possibilitemt æquè ac futuritionem à voluntate Dei dependere, adeoque omnem scientiam Dei visionis esse.

f. 13. 14. Media.

XXV. Præter hæc autem tertium scientiæ genus excogitaverunt Jesuïtæ, quam *mediæ* appellaverunt: per quam Deus ante decretum voluntatis suæ ex hypothesi novisse fingitur eventus contingenter futuros, si crea-

tura





tura rationalis cum his vel illis conditionibus & circumstantiis ponatur, quamvis etiam illæ conditiones nunquam futuræ sint. Quod ipsorum figmentum avidè suscepimus est à Socinianis, Arminianorum plerisque, & aliis.

X X V I . Verum hæc non scientia , sed opinio & conjectura est ; cuius certitudo nulla est , cum præsupponat objectum quod non est certum , nec per determinationem divinam , nec per humanam , adeoque nec scibile , futura nimis conditionata , de quibus Deus nihil , ex hypothesi , decrevit se posse. Cum vero jam probatum dederimus , nihil esse , sive futurum , sive possibile , nisi dependenter à decreto & voluntate Dei ; imo omnia ita ab eâ pendere , ut aliter fieri non possint , neque ab æterno potuerint , adeoque nihil esse in statu possibilitatis , nisi quod futurum est , clarum hinc est , citra voluntatem Dei nihil quoconque modo futurum esse aut posse : ut vel hinc scientia hæc media longè adhuc fortius refutetur.

X X V I I . Grave etiam est , quod hominem ita vel faciant , vel præsupponant , in actionibus suis independentem à Deo ; præsertim in conversione , alisque gratiæ operibus , cum citra decretum Dei aliquid facturum ponatur.

X X V I I I . Atque amplius , cum nullam doceant causam , quæ res hasce contingentes determinet , oportet eos absolutam rerum ab æterno necessitatem introducere , per quam res istæ determinatæ futuræ & eventuræ sint ; quæ cum extra hominem Deumque sit , utrumque ligat , adeoque non homo solum , quod in nobis injustè culpant , sed & Deus ipse æterno & insolubili fato subjectus erit. Nam dicere , nos ignorare modum causamque unde rerum illarum futuritio dependeat , non est modestiæ , neque adeo satisfacit. Qui enim negant causam futuritionis rerum esse voluntatem Dei , illi aliam ejus causam statuere coguntur , adeoque & eam scire debent : quam & dare solent , à voluntate nostrâ eam deducendo ; quod quam absurdum sit , jam dictum est.

X X I X . Quæ autem Scripturæ vel exempla , vel loca hoc adferunt , in quibus futura aliqua sub conditione enunciantur , ea 1. ad scientiam visionis & decretum Dei pertinent , per quod non solum res actu futuras , verum etiam rerum omnium , seu futurarum , seu possibilium , ordo , nexus , dependentia & necessitas , seu absoluta , seu conditionata , ab æterno ponitur . 2. speciatim vel est in iis significatio ejus quod ex divino decreto & ordinatione consequitur ; quin potius non tam prædictio rei futuræ , quam indicat

indicatio præsentis; qualis est 1. Sam. 23: 11, 12. de molimine Kehilæorum Davidem traditorum, si ibi subsisteret, & *Saulis, Kehilam* proposito suo jam *descendentis*. vel 3. est indicatio ejus quod Deus circa certas personas operaturus fuisse, si cum œconomia temporum id convenisset: quod tamen ipsum impropriè sumendum, & scopus talium considerandus imprimis est; qui non est, rem hanc vel illam, sub hac vel illa conditione, determinatè futuram dicere, sed potius odiosâ comparatione hominum ingratitudinem & pertinaciam exaggerare: quo pertinet quod Christus de Tyro, Sidone & Sodomitis se conversuris dixit, Matth. 11: 22, 23. & Deus de *populis ignoto sermone utentibus*, Prophetæ, si ad eos mitteretur, auscultaturis, Ezech. 3: 6. & simili locutione Christus: *Quod si hi fileant, lapides clamabunt.* Luc. 19: 40. ubi non considerandum, quomodo lapides loqui possint dici, vel Tyrii aliive se convertere, quam scopus Dei Christique loquentis unice considerandus, eique inhærendum. Parallelus hisce est locus Jer. 2: 10.

SAPIEN- XXX. Scientiam Dei sequitur ejus *Sapientia*: quæ augustius quid so-
TIA DEI. nat, quâque novit Deus quibus rationibus in explicatione operum ac consiliorum suorum gloriam suam maximè illustratus sit, quâque convenienter ab ipso ad eam illustrandam fieri, vocari aut permitti possint, quâque adeo ea quæ constituit certum habent eventum. *Iam tum videbat eam & recensebat eam: comparabat eam, etiamque pervestigabat eam.* Iob. 28: 27. Et quamvis Deus nullo modo à fine & mediis dependeat, adeoque nullam decreti sui habeat causam, ejus tamen illi semper constat ratio, licet illa nobis occultissima sit. *O profundas divitias, tum sapientia, tum cognitionis Dei!* *Quis enim cognovit mentem Domini? aut quis ei fuit à confilio?* Rom. 11: 33, 34. Unde Deus non solum sapiens, sed & *solus sapiens* appellatur. Rom. 16: 27. 1. Tim. 1. 17.

C A P U T X X I I .

De VOLUNTATE DEI.

VOLUN- I.
TAS DEI.



Ntellectum Dei sequitur necessariò, si non præcedat, ejus voluntas, de quâ Scriptura: *Deus noster in cœlis est, quicquid placet facit.* Psal. 115: 10. *Consilium meum stabit, & omne beneplacitum meum faciam.* Esai. 46: 10. *Per voluntatem*

tuam



*tua omnia sunt & creata sunt. Apoc. 4: 11. Voluntati ejus quis ob-
stisit? Rom. 9: 19. Sicut enim Deus se intelligit, ita non potest
non se ipsum amare: neque ea re ipsa quid diversum ab intellectu
ejus est.*

II. Cum enim ne in homine quidem facultates ex re ipsa distinguan-
tur, sed in se mutuo intimè immeent, quum nihil intelligamus nisi simul
aliquid velimus, imo saepissime nisi quia aliquid voluimus, multo minus
in Deo hæc diversa sunt: verum cum idea Dei non adveniat ipsi ab obje-
ctis, sed contra objecta determinentur ab intellectu, aut potius à voluntate
Dei; manifestum est, intellectum Dei, quo res creatas intelligit, & volun-
tatem & potentiam ejus, qua ipsa determinat, unum idemque esse.

III. Cumque in Deo omnia sint per modum actus, atque adeo ipse
sit actus purissimus, semper exercitus, semper volens, voluntas ejus non
per modum facultatis concipienda est, sed est ipsa ejus essentia, ad modum
vitalis operationis concepta, instarque actus volendi essentialis. Adeo ut,
quamvis liberrima sit Dei voluntas, non tamen suspendere possit actum
volendi, ita ut cessef velle.

IV. Voluntas ergo proprie unica est in Deo volitio, aeterna, simpli-
cissima & immutabilis, per quam vult seipsum ut summum & infinitum
bonum, & ad se ipsum omnia alia. Atque hic ejus modus est; ut nempe
sit in Deo unicus tantum ac individuus, liber, efficax, aeternus ac perpetuus
volendi actus.

V. Quanquam enim ratione concipimus varios voluntatis divinæ
actus, eosque nostro conceptu distinguimus, revera tamen unico & sim-
plicissimo volendi actu Deus omnia comprehendit, sicut unico intuitu
omnia videt & intelligit. Eodem voluntatis actu vult ex. gr. mundum
creare & perdere; & discrimen omne à parte rerum & nostrorum ad eas
conceptuum est. Similiter quoque multum in Deo differunt, de ipso di-
cere, ipsum *aliter velle, & velle aliter*; quorum posterius, non autem pri-
us, Deo adscriendum est: potuit nimis Deus velle aliter, non vero ali-
ter velle; h. e. alia potuit Deus velle, non alio actu. *Quod tamen ipsum*
solum concipimus, non attendendo ad actum presentem voluntatis Dei;
eo enim posito ne quidem alia velle Deus potuit.

VI. Libera etiam est voluntas Dei. *An non licet mihi quod volo facere* *Est ea ma-*
in meis rebus? Matth. 20: 15. Licet enim, posito aeterno actu voluntatis *ximè libe-*
Dei, necessaria sit Dei scientia & operatio, ut ne quidem aliter velle possit *ra.*
Deus, nihilominus libera est, quatenus non tantum Deus non sentit se ab
aliâ

*Quæ non
est distin-
cta ab ejus
intellectu.*

*Et puriss-
mus est in
Deo actus:*

aliâ vi externa determinari, sed etiam revera non determinatur, aut determinatus est, sed à se ipso solo; quæ est summa libertas.

*& indiffe-
nens.* VII. Est ergo libertas in voluntate Dei summā, cum ea à nulla alia re dependeat, atque maximè indifferens sit. Quæ indifferentia sicut in creaturis, quibus ordo præscriptus est, maximum indicium est imperfectionis; ita in Deo, qui est ens independens, maximum perfectionis est argumentum.

VIII. Est vero ea tantum respectu effectuum & operum Dei: quæ tamen omnia, licet inter se multum diversa & contraria, per unicum eundemque voluntatis actum producuntur; aliter ac in homine, ubi pro varietate effectuum diversi voluntatis actus requiruntur.

IX. Non autem indifferens concipi debet voluntas Dei respectu Dei ipsius, adeoque earum veritatum, quæ attributum aliquod Dei involvunt. Deus enim se ipsum abnegare non potest. Sed tantum respectu earum rerum, quæ nullum Dei attributum involvunt, quæque adeo quamvis nunc necessariæ sint, Deum non determinarunt.

X. Ita Deus totam naturam liberè instituit: atque ita forte fieri potuit, ut ex. gr. bis ter non facerent sex, quamvis nos non tantum id non comprehendere, sed ne quidem ullum conceptum formare possumus, quomodo se res aliter habere possit, quia nempe Deus nobis dedit lumen intellectus finitum & rebus ut jam sunt accommodatum: at comprehensio istius veritatis lumen & intellectiō infinitam requirit: quia illa res non in naturâ ejusque principiis fundata est, sed naturam excedit; & in ipsa incomprehensibili & infinita Dei naturâ suum fundamentum habet. Apprehendimus tamen & scimus rem ita se habere: quia cum omnia ea, quæ in creaturis sunt, nullam naturæ aut essentiæ cum Deo cognitionem habent, liquido hinc sequitur, omnes creature, quæ ad existentiam, quæ ad naturam & essentiam earum, liberè à Deo creatas & ordinatas esse.

& eterna. XI. Æterna etiam est voluntas Dei. *Dominus acquisivit me, Sapientiam, ante opera sua.* Prov. 8: 22. *Fam tum videbat eam, & recensēbat eam.* Job. 28: 27. *Sicut nos elegit in ipso ante jacetum mundi fundamentum &c.* Eph. 1: 4. æque ac ipsa Dei essentia æterna est. Ut impiè Vorstius voluerit decretum Dei de omnibus rebus æternum non esse, sed ipsum multa demum in tempore velle quæ antea non voluit.

& efficax. XII. Est eadem etiam summè efficax. *Deus noster in cœlis est, quicquid placet facit.* Psal. 115: 3. *Qui agit omnia ex consilio voluntatis sua.* Eph. 1: 11. Ut male voluntatem quandam inefficacem & resistibilem quidam



in Deo ponant. *Ejus voluntati quis obstat?* Rom. 9: 19. *Ejus consilium stabit, & omnem voluntatem suam faciet* Esai. 46: 10.

XIII. Inde voluntas Dei est prima causa rerum. *Quia tu condidisti Ita ut sit omnia; & per voluntatem tuam sunt & creata sunt.* Apoc. 4: 11. Ita ut ^{Prima} ab ea non solum res ipsæ, verum etiam omnis rei modus, nexus, veritas, ^{causare-} ordo, lex, bonitas, & quicquid omnino in rebus concipi potest, dependeat. Neque ulla ejus causa propriè dicta datur, quamvis saepe occulta ejus detur ratio: neque ulla obiecti bonitas eam movere vel ei præstrui potest. *Cujus vult miseretur, quem autem vult, indurat.* Rom. 9: 18. Circa quod caput Pelagiani impegerunt.

XIV. Quamvis autem Deus ita absolutè omnia velit, & liberrima ejus voluntas à nullâ conditione externâ dependeat, adeoque nulla decreta ^{omnia ab-} conditionata in Deo fangi possint; nihilominus ea exitum seu effectum ^{solutè vult.} saepe non habet, nisi interveniente actione causæ secundæ, & in moralibus hominis arbitrio & voluntate: hinc enim certæ quædam relationes inter Deum & creaturam rationalem oriuntur, ad quas certi quidam effectus morales necessario consequuntur. Ita sanctitas creaturæ libera est fundamentum relationis illius inter Deum & creaturam liberam, ut Deus erga illam depromat omnia illa, quæ ab amore ejus erga creaturam sanctam separari non possunt. Ex adverso peccatum creaturæ fundamentum est relationis illius inter Deum & creaturam peccatricem, qua Deus manente illo fundamento erga eam depromit omnia illa, quæ cum odio illius creaturæ conjuncta sunt; qualia tum Deus juxta aeternum suum decretum confert. Quibus male intellectis quidam Deo imperitè adscripsere affectus & passiones, amorem & odium, velleitates quoque & desideria, quia nimurum fundamentum istarum relationum aliquando mutatur.

XV. Denique voluntas Dei immutabilis est. *Ego Jehova non mutor.* Est etiam Mal. 3: 6. *Non mentietur & non paenitebit eum; quia non homo est.* immutabilis. 1. Sam. 15: 29. *Consilium Jehova in seculum consiit.* Psal. 33: 11. Idem enim semper, & eodem modo vult. Atque haec ejus voluntas semper impletur: nam et si aberrare creaturæ interdum videantur à regulis ipsis positis, tamen consilium suum Deus semper exequitur. Neque hinc ullo modo tollitur rerum contingentia, cum voluntas Dei potius radix sit omnis contingentia & libertatis in rebus creatis; quia nempe ea ad tales effectus tales causas ordinavit: imo ne quidem ulla in creaturis libertas concipi posset, nisi Deus ipse foret ens liberrimum & absolutè summum.

O b j e -
c t u m
divina vo-
luntatis :
quod est,
tum Deus;
tum crea-
ture.

Quomodo
veretur
circa pec-
catum.

Voluntas
Dei divi-
sio : ut sit

XVI. Sequitur considerandum voluntatis divinæ objectum: quod est tum Deus, tum quicquid à Deo est. Primarium & adæquatum est Deus ipse. Nihil enim vult Deus nisi propter seipsum. *Omnia operatus est Je-hova propter se.* Prov. 16: 4. *Nam ex eo, & per eum, & in ipsum sunt omnia.* Rom. 11: 36.

XVII. *Secundarium* voluntatis divinæ objectum sunt omnia quæ Deus facit, aut fecit, h. e. res omnes, seu omne quod verum & bonum est. Non vult ergo malitiam peccati, quia non est res.

XVIII. Cumque in omnibus voluntatis operationibus elicitis reperiatur libertas, & quia libere ac sponte agimus, inde in animo exoriri solet delectatio ac gaudium, dolor autem & tristitia in eo consistat, quod multa contra voluntatem patimur; Deum quod attinet, ipsi nihil evenire quod ipsi ingratum sit, ipsumque ex adverso quicquid vult efficere, in aperto est. Quod ad peccata autem attinet, non potest quidem Deus iis delectari atque ea approbare; contra autem sanctitatem atque justitiam suā non potest se se non oblectare, atque eas summopere amplecti & velle, ac creature rationali proponere earumque iussa ei præcipere: verum tamen hinc non infertur, eum destinare ac velle ut sanctitatis illius placita actu præstentur ab omnibus creaturis rationalibus; multo minus velleitas aut desiderium aliquod illam in iis operandi tribuenda ipsi sunt. Aliud enim est, delectari rebus ipsis ab homine præstitis, idque testari mandatis & promissis; aliud velle & approbare istas res non solum tanquam res bonas, verum etiam velle ut actu præstentur & impleantur ab hominibus: quæ longè diversa sunt.

XIX. Cumque ita Dei voluntas de omnibus omnino rebus sine exce-
ptione statuerit, in rebus volitis ordo quidam concipitur, cuius respectu
voluntas Dei, quæ unica in se est, varie distinguitur, prout varie circa
objecta operatur, vel operando, vel approbando opera sua, vel mandando
& promittendo, vel prohibendo & comminando: unde alia voluntas
efficiens & Dei efficiens, alia approbans opera sua, tum generatim omnia in aliis crea-
turis, tum speciatim moralia in rationalibus creaturis, dicitur. *Deus ope-*
ratur in vobis & velle & perficere. Phil. 2: 13. *An ullo pacto delector*
occulta & morte improbi? Ezech. 18: 23. alia *occulta*, alia *revelata*. *Quæ abscondita*
revelata fuerant Iehovæ Deo nostro, & quæ revelata sunt nobis & filii nostris. Deut.
29: 29. quæ tamen una eademque voluntas Dei est, ex parte occulta, ex
parte revelata. *Statim dicitur Iacobus & Israëli, quid paraverit Deus.*
Num. 23: 23. *Secretum Iehovæ est timentibus ipsum.* Psal. 25: 14.

Quam









Quam occultam Dei sapientiam (quam præfinierat Deus ante sæcula) nemo principum sæculi hujus cognovit ---- nobis autem Deus revelavit per Spiritum suum. 1. Cor. 2: 8-10. alia beneplaciti, alia signi : quæ tamen commodius diceretur signum voluntatis approbantis, quam ipsa voluntas Dei. *beneplaciti & signi.*

XX. Cum tamen omnis voluntas signi voluntatem aliquam Dei sibi respondentem habeat, ut ex. gr. quod vetat peccatum, testatur Deum illud odisse ; inde quoque ea voluntas beneplaciti appellari potest : quamvis non respectu ejus, quod nos primo adspectu inde concipimus, verum respectu ejus quod Deus revera vult : adeo ut hæc non opponenda, sed sibi mutuo supponenda sint ; quanquam voluntas beneplaciti latius plerumque pateat, & rarius sese verbis declarare soleat, sed potius rebus ipsis sese cognoscendam præbeat.

XXI. Commodius tamen voluntas Dei dividitur in voluntatem iudeicas & evaginas : illa est voluntas beneplaciti & decreti. Etiam Pater, iudeicas quia ita placuit tibi. Matth. 11:26. hæc est complacentia seu approbationis circa officia hominum, juxta mandata Dei præstita. Quæ sit voluntas Dei bona illa accepta ac perfecta. Rom. 12: 2. Probantes quid sit acceptum Domino. Eph. 5: 10. Illa voluntas ordinans & decernens, hæc jubens & præcipiens ab aliis appellatur.

XXII. Neque ulla inter duas hasce voluntates est repugnantia, sed sola diversitas in objectis ; quæ non eadem sunt in voluntate signi & beneplaciti : præcipue cum mandata Dei non absolutè, sed comparate cum finibus suis semper spectanda sint. Atque sic voluntas Dei ab omni calumnia absolvetur, neque sibi unquam contraria apparebit : contra ac Lutherani cayillantur, ac si diversas in Deo voluntates poneremus.

XXIII. Voluntas beneplaciti Scholasticis dividitur in antecedentem & consequentem : quæ distinctio Damasco debetur ; apud quem l. 2. & consequens. της ὀρθοδ. πίστεως μετανοίας & επομένης : nisi quod quens. ante eum Chrysostomus distinxerit inter voluntatem primam & secundam. Avidè eam acceperunt hodierni Novatores omnes, dum antecedentem voluntatem volunt esse, qua Deus omnium salutem desiderat, omnibusque media salutis largitur, nihil tamen statuens, donec videat plures mediis istis abusuros ; unde tum consequente voluntate statuit plurimos damnare.

XXIV. Verum hæc multiplicem imperfectionem in Deo ponunt, ejusque vel scientiæ vel potentiarum magnopere derrogant, dum quædam volunt quæ nec scivit, nec consequi potuit ; voluntatemque Dei ad actus

creatūræ mutabilem , iisque posteriorem faciunt : cum tamen ea semper antecedat actus humanos , eosque regat . *Si Dominus voluerit & vivamus , faciemus hoc , aut illud .* Jac . 4: 15. etiam si Deus multa velit , quæ tamen consequi non voluit nisi ex actu creaturæ antecedente .

C A P U T X X I I .

De Attributis divinae voluntatis , quæ affectus vocantur.

*Attributa
voluntatis
Dei.*



I. Oluntas divina , cum eminenter contineat omnes proprietates humanæ voluntatis , variis insignitur nominibus in Scripturâ , quæ vel *affectuum* vel *virtutum* titulo nobis occurunt . Quæ tamen non sunt attributa Dei interna , ut ipsa voluntas Dei ; sed relativa solum , creaturas spectantia .

A F F E -
C T U S
quomodo
*Deo tri-
buantur.*

II. *Affectus* in Deo non designant passiones vel commotiones , nec concipiendi sunt veluti diversæ voluntates in Deo , quæ aliquam mutationem in eo inferunt , ut ex. gr. ira & misericordia , sed sunt actus ejusdem voluntatis , & notant tantum diversas ejus *σχέσεις* & relationes , quæ diuersum quæque habent fundamentum (veluti ex. gr. iræ divinæ fundamentum est peccatum , & sic in cæteris) unde tum fluunt certæ Dei relationes ad hominem , & actiones circa eum , quæ tale fundamentum & relationem sequi solent , & tamen nihil mutationis in Deo inferunt . Unde etiam Deo non tribuuntur nisi in ordine ad res extra Deum , non vero in ordine ad Deum ipsum .

III. Ut male Sociniani , quicquid aliquando tergiversentur , revera affectus Deo tribuant , & voluntatis sive commotiones , sive actus , etiam vehementiores , quibus voluntas Dei ardentius in objectum suum fertur , vel ab eo refugit , & prorsus commovetur , ad similitudinem nimirum affectuum humanorum .

IV. Nos Deo actum quidem tribuimus , qui est purissimus , sed non metum : affectus vero non nisi per *adversariam* , non ad similitudinem quandam *affectus* in nobis , quod adversarii volunt , sed *affectus* .

V. *Affectus* enim illi multiplicem in Deo imperfectionem dicerent : ut 1. imperfectam volitionem . 2. dependentiam ab eo à quo oriuntur ,





tur, & à quo quis afficitur. 3. impotentiam : sèpe enim inefficaces sunt, & superantur aut evanescunt, ubi iis non satisfit. 4. mutationem multipli-
cem, & quidem satis ignobilem mutationis speciem , à qua *passiones* deno-
minantur. Quæ omnia Deo indecora sunt. *Apud quicm non est transmu-
tatio, aut conversionis obumbratio.* Jac. 1: 17. 5. Denique summæ ejus
beatitudini repugnant, quæ nulla boni accessione augeri , nec ullo mali
sensu contingi ac violari , multo minus omnibus affectuum modis ac ve-
luti formis circumagi potest.

V. Nec satisfaciunt adversarii, dum quicquid imperfectionis in affec-
tibus sit , Deum iis minimè lèdi, sed ab immensa bonorum in ipso copia
eam absorberi ; imo vel maximè ipsi adversa, pro summâ ipsius sapientiâ
ac potentia , in bonum converti, affirmant. Argumenta enim hæc sunt
quibus homines , dum ipsorum animi quies affectuum æstibus contur-
batur, solaremur , non autem Deum. Quicquid enim sit , dum adversa
ipsi accidentur , cumque movent , ingrata esse non desinunt, nec sine pugna
ac certamine ab immensa felicitatis magnitudine ea tandem opprimi ac
obrui possunt ; ut saltem aliqua displicentia , lucta & veluti animi æstu ac
angor in Deo aliquanto tempore esse debeant, quæ ipsius pacem turbent,
donec nempe tempestas illa, inducto sereno & placido statu, iterum
discutiatur.

VII. Cum vero in hominibus locum habeant se v primitivæ passiones, *Eorum op-
Admiratio, Amor, Odium, Cupiditas, Latitia, Meror,* ad quas aliæ redi-
guntur, quæ cum iis conjunctæ sunt, aut ex eis oriuntur ; eundem quoque
ordinem in passionibus divinis , ita dictis, quantum licebit, servabimus.

DE ADMIRATIONE DEI.

VIII. Hic affectus cum in homine oriatur, ubi quid insolitum ipsi oc- **ADMIS-**
currit, quod admiratur , atque eo percellitur , in Deo locum non habet; **RATIO.**
cum vel à sapiente suo eum abesse velint Philosophi : in Christo homine
tamen bis notatur ; semel qua fidem, Matth. 8: 10. semel qua infidelita-
tem, Marc. 6: 6. admiratus legitur.

DE AMORE & ODO DEI.

IX. Cum vero objectum nobis obversatur ut bonum, h. e. nobis con- **AMOR**
veniens , amorem excitat , quo conamur nos illi conjungere & unire ; *Dei.*
cum ut malum & noxiū, ad odium nos stimulat, quo intimir nos se-
parare ab eo. Atque sic Deo quoque amor attribuitur respectu creaturæ,
in

in quam veluti fertur tanquam in rem suam, ac eo modo sibi similem, cuique ipse sese veluti unire eique benefacere vult, & quidem pro diversitate objectorum diversis modis & gradibus: actus autem ipse divinæ voluntatis unicus & simplicissimus est; qui amor dicitur, quatenus notat certam Dei ad creaturam relationem & respectum, ex quo sequitur effectus beneficiæ Dei erga ipsam.

*benevolen-
tia & a-
amicitia.*

X. Cumque amor in homine sit vel *benevolentia*, vel *amicitia*, vel *devotionis*, pro diversa rei amatae apud amantem existimatione & pretio; in Deo amor erga nos distingui solet in amorem *benevolentia* & *amicitia*: qui aliis *antecedens* & *consequens* dicitur.

*Bonitas
Dei.*

XI. Priori respectu Deo *bonitas* & *benignitas* attribuitur, per quam propensus est ad bonum suum communicandum creaturis suis omnibus, nulla adhuc ratione virtutis aut obedientiae habitâ. Unde & simpliciter *bonus* dicitur. Matth. 19: 17. & *charitas* 1. Joh. 4: 8. Ita dilexit Deus mundum &c. Joh. 3: 16. *Quam charitatem erga nos Deus commendat.* Rom. 5: 8. *Apparuit bonitas & amor f. Christi erga homines.* Tit. 3: 4.

XII. *Amor amicitiae* est, quo Deus fertur in creaturam justam & sibi placentem, qua talem. *Fieri non potest ut sine fide quisquam ei placeat* &c. Hebr. 11: 6. atque ejus effectus est communio bonorum ipsius, quæ æterna & perpetua, pro ratione foederis sui, hominibus largitur.


*Gratia
ejus.*

XIII. Sub aliâ consideratione amor & *bonitas Dei* appellatur *gratia*, quatenus se exerit citra omne creaturarum meritum, & est intensum studium ei beneficiandi. *Quod si per gratiam, non jam ex operibus.* Rom. 11: 6. *Gratia estis servati* &c. *idque non ex vobis.* *Dei donum est.* Eph. 2: 8, 9.

XIV. Estque vel *generalis* erga omnes creature. *Bonus est Jehovah omnibus, & miserationes ejus super omnia opera ejus.* Psal. 145: 9. vel *specialis* erga electos. Noach invenit *gratiam in oculos Jehovah*. Gen. 6: 8. Maria *gratiam invenit apud Deum.* Luc. 1: 30. quæ in Deo studium nos glorificandi significat. Rom. 8: 29, 30.

XV. Quamvis vero ea proprie in ipso Deo sit. *Qua nos gratis efficit sibi gratios* &c. Eph. 1: 6. tamen metonymicè sâpe ipsa Dei dona hoc vocabulo vîniunt. *Nam ex ipsius plenitudine accepimus omnes gratiam pro gratia.* Joh. 1: 16. *Per quem accepimus gratiam & Apostolatum.* Rom. 1: 5. quo sensu Scholastici distinguunt inter *gratiam gratum facientem* & *gratiam gratis datam*: prior electis in Christo solum tribuitur; posterior continet charismata quæ reprobis & electis communia sunt.





XVI. Pessime autem distinguunt Jesuitæ & Remonstrantes in gratiam *sufficientem & efficacem*: cum nulla sit sufficiens nisi eadem sit efficax, nam gratiæ sufficienti nihil amplius superaddi potest: unde nec ipsi hoc desinere possunt quid auxilium Dei efficax priori gratiæ superaddat, tandemque eo redeunt, ut omnia in humanæ voluntatis arbitrio ejusque recto usu ponant; ut suo loco videbitur.

XVII. Amori oppositum est *Odium*; qui est affectus displicentiae & *ODIUM separationis à personâ dissimili & ingrata*: estque in Deo nihil aliud quam *Dei*. improbatio peccati, illiusque puniendi voluntas; seu est relatio Dei ad peccatorem cum effectu punitionis propter peccatum ipsius, quia id est deviatione ab ordine quem Deus præscripsit: quam consequitur separatio creature à Deo, omnibusque bonis ejus: cum enim ea ob peccatum creatori disformis & dissimilis facta sit, ille cum eâ communionem habere amplius non potest.

XVIII. Cumque objectum odii duplex sit, vel peccator, vel ejus iniqüitas & peccatum ipsum, Deus non solum peccatum, sed & peccatorem odit, cumque proprie punit ex irâ, ut ipsi male sit, ita ut peccatoris malum ipsum respiciat, veluti solutionem debiti. Longe aliter ac in hominibus fit: illi enim jus pœnarum proprie dictum non habent, nec ideo jus habent proximum propriè odio prosequendi. Odisse peccatum ipsis quidem fas est, estque id nihil aliud quam judicare actum quendam moralem vitiosum esse & à Deo puniendum; peccatorem autem odisse ipsis nefas. Inde justitia humana non intendit malum proximi, quo tamen odium suâ naturâ tendit, neque judex terrenus est vindicta mali moralis, hoc enim solius Dei est; sed tantum correctionem, aut exemplum, aut aliud quid quod pertinet ad bonum civitatis, spectat, ad quod per accidens malum peccatoris sequitur, cui dum pœnam infligit, simul tamen ei condonare eum que amare ac bonum ejus querere debet.

DE IRA DEI.

XIX. Species odii vel aversionis est *ira*, quæ est cupiditas repellendi *IRA Dei*. res noxias, & propriè tendit in personas ipsas quæ nobis nocuerunt, vel nocere conatae sunt.

XX. Atque ea Deo quoque passim attribuitur. *Osculamini filium, ne forte irascatur*. Psal. 2: 12. *Ne in excandescencia tua corripias me*. Ibid. 6: 1. *Ne accensus ira Jehova Deus tuus in te, perdat te è superficie terre*. Deut. 6: 15. non quidem cum isto motu animi, qualis in hominibus appetit,

parct, sed quatenus voluntatem peccatum vindicandi & peccatorem affligendi dicit: qui *Zelus* in Scripturā appellatur, quatenus nimis Deus veluti cum flagrantia afferit rem sibi longe charissimam à peccatore lēsam, nomen & gloriam suam. Unde Deus in gravibus peccatis præcipue exardescere dicitur: & quidem idolatriæ potissimum respectu zelus illi tribui solet: quod Majemonides non recte de ira Dei simpliciter dicit observavit; cum illa etiam respectu aliorum peccatorum Deo attribuatur; ut propter ipsum tentantes Israëlitas, Psal. 78:18, 19. propter rebellionem Corachi, Dathanis & Abirami, super quos ira fervor egressus est à facie *Jehovæ*. Num. 16:46. circa viduarum & orphanorum oppressionem; propter quam irascitur *natus* Dei. Exod. 22:24. in incredulos: *Qui enim non credit Filio, ira Dei manet super ipsum.* Joh. 3:36. imò manifestatur de cœlo ira Dei adversus omnem impietatem, & iniquitatem. Rom. 1:18.

XXI. Iræ ergo divinæ objectum propriè est homo nocens, & proxima ejus causa peccatum. Mala autem illa quæ piis, aut etiam creaturis innocentibus, eveniunt, ira nomine non veniunt, nec ex ea à Deo immittuntur. Longe enim abest à Deo ut mori faciat justum cum iniquo. Gen. 18:25. nisi per vocabuli catachresin aliquando ira Dei hic mentio fiat: nempe sicut & patri ira erga filios suos adscribitur; non enim semper ira ex odio, sed & sèpè ex amore nascitur.

XXII. Propriè autem ea in impios fertur, qui & filii iræ appellantur: unde eos non solum mala temporalia, sed præcipue æterna manent. Quamvis enim Deus multis modis iustitiam suam in hac vitâ ostendat, in illis omnibus tamen nondum cognoscitur vis iræ Dei. Psal. 90:11. quæ revelabitur potissimum ultimo die. *Ipse tibi thesaurum recondis ira. in diem iræ & revelationis justi judicii Dei.* Rom. 2:5.

DE DESIDERIO & AVERSIONE DEI.

DESIDERIUM & AVERSIO DEI. XXIII. Bonum, quatenus consideratur ut acquirendum in futurum, cupiditatem excitat, quæ *desiderium* appellatur; cui, respectu mali futuri vel imminentis, opponitur fuga vel *aversio* ejus.

XXIV. In Deo sicut datur plenissima fruitio boni & complacentia in eo, sic ejus quasi absentis cupiditas & desiderium, multo minus aversio, & horror ille à malo, quasi jam iam imminentे, in ipso non datur; quippe quæ cum entis beatissimi naturâ non conveniunt.

XXV. Solet tamen Deo in Scripturâ desiderium attribui, respectu hominis, utpote in bonum ejus tendens, quatenus *conversionem*, rem sibi
gra-



gratissimam, & salutem ac beatitudinem ejus æternam quasi desiderat; ut & fuga & aversio, qua à malo seu periculo ejus aversus est: hinc Deus peccata, itemque perditionem & exitium creaturæ istius nobilissimæ aver-sari & odisse dicitur.

DB SPE DEI, EJUSQUE OPPOSITIS.

XXVI. Ex desiderio, si bonum illud in quod serimus acquisitu-fa-
cile appareat, oritur *spes*, si difficile, *timor*: spei autem summus gradus
vocatur *fiducia*; sicut extremus metus tandem fit *desperatio*.

XXVII. Quæ omnia etiam Deo ἀνθεκταὶ in Scriptura tribuuntur. Spes, quum expectaret Dei patientia in diebus Noe &c. 1. Pet. 3: 20. Et expectavit palmitem facere uvas. Esai. 5: 2. Tres anni sunt, ex quo venio querens fructum in ea vinea & non invenio &c. Luc. 13: 6-10. In quibus locis tamen expectationis vox est, quæ cum valde impropre Deo tribuenda sit, potius ea ad patientiam Dei referenda est. *Metus* duntaxat METUS semel de Deo occurrit, nempe ubi Deus dicit, *Exterminabo eos, nisi in-die ejus. expectationem inimici timerem*. Deut. 32: 26, 27. Cui metui conjuncta est cura, mala ea quæ metuuntur, prævertendi. *Neforte homo nunc manum suam mittat, & sumat de arbore vita* &c. Gen. 3: 22. Ad quem affectum etiam pertinet *Zelotypia*, quæ est metus amittendæ rei charissimæ & pretiosissimæ, quæ Deo, qui gloriam suam unicè charam habet, passim adscribitur. *Ego sum Deus fortis, Zelotes.* Exod. 20: 5. *Zelus Jehovæ Ze-baoth hoc faciet.* Esai. 9: 7. & 37: 32. *Desperationis* autem vox Deo qui-dem non tribuitur, sed analogum ejus. vide Esai. 5: 4. *Quid faciam ultra vinea mea?* Jer. 2: 21. *Plantavi te vitæ generosam:* & quomodo conver-sa es mihi, declinantes rami vitis alienæ? Prov. 1: 21-26. *Uisque quo sim-plices diligitis simplicitatem, derisores derisionem?* --- *Ego quoque in cala-mitate vestra ridebo.*

DE GAUDIO & TRISTITIA DEI.

XXVIII. Bonum consideratum ut præsens, & ad nos spectans, gaudi- GAUDI-
um excitat, malum tristitiam. Prius Deo tribuitur, vel respectu ejus quod UM &
fieri ab hominibus desideravit: ut in *Abele*, qui per fidem majoris pretii TRISTI-
TIA Dei. *Sacrificium Deo offerens quam Cain, testimonium a Deo de donis suis obti-nuit.* Hebr. 11: 4. ita in holocausto Noachi odoratus est *Jehova odorem quietis.* Gen. 8: 21. cui *audire præ sacrificio bonum, intendere præ adipe grietum &c.* 1. Sam. 15: 22, 23. *Victimis laudis & benificentia delecta-*

tur Deus. Hebr. 13: 15, 16. Ita erit gaudium in cœlo super uno peccatore magus, quam &c. Luc. 15: 7, 10. vel respectu bonorum, quæ ipse iis præstat. Reversurus est ad gaudendum super te in bonum, quemadmodum gaudies est super pures tuos. Deut. 30: 8, 9. Vocaberis delicia meæ -- quia delectabitur Iehova ie. Esi. 62: 5. Gaudabo super eos, eis benefacendo. Jer. 32: 41. Posterius displicatiam in Dco notat rei alicujus veluti ingratae ac molestæ. Pœnituit Iehovam, quod fecisset hominem, & doluit apud animam suam. Gen. 6: 6. Et affecerunt dolore Spiritum sanctitatis ejus. Esi. 63: 10. Quoties cum exacerbarunt in deserto? dolore affecerunt eum in solitudine? Psal. 78: 40.

XXIX. Sicut autem datur in homine lætitia purè intellectualis, quæ est jucunda commotio in animâ excitata à semet ipsâ, ob possessionem boni, quod sibi ut suum propriè representat; sic multo magis hæc in Dœ analogice locum habet.

DE IRRISIONE & MISERICORDIA DEI.

XXX. Lætitia considerata prout respicit bonum aliorum, si digni sunt, lætitia nuda est; si indigni nobis appareant, *invidia* est, quæ tristitia species est. Ubi vero malum aliorum respicimus, si digni appareant, *irrisio*. lætitiam nostram comitatur, quæ est species lætitiae mixta cum odio mali, quod tamen gaudemus hærcere in iis qui eo digni sunt; si indigni videantur, *commiseratio* excitatur, quæ etiam tristitia species est.

XXXI. *Invidia* in Dœ locum non habet. *An oculus tuus malus est, quia ego bonus sum?* Matth. 20: 15.

IRRISIO
Dei.

XXXII. *Irrisio* ipsi tribuitur Prov. 1: 26. & speciatim duo peccatorum genera Deus irridet, superbos & idololatras. De illis est Psal. 2: 4. Esi. 14. ubi de rege Babylonis. Gen. 3. ubi de Adamo. de his vide Jud. 10: 14. Jer. 2: 28. Esi. 47: 13. Hof. 13: 10. Sapientiam tamen Deus talibus irasci dicitur, quam eos irridere: imo *irrisio* ejus in ira fit. *Habitans in cœlis ridebit; Dominus in furore subannabit eos.* Psal. 2: 4, 5.


MISE-
RICOR-
DIA ejus.

XXXIII. *Misericordia*, seu *commiseratio*, est tristitia species, amoris mixta, erga illos quos mali quid pati videmus, quo eos indignos judicamus. Qui ut non solum debilium, sed & generosiorum animalium affectus est, qui, cum supra malum sint, aliis tamen benè volunt; ita & Deo maxime convenit, ipsique tribuitur Exod. 34: 6. non quidem per modum affectus, sed quatenus revera succurrit misero: ita ut ea in maximâ emphasi sua nihil aliud notet, quam actuosam restauracionem hominis miseri in Mediatore.

XXXIV. Et-



28





XXXIV. Etsi enim ea interdum generaliter sumitur pro omni Dci benignitate. *Quam pretiosa misericordia tua Deus!* Psal. 36: 8. *Misericordies ejus super omnia opera ejus.* Ibid. 145: 9. propriè tamen erga electos locum habet. *Deus, qui dives est misericordia, propter multam charitatem, qua dilexit nos.* Eph. 2: 4, 8. *Ex multa sua misericordia regenuit nos in spem vivam.* 1. Pet. 1: 3. *Nunc etsis misericordiam consecuti.* Ibid. 2: 10. & quidem meritum omne hominis excludit. *Præstitutum Dei quod est secundum electionem, non ex operibus, sed ex vocante.* Rom. 9: 11. *Ut notas ficeret divitias glorie sue erga vasam misericordie.* vs 23. unde exercitium ejus summè liberum est. *Itaque cuius vult, miseretur.* Rom. 9: 18.

XXXV. Corruerunt eam Sociniani, dum eam Deo essentiale ne-gant, ne videlicet & justitiam Deo essentiale aut necessarium statuere cogantur; neque eam etiam ad omnia peccata, præcipue eorum qui in extremis positi ad Deum se se convertunt, extendi volunt.

DE ACQUIESCENTIA & POENITENTIA DEI.

XXXVI. Alia quoque latitiae species est, orta ex consideratione cause boni, tam præsentis, quam præteriti. Ubi nimur boni quid à nobis præstitum, inde oritur satisfactio seu *acquiescentia* in se ipso; quæ omnium aliarum passionum & latitiarum dulcissima est, quia causa ejus non aliunde quam à nobis pendet: cum è contrario malum præstitum *pœnitentiam* excitet; quæ tristitiae species & omnium passionum amarissima est, quia ejus causa non aliunde quam à nobis est.

XXXVII. Deo *acquiescentia* maximè competit, ut dein in beatitudine *Dei a c-
e-
qui-
scen-tia* videbimus.

XXXVIII. *Pœnitentia* autem proprie Deo convenire non potest. *Non vir Deus, ut mentiatur, & filius hominis, ut pœniteat eum:* an ipse dixit & non faciet? Num. 23: 19. nisi in Deo stultitiam & defectum ingenii ponamus, vel ctiam impotentiam: ex duobus enim ipsis pœnitentia solum exoritur. Verum metaphorice & impropriè ea ipsi tribuitur. *Et pœnituit Jehovam quod fecisset hominem in terra,* & doluit apud animam suam, & dixit *Jehova Delebo hominem quem creavi, quia pœnitet me quod feci eum.* Gen. 6: 6-9. *Pœnitit me* (inquit *Jehova*) *quod constituerim Saul in Regem.* 1. Sam. 15: 11. non in affectu, sed in effectu, & cum respectu ad externa Dei opera, quatenus ea præter omnem expectationem mutuantur, atque ea Deus facit, quæ homines pœnitentes faciunt. Et quidem no-

tandum est , nunquam in Scripturâ Deo pœnitentiam adscribi , nisi in rebus homines concernentibus; ut ita homo potius ad pœnitentiam invitetur, dum ea Deo hominis respectu tribuitur. *Si convertatur gens illa à malo suo, contra quam locutus fuero, pœnitentia quoque me ejus mali quod cogitaveram facere ei.* Jer. 18: 8.

XXXIX. Sunt tamen etiam quædam opera Dei, in quibus ne quidem pœnitentia metaphorica locum habet, nimirum charismata ex fœdere gratia profluenta; quæ planè sunt *spirituālia.* Rom. 11: 29.

D E G L O R I A D E I .

G L O R I A . XL. Si denique bonum , quod in nobis est , referatur ad opinionem quam alii de eo concipere possunt , excitat in nobis *gloriam*, sicut malum *pudorem*; quæ gloria est species lætitiae fundata super amore sui ipsius, atque oritur ex opinione aut spe conceptâ laudis apud alios obtinendæ. Atque hæc Deo quoque competit; nimirum tum interior illa gloria, quæ in se & attributis suis gloriosus fuit ab æterno; tum exterior , quæ à creaturis, & in ipsis, in tempore glorificatur; juxta illud Pauli : *Sive editis, sive bibitis, sive quid facitis, in gloriam Dei facite.* 1. Cor. 10: 31. *Ego Jehova: hoc nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo.* Efai. 42: 8.

C A P U T X X I V .

De attributis voluntatis divinae , quæ virtutes vocantur.

V I R T U - I. Ræter hosce affectus analogicè *virtutes* etiam quædam Deo tribuuntur, quarum vis est in directione affectuum, & speciatim in iræ moderatione.

P II. Tribuitur autem virtus Deo non sub ratione habitus, quæ humanæ virtutis ratio est , sed quatenus notat perfectionem eam, quæ est in habitu , & promptitudinem agendi; cum ceteroquin ab essentia Dei virtutes ejus non differant.

III. Similiter, et si inter homines, quandiu viatores sunt, magnitudo virtutis à molestiâ & lucta, quam exantlare necesse habent , peti soleat, tamen hoc ipsis virtuti accidentale est; neque enim in homine integro ea lucta fuit,



neque etiam minor ejus perfectio forct, qui divinâ quâdam luce plenissime perfusus, promptissimâ voluntate, sine ullo magnopere certamine & pugnâ, omnes virtutis numeros compleceret: atque adeo multo id minus in Deo locum habet, qui summâ cum pace & voluptate ubique sanctissimum & perfectissimum sepe præbet: neque eo desinit & misericors & longanimis esse, eo quod nullus in ipso ad sœviendum stimulus sit, cum quo pugnare necesse habeat, sed potius eo major & perfectior est ejus misericordia.

IV. Sic etiam virtutes illæ, quæ ex occasione peccati & imperfectionis in homine sunt, ut ex. gr. pudor, Deo non convenient.

V. Sunt tamen in Deo virtutes quædam, quæ ut *prime*, quædam quæ ut *secunda* concipiuntur. Ex. gr. bonitas, sanctitas, virtutes primæ sunt; misericordia autem & justitia vindicatrix inter secundas recensentur, cum in actu exercito non sint nisi præsupposito peccato.

VI. Virtus ea, quæ in affectuum omnium directione versatur, *justitia* TIA ejus.
appellatur.

VII. Verum ea in Deo ad placita humana exigi non debet; unde in Deo nec commutativa, nec distributiva justitia, more humano, locum habet. *Quis prior dedit ei, & reddetur ei?* Rom. 1:1: 35. Imo ubi consideramus nos à Deo ex nihilo creatos, non difficulter intelligimus, nos ne quidem nostros, absque Dei injuriâ, dici posse; & per consequens nullam propriè inter Deum creatorem & nos creaturem dari aut intercedere posse justitiam. Ut Deus duntaxat pro singulari bonitate suâ justitiam inter sepe & nos homines constituerit. *Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, & laboris & charitatis, quam exhibuitis ipsius nomini.* Hebr. 6: 10. *Reposita est mihi justitia corona, quam reddit mihi Dominus, justus ille iudex.* 2. Tim. 4: 8.

VIII. Ponitur ea in Deo vulgo duplex; *universalis*, quæ nihil aliud *Distributio* dicit quam sanctissimum istum divinarum virtutum complexum, ac veluti *tio illius*. chorum, quæ in omnibus dictis ac factis ejus, tum in omni mundum hunc regendi ratione elucet; ita ut nihil agat nisi quod rectissimum sit. *Rupis illius opus est perfectum, omnes enim via illius sunt jus.* Deut. 32: 4. *Bonus & rectus est Jehovah.* Psal. 25: 8. *Justus est Jehovah, & justitiam diligit.* Ibid. 11: 8. & *particularis*, quæ proprius spectat id quod aleri convenit, & ex lege veluti debetur, quæque in præmiorum ac poenarum æquabili distributione consistit.

IX. Commode vero hæc distribuitur in *punitivam & arbitrariam.*

X. Ut.

Jus Dei. X. Ut autem iustitia hæc punitiva intelligatur, considerandum est tum jus Dei, tum etiam *sanctitas ejus*, ex qua ea proxime fluit.

XI. *Jus* est id quod cuique competit: cunctique omnis juris constitutio propriè versetur inter res voluntate prædictas, res autem liberæ sint vel Deus, vel creatura, hinc duplex jus exoritur, *divinum & humanum*.

XII. *Jus divinum* est quod Deo competit. *Date Deo qua Dei sunt.* *Luc. 20:25. Qui post Dei ius cognitum &c. Rom. 1:32.* Cum enim summus omnium rerum sit dominus, neccesse est ut ab eo omnia dependant, non solum omnes res existentes, sed & omnis ordo, veritas, lex, omne bonum, sanctum, justum. Atque illa Dei sufficientia & in omnes creaturem potentia, jus & fundamentum imperii divini constituit. *Ad emulationem provocamus Deum? Num eo validiores sumus?* *I. Cor. 10: 22.*

XIII. Absolutum autem illud dominium temperare voluit Deus facere gratioso, quo ipsum non ut dominum, sed ut patrem reveremur; ex quo feedere ac jure inde orto non potest homo *frustra querere Deum.* *Ezai. 45: 19.*

Hominis. XIV. Huc etiam pertinet *jus hominis*, quod Deus in hoc temperato suo dominio observat; quod exigit ut Deus id circa hominem faciat, quod perfectione, bonitate & promissione suâ dignum est. Ita creaturem rationalem immerentem æternis cruciatibus addicere non potest; sic enim odisse posset hominem innocentem, quod contra ejus iustitiam est: neque etiam hominem ad simpliciter impossibile obligare potest; sic enim postularer ab homine quod sibi non debetur: denique nihil contra rationem & æquitatem, quam ipse determinavit, de creature rationali statuere potest. Etsi enim quavis creature longe sit superior, tamen nihil Deo tribuendum est, nisi quod ex jure illo supremo agnito, cuius principia etiam humanæ naturæ impressa extant, quæque inter homines omnis juris & æqui fundamenta sunt, ipsi competere intelligitur. Unde nihil periculosius in religione doceri potest, quam dicere multa à Deo fieri posse, in quibus tamen ratio humana nullam æquitatem agnosceret potest; hoc enim pacto omnis cultus rationalis subvertitur: cum è contra Scriptura infinitis locis æquitatem Deo tribuat, vel iniquitatem ab ipso removeat, juxta legem ac rationes æquitatis naturalis ac humanæ. *Non cum Domino Deo nostro iniqüitas & assumptio facierum, & acceptio muneris.* *2. Chron. 19: 7. Num incredulitas eorum fidem Dei inanem reddet?* *Abfit;* imò esto Deus verax. *Rom. 3: 3, 4. Quid igitur dicemus? Num iustitia est apud Deum?* *Abfit.* *Ibid. 9: 13, 14. Non iustus est Deus &c.* *Hebr. 6: 10.*





XV. Sicut autem Deus ita summè justus est, ita etiam justissimæ voluntatis ipsius beneplacitum *sanctitas ejus* est. Quæ in eo consistit, quod actiones ipsius exactè cum ejus voluntate convenient : quæ voluntas ejus omnis sanctitatis regula est. Quemadmodum ergo ex voluntatis suæ beneplacito constituit & præscriptit homini ordinem suum particularem, approbando bonum & improbando malum ; ita homo ad illam normam divinæ voluntatis se componere debet : quarum prior divina, posterior autem humana sanctitas est. *Eritis sancti, sicut sanctus ego.* *Levit. 11: 46. Sicut is qui vos vocavit sanctus est, ipsi quoque sancti in omni conversatione reddamini.* *1. Pet. 1: 15.* Per hanc sanctitatem sine ullo mali aut labis contagio est, instar purissimæ lucis, quæ tenebras non habet. *1. Joh. 1: 5.* & opera tenebrarum arguit & ostendit. *Hac est autem condemnatio, quod lux venit in mundum, sed dilexerunt homines potius tenebras quam lucem, quia sunt eorum opera mala.* *Joh. 3: 19, 20.* *Quæ est communio luci cum tenebris ?* *2. Cor. 6: 14.*

XVI. Non autem ea sanctitas Dei unquam prætextu libertatis ejus violanda est in iis, quæ ex ipsâ & imagine Dei naturaliter fluunt. Unde non videtur cum sanctitate ejus convenire contrarium præcipere, ut aliis, ita præsertim *1. 2. & 3.* præceptis decalogi. Sic enim posset odium sui & blasphemiam præcipere, seque ut odio dignum creaturæ proponere, & fere odio habentem amare & beare, contraque creaturam fere amantem & desiderantem abjecere & aeternum cruciare, quæ nefanda sunt.

XVII. A qua sanctitate ejus fluit ejus veritas : quæ tum Deo convenit in se ipso, utpote qui *verus Deus* est. *Joh. 17: 3. 1. Joh. 5: 20. 1. Thess. 1: 9.* tum in omnibus ejus operibus, revelationibus ac dictis ejus appetet ; ubi fides ac veracitas appellatur. *Fidelis Deus.* *2. Cor. 1: 18. Ego Deus verus, omnis verò homo mendax,* *Rom. 3: 4.* præcipue in promissionibus ejus. *Spem vitæ æternæ promisit Deus ille à fidei mentiri nesciens :* & combinationibus. *Ne fallamini. Deus non irridetur : quicquid enim seminarerit homo, hoc & metet.* *Gal. 6: 7, 8.* tum in factis ejus ; ubi rectitudo & veritas dicitur. *Rupis illius opus est perfectum, omnes enim viæ illius sunt jus.* *Deut. 32: 4.* *Rectum est verbum Dei, & omne opus ejus in fide.* *Psal. 33: 4.* Atque hæc Dei veritas omnis quoque veritatis origo & causa in creaturis est. Ab ideâ enim illa Dei & summa ejus voluntate, qua rerum naturas & essentias tales vel tales esse voluit, talesque intelligit, nihil potuit deflectere.

XVIII. Hinc impossibile est Deum esse deceptorem : cumque nobis facultatem dederit verum à falso dignoscendi, atque præterea nos ita con-

diderit, ut clarè ac distinctè perceptis non possimus non assentiri, neque assensum nostrum ullo modo sustinere, non magis ac si quis apertis oculis lumen solis accipiat, cuius radios excutere non potest; clarum est, cum hoc facimus, in eo nos non falli, nec falli etiam posse; nam sic à Deo ipso, qui nos ita condidit, falleremur: atque adeo quicquid nos clarè & distinctè percipimus, illud omnino verum est.

XIX. Cum autem simul habeamus facultatem non assentiendi iis quæ obscura & dubia sunt, clarum pariter est, nos posse caverre ne unquam erramus, si modo assensum abstineamus ab iis quæ non clarè & distinctè percepimus. Cum autem erramus, illa jam nostra culpa est, per quam facultate à Deo nobis datâ non recte utimur.

*Justitia
Dei puni-
tiva.*

XX. Atque ex summo isto Dei jure & imperio, ac perpetuo ejus comite, sanctitate & veritate, si peccatum perpetratum sit, sequitur *justitia Dei punitive*: quæ est constans voluntas divina puniendi peccatum; & ejus effectus, *pœna. Insum est apud Deum, ut rependat afflictiones afflignantibus vos.*
 2. Thess. 1: 6. *Pro durtia tua thesaurizas tibi iram, in diem ire & patefactionis justi judicij Dei, qui unicuique reddet secundum opera ipsius.* Rom: 2: 5. *Et ipse judicabit orbem in justitia, jus dicet populis in rectitudinibus.* Psal. 9: 9. 98: 9. *Qui insidebat equo albo, vocabatur fidelis & verax, & iuste judicat.* Apoc. 19: 11.

*Quaratio-
ne pœnam
inficit.*

XXI. Infligitur autem hæc pœna, non tantum propter damnum illatum, vel ad defensionem propriam; neque etiam correctionem peccatorum vel aliorum exemplum propriæ tantum spectat; quæ omnia in pœnis humanis obtinent: sed respicit ipsam peccati vitiositatem & noxam, quam vindicat, & expiat pro demerito, & tristi isto malo turpe veluti compensat.

XXII. Unde ea demum propriæ locum habebit post hanc vitam in ultimo judicio, ubi, cessante œconomicâ mundi hujus gubernatione, nulla amplius correctio vel emendatio, nec aliorum exemplum, nec injuria pro-pulsatio, locum habebit; sed omnis pœna solum pertinebit ad satisfacendum justitiae divinæ, quæ exæquabit pœnam delicto, & peccatorem, justo judicio, omnibus malis, quæ commeruit, mactabit & onerabit. Unde ille dies per excellentiam *dies judicij & damnationis* appellatur. Matth. 10:

15. 2. Pct. 2: 9. & 3: 7.

*Eamque
eternam.*

XXIII. Ubi & pœna ea æterna erit, cum status viatorum tum cessatus, & Deus personam judicis assumturus sit; ad sententiam in peccatores obduratos atque obstinatos ferendam, cuius effectus durabit in æternum. Cum enim Deus per sanctitatem suam se se necessary separet à peccatore;





peccator autem à Deo segregatus ad eum accedere , & communionem sui cum Deo instaurare non possit , verum in eternum peccare pergit , necessario quoque in eternum ab eo separatus , & justitiae ejus vindici subjectus maneri debet , ex qua eluctari nunquam poterit , cum idoneam satisfactionem præstare nunquam ipse possit . *Ubi vermis eorum non interit , & ignis non extinguitur.* Marc. 9: 43. *Conjici in ignem illum aeternum.* Matth. 18: 8. *Qui paenam pendent aeterni exitii , a facie Domini , & gloria virium ipsius.* 2. Thess. 1: 9. ita tamen , ut diversi paenarum gradus pro delicti gravitate locum habeant ; quæ tamen à ratione humana definiri aut determinari nullo modo possunt .

XXIV. Atque hinc patet discriminem inter *justitiam humanam* & *divinam* : et si enim homines etiam ex justitia puniant , tamen illi propriè *damnnum* tantum per peccatorem illatum considerant (sive illud sequatur ex naturâ ipsius delicti , quale est ex. gr. latrocinium , sive metuatur ex ratione gubernationis divinae , quæ judicium negligentiam saepe severiter castigare solet) non autem peccatum ipsum in proximo propriè puniunt , quatenus nempe malitia & vitiositas est in ejus actione (hoc enim propriè est , peccatum punire) neque etiam punitio eorum à sanctitate ullâ aut domino proficiscitur , aut ex jure judicandi & vindicandi peccatum naturaliter nobis in proximum competente ; hoc enim Deus nulli homini in proximum commisit , & id ad ipsius Dei summum judicium , in quem unice peccatur , solum pertinet : sic enim fas non esset ipsis vel ullum peccatum impunitum dimittere , multo minus , quod saepe fieri necesse est , gravissimos peccatores summis in reipub. honoribus fungi permettere . Verum homines tantum propter bonum sui , & reipub. cui cavere debent , paenas inferunt , vel ad statuendum exemplum , vel ad corrigendos ipsos peccatores , vel ad propulsandam eorum injuriam ab aliis : unde paenas , non pro magnitudine malitiae & vitiositatis , quæ in delicto est , sed pro ratione damni , quo istud sua natura aptum est hominum societates afficerre , intendere vel remittere , saepe etiam , ubi securitati reipub. satis cautum est , prorsus intermittere solent ; quod in Dei judicio nefas foret . Atque ita origo & fundamentum paenarum humanarum propriè est ex defensione & conservatione sui , tam in statu naturali , quam civili : cum poena divina in ipsam peccati vitiositatem feratur .

XXV. Inde Deus nomini suo adscripsit יְהוָה אֱלֹהֵינוּ אֱלֹהֶיךָ Exod. 34:7. hoc est , quod non dimittet impunitum qui nomen suum in uolum tulerit . Exod. 20:7. quodque peccatori non sit similis , nec eum ad necessitas .

communionem sui admittere possit, Psal. 50: 2 i. quod nihil aliud fore quam se *ipsum abnegare*, 2. Tim. 2: 13. & attestari abnegationi nominis sui, quæ in omni peccato est. Econtra, cum non possit non esse exemplar creaturæ ad imaginem suam conditæ, sanctitatem suam testari debet, eamque peccatori declarare, ut ille sanctitatem Dei & odium ejus erga peccatum clarè perspiciat & pervideat.

XXVI. Unde ad peccatum Dei *zelus exardescere*, & *instar ignis omnia consumere*. Exod. 20: 5. Hebr. 12: 29. atque *odium ejus se exercere & ostendere* dicitur. *Odisti omnes qui operam dant iniquitati. Virum sanguinem & doli abominabitur Iehova* Psal. 5: 6, 7. *Purior es oculis, quam ut afficias malum, & intueri molestiam non potes.* Hab. 1: 13. Unde & peculiari indigitamento & emphasi *Dens vindictæ appellatur*. Psal. 94: 1. *Vltor, iudicæ*, 1. Thess. 4: 6. *cujus solius est vindicta.* Hebr. 10: 30. Quod & peccatoris *conscientia*, & occulti illi laniatus ac verbera, quæ sceleratos homines exagitant, testantur.

XXVII. Quin *universa Christianorum religio & cultus justitiam hanc punitivam infert*, atque illi fundamento unice innititur, cum omnis ille sacrificiorum apparatus & pecudum lanienæ in Veteri Test., quibus vera expiatio olim futura promittebatur; tum præcipue ipsa Filii Dei mors & dirissimi cruciatus: quæ omnia frustra fuissent, si peccatum impunitum maneret; ita enim Christus frustra fuisset mortuus. Gal. 2: 21.


An ex nataura Dai profluens, an ex ejus voluntate?

XXVIII. Disquiri vero solet, inter ipsos quoque orthodoxos Theologos, an necessitas illa justitiae Dei punitivæ fluat ex ipsa Dei natura, cui repugnat peccatori similem esse & ab eo se non separare; an vero ex divina duntaxat constitutione & ex rerum præscripto ordine? Durum videtur, Deum ex naturæ necessitate agere circa ullam rem quæ extra ipsum est; cum *omnia operetur secundum consilium voluntatis sua*. Eph. 1: 11. Præcipue cum ad firmitatem & immobilitatem justitiae divinæ punitivæ, & per consequens ad necessitatem satisfactionis Christi peccatori testandam sufficiat, si ex immutabili ordine à Deo constituto illam profluere appearat. Unde Deo quoque nulla cum peccatore est communio aut similitudo. Quæ etiam non esset, etiamsi peccatori resipiscienti sine paenarum inflictione Deus peccatum remittere posse statueretur. Peccator enim cui resipiscientiam largitur Deus, jam emendatus est, & per resipiscientiam Deo iterum similis fit, imaginemque ejus redintegrat: ut nulla videatur esse cum natura Dei repugnantia, si cum tali peccatore communionem habeat. Ita ut sententia hæc, si ipsa vera non sit, saltem sine veritatis & pietatis dispensio









spendio ab Orthodoxis quibusdam, cæteroquin eadem contra heterodoxos sentientibus, defendi possit.

XXIX. Vitanda autem hic *duo extrema* sunt. Ab *unâ parte*, ne putes
mus, Deum *creataram rationalem innocentem æternis cruciatis affligere hujus ex-*
posse. Quod & Scripturæ & rationi adversum est, cum justitia Dei pu-
nitiva nil nisi peccatum puniat; & creature innocens, quæque Deum quæ-
rit, id frustra facere, atque sancta ista desideria vana, & stulta, & irrita esse
non possint. Ab *aliâ parte* eorum error, qui per *accepitatem* nos ju-
stificari posse contendunt. Cum enim quodlibet peccatum nos æternæ
pœnæ reos faciat, prorsus implicat, alicui vitam æternam, quæ tantum
perfectæ obedientie præmitum est, propter opera imperfecta largiri.

XXX. Longius abeunt *Sociniani & Judei*, qui justitiam & judicium
Dei subsannant: dum Deum odiſſe quidem peccatum, sed non necessario
id punire volunt; quæ contradictionia sunt: dum in Deum peccari ut
in privatum contendunt, qui videlicet judicium non habeat, & cuius san-
ctitas non exigat ut judicet; quod de Deo cogitare impium est: dum eam
in Deo sanctitatem negant, quæ faciat ut peccator prorsus alienus sit à vitâ
Dei: dum non tam peccatum, quam quidem perseverantiam & contu-
maciam in peccato punibilem statuunt, ut alicubi Socinus; quæ se mutuo
jugulant: atque adeo dum, ordine rerum jam constituto, absque ulla sa-
tisfactione Deum peccata remittere posse, imo revera remittere, statuunt.
Ita nimur illi glorificant Deum, & de sanctitate ejus judicant. Nec
longe abeunt *Remonstrantes*, dum justitiam Christi non adeo proprie-
tate justitiam nostram contendunt, ac quidem fidem nostram, quam ad
justitiam imputari, proque eâ à Deo accipi volunt; contra dictum Apo-
stoli: *Comperiar in eo, non habens meam justitiam, sed eam, qua per fidem*
est Christi, id est, justitiam, qua est ex Deo per fidem. Phil. 3:9. Pontificii
autem ab alia parte non quidem justitiam Dei negant, sed eam non satis re-
tete intelligunt, dum aliud sacrificium præter Christi domini ponunt, at-
que alia merita & satisfactiones redemptionis ejus adjungunt.

XXXI. Alia justitia Dei, ut ita quodammodo appelletur, est *arbitra- iustitia*
ria, sive *Oeconomica*, quâ Deus in mundi hujus gubernatione utitur, ubi *Dei arbitria*
frequenter judicia sua exercet; quibus tam bonos quam malos involvi si-
nit, non adeo ut malum morale, quod in peccato est, vindicet, quam in
generis humani correctionem, & exemplum, ne illud vitorum pondere
peſsum eat, & pulcherrima hæc hominum societas mutuis flagitiis dissol-
yatur ac pereat. Atque huc pertinent calamitates, quæ integris populis

immitti solent. *Sic ait Jehova: ecce me contra te exereturum gladium meum ē vaginā suā, ut excindam ex te justum & improbum.* Ezech. 21:3. ac præcipue castigationes piorum præ improbis, Psal. 73. Job. 21. & peculiariis eorum gubernatio in N. T. ubi pleraque aspera & adversa ipsiis prædicta sunt. *Omnis qui volunt pie vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.* 2. Tim. 3: 12. *Oportet enim per multas oppressiones nōs ingredi in regnum cœlorum.* Act. 14: 22. Atque hæc justitia ac vindicta Dei longe differt ab illa quæ erit in ultimo judicio, ubi Deus unicuique reddet secundum opera sua. *Et iuste iudicaturus est orbem terrarum.* Act. 17:31. *Pro duritia tua thesaurizas tibi ipsi iram, in diem ira, & patefactionis iusti iudicij Dei.* Rom. 2: 5.

XXXII. Talis justitiæ ratio est, ubi Deus peccata peccatis punit: item, ubi innocentes, sed partem alicujus societatis constituentes, associat pœniis totius societatis: item, cum ejusdem societatis peccatores & propter sua & propter parentum peccata simul punit: item, ubi posteri per accidens pœnae parentum sunt participes: & rursus, cum proximi rei alicujus iisdem cum illo implicantur malis, ut ita majori metu à malo deterreantur.

Discrimen ejus à punnitiva. XXXIII. Et discrimen inter utramque justitiæ speciem appetet. Nam 1. arbitria justitia saepè gravissimos peccatores impunitos dimittit, & minores, imo sibi maximè dilectos, graviter castigat, ut convertantur, atque ita pœnam futuram effugiant; at justitia Dei punitiva nec bonum nec malum futurum spectat, nec Dei arbitrio, aut occultis divinæ providentiæ regulis, ex Dei beneplacito institutis, nititur, sed Dei sanctitate, & ordine semel à Deo prescripto, adeoque pœnarum gradus gradibus vitiositatibus attemperat. Unde sub Vet. & N. T. æquales gradus pœnarum peccatis sunt propositi. 2. pœna justitiæ Dei punitivæ consistere non potest cum amore Dei, sed semper cum odio ejus qui punitur conjuncta est; pœna autem justitiæ arbitriæ, seu divinæ, seu humanae, amori opposita non est, & ideo ea non est propriè vindicta, vel iræ effectus, nec caritati repugnat.

MANSUE
TUDO
E LON-
GANI-
MITAS
Dei.

XXXIV. *Virtutes iræ & pœnarum in Deo moderatrices,* χειρονομίας, μανσuetudinis, longanimitatis & tolerantie vocabulis in Scripturâ exprimuntur. Rom. 2: 4. & 3: 26. Ibid. 9: 22. 2. Pet. 3: 9. Per illam non libenter punit. *Ira scetur ad faciendum opus suum, extraneum opus suum: & ad operandam operationem suam, alienam operationem suam.* Esai. 28: 21. raro summo jure utitur in pœnis inferendis. *Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates no-*
stras





*¶*ras retribuit nobis. Psal. 103: 10. & facilis est ad ignoscendum. *Conver-*
retur gens ipsa à malo suo, & paenitebit me super malo quod cogitavi facere
ei. Jer. 18: 7. *Edificabo vos, & non destruam, plantabo vos, & non evel-*
lam, quia paenitet me mali quod feci vobis. Ibid. 42: 10. Per has etiam tar-
dus est ad puniendum, pœnam promeritam diu suspendit, & peccatores
ad resipiscientiam variis beneficiis provocat. *An divitias benignitatis ejus*
& tolerantiae contemnis ignorans benignitatem Dei te ad resipiscientiam du-
cere? Rom. 2: 4. quod Scriptura appellat *incredib[us]*, Act. 17: 30. *inve[n]tiv[us]*,
& *anix[us]*. Rom. 3: 25.

XXXV. Neque enim justitia Dei benignitati aut patientiæ ejus adversa
est, qua potest tolerare peccatorem, & ei insuper benefacere, quæ *misericordia*
perfectio ejus dicitur. Matth. 5: 45, 48. neque enim quamvis necessario
puniat, ideo necessario punit quantum potest, & statim atque potest, ne-
que in ipso semper peccatore pœnas exerceat; cum hæc variis modis fieri
possint.

XXXVI. *Severitas* autem qua Deus in hos aut illos peccatores subito *SEVERI-*
animadvertisit, et si ita videatur, non tamen repugnat mansuetudini Dei; *TAS Dei.*
nam vel antea pro longanimitate sua eos diu toleravit, & ad paenitentiam
invitavit; vel si ad primum aliquod delictum ejus ira exardescat, in causa
est, aut quod ingenti beneficio à Deo affecti antea fuere; ut in uxore Lothi,
Gen. 19: 26. in filiis Aaronis, Levit. 10: 3. aut quod peccatum eorum
facile evitabile, & pessimi præterea exempli fuerit; ut in illo Sabbati viola-
tore, Num. 15: 32, 35. & adultera, Num. 5: 15. aut quod peccatum sin-
gulariter grave fuerit propter temporis circumstantiam & primum exem-
plum; ut in Anania & Zapphira, Act. 5: 1. &c. & illis qui inter Corin-
thios S. Eucharistiam corruerant, 1. Cor. 10: 30.

C A P U T X X V.

De Omnipotentia Dei.


I.  Ntellectum & voluntatem Dei excipit ejus *potentia*, qua o- *POTEN-*
peratur omnia in omnibus, & facit quicquid vult. Qui TIA Dei.
agit omnia ex consilio voluntatis sue. Eph. 1: 11. *Ex eo, &*
per ipsum, & in ipsum sunt omnia. Rom. 11: 36.

Quae acti-va est. II. Est potentia Dei omnis activa. *Qui summa cum exuperantia potest omnia facere supra ea quæ petimus aut cogitamus, pro vi illa agente in nobis.* Eph. 3: 20. passiva enim, qualisunque ea dicatur, à Deo removenda est, neque sine summa imperfectione ac mutatione ei attribui potest. Atque adeo generatio passiva dicta in Filio, & spiratio in Sp. S. non impotentiam aliquam, aut passionem, sed summam potius potentiam & perfectionem dicunt.

Non dif-ferit ab ef-fentia Dei. III. Non differt ea propriè ab essentiâ Dei, quæ ipsa nihil nisi purissimus actus est; solum denominationem quandam externam, & relationem ad effectum reale ei addit. Unde revera in Deo idem sunt, intelligere, velle & operari; nec per illud operari aliud in Deo notatur, quam ipse Dei intellectus & voluntas, prout in rebus creandis, conservandis, gubernandis efficaciter se se exerunt.

Aut vo-luntate ejus. IV. Hinc ipsa voluntas Dei ipsissima Dei potentia & rerum omnium principium est. Voluntas enim Dei potentia ejus dicitur, quatenus nondum per illam res est producta, sed producetur. Sic enim relata res ad voluntatem Dei dicitur posse produci, & sic voluntas Dei ut potentia consideratur. *Nam ejus voluntati quis obstat?* R. Rom. 9: 19. atque ad eam res omnes factæ referuntur. *Quia ipse præcipit, & sunt creatæ.* Psal. 148: 5. *Quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam sunt, & creatæ sunt.* Apoc. 4: 11. Creatio enim nihil aliud dicit quam efficacem illam voluntatem Dei, quæ ab æterno fuit, additâ tantum nova relatione ad res factas, sive coexistentiam objecti, quod voluntas illa ab æterno in tempore existit. Discriben autem voluntatis & potentiarum divinæ à nobis oratum est. Quia enim nos per aliam in nobis voluntatem res volumus, ac easdem efficimus, ad Deum isto conceptu pergentes, ea quoque jam in ipso imprudentes distinguimus & discerpimus; cum tamen in eo illa idem sint.

Est illa omni-poten-tia. V. Rectè autem Deo tribuitur omnipotentia, qua potens est efficere omnia quæ vult aut velle posset. *Nonne tu ipse Deus in cælis, & in manu tua fortitudo, & potentia, ac nemo tibi potest obstat?* 2. Chron. 20: 6. *Apud Deum non erit impossibile ullum verbum.* Luc. 1: 37. *Pro vi illa efficace, qua potest subjecere sibi omnia.* Phil. 3: 21. Estque ea prorsus invicta, utpote cui nihil obsistere queat; & infinita, quia nihil limitatum includit divina essentia, adeoque nec ejus potentia: quæ neque quoad gradus, quos in illa quasi concipimus, neque quoad agendi efficaciam, intendi potest, adeoque vere infinita est.





VI. Nihil ergo magis absurdum, quam omnipotentiam Dei, quæ nihil aliud est quam summa & absolutissima ipsius voluntas & imperium, creaturis posse communicari ; quod de humana Christi naturâ fingere videtur Lutherani : ineptius autem Sociniani, qui Christum statuunt ψιλὸν ἀνθρώπον, & tamen independenter agentem, & rursus nihil agentem nisi quod Deus vult : quæ sibi mutuo contradictunt ; sic enim voluntas ejus dependebit à voluntate Patris, adeoque nec independenter ager.

*Adversarij
riorum
circa eam
errores.*

VII. Male iidem potentiam Dei infinitam esse, & infinito modo à potentia creaturæ differre negant : sicut & Vorstius eam tantum respectu nostri infinitam appellari voluit.

VIII. Objectum hujus potentiae est omne quod possibile est, quodque *objectum illius.* esse potest ad gloriam Dei & perfectionem ejus testandam, adeoque quicquid Deus velle potuit. *Pater mihi si possibile est, abeat à me poculum istud;* verum tamen non ut ego volo, sed ut tu. Matth. 26: 39. Solum autem id quod impossibile dicitur, hoc est, quod nec existere, nec ad gloriam Dei referri potest, sive quod sub voluntatem Dei cadere non potest, ei repugnat.

IX. Sicut autem causa, cur aliquid sit possibile, non est in ipsâ re, quâ si illa potentiam Dei præcederet (male enim quidam res alias suâ naturâ citra decretum Dei possibles, alias impossibilis, alias necessarias faciunt; cum omnia à decreto Dei absolutè dependeant, non solum rerum existentia, sed & universa earum natura & essentia; nec quicquam necessarium, imo ne possibile quidem sit citra Dei voluntatem, vel potentiam, quæ eadem cum eo est) ita etiam cur aliquid impossibile sit, causa est non in ipsa re (cum impossibile mera sit negatio) sed in ipsa Dei potentia, quia nempe Deus illud non potest velle aut facere; quod tamen non potest, non propter potentiae defectum, sed abundantiam ejus. Unde potentissime talia non posse dicitur. Ut merus sit vocabuli g̃ non posse abusus.

*Radix possibilis
& impossibilitatis
rerum.*

X. Ita ut hic omnia dependeant à solo Dei decreto & voluntate, non solum rerum existentia, sed & universus earum conceptus, omnisque ratio essentiae earum. Quamvis ergo quædam necessaria videantur respectu decreti divini duntaxat, ex. gr. *non esse frangenda ossa Christi.* Joh. 19: 36. alia vero necessaria videantur in se, ut ex. gr. tres angulos trianguli æquales esse debere duobus rectis; hæc tamen non impediunt quin omnia necessaria sint respectu divini decreti tantum : quodque aliter nobis videantur, ex ignorantia nostrâ est : si nempe homines clare totum naturâ ordinem intelligerent, omnia æque necessaria reperirent ac illa quæ in Ma-

*cessitatis
& continua-
gentia
earum.*

thesi tractantur: quia vero huc usque non penetramus, ideo quædam à nobis possibilia, vel indifferentia, non vero necessaria judicantur. Quocirca dicendum est, vel quod Deus nihil possit, quia omnia revera necessaria sunt; vel quod Deus omnia possit, & quod necessitas, quam in rebus reperimus, à solo Dei decreto provenerit.

XI. Si autem Deus res aliter fore decrevisset, & illa quæ jam vera sunt falsa esse fecisset, procul dubio etiam alium nobis formasset intellectum, & aliæ dedisset rerum ideas, quibus res omnes, earumque veritatem, non ut nunc sunt, sed prout tunc à Deo constitutæ fuissent, comprehendissimus. Nam cum tota rerum natura non sit nisi unicum ens, adeoque homo sit pars naturæ, quæ cum cæteris coherere debet, sequitur necessario ex simplicitate decreti divini, quod si Deus res alio modo creasset, aliasque earum essentias & notiones formasset, illum simul etiam intellectum nostrum ita efformaturum, iisque rerum ideis instrukturum fuisse, ut res omnes rite, prout ex à Deo creatæ fuissent, capere & intelligere potuissent.

XII. Cum vero nihil futurum sit, neque ex decreto Dei possit fieri, præterquam id quod actu futurum est, sequitur inde, possibilitatem ut & contingentiam non esse rerum affectiones, sed intellectus nostri defectus. Rem enim possibilem vocamus cuius causam efficientem quidem intelligimus, an vero illa ad futuritionem determinata sit ignoramus: ubi vero simpliciter ad talis rci essentiam, non vero causam ejus attendimus, contingentem eam vocamus. Hæc autem nihil reale, sed tantum perceptionis nostræ defectus sunt. Quantum enim ad naturam ipsam & rerum à Deo dependentiam attinet, nihil in rebus ipsis possibile aut contingens est; cum nihil possibile sit nisi quod vi decreti Dei fieri potest; qualia quæ non sunt, ne contingentia quidem dici possunt.

XIII. Unde liquet quid statuendum sit de distinctione omnipotentia divinae in *absolutam* & *ordinatam*, seu actualem. Priorem enim ita appellamus, cum solam Dei omnipotentiam, non attendentes ad decreta ejus, consideramus; quia nimis Deus potens est jubere & vocare omnia, quæ gloriam ejus illustrare possunt. *Dico vobis, Deum posse etiam ex lapidibus istis excitare liberos Abrahami.* Matth. 3: 9. *An putas me non posse precari patrem meum, qui hoc sifat mihi plures quam duodecim legiones angelorum?* Ibid. 26: 53. *Ordinata* vero dicitur, cum respicimus ejus decreta; estque *actualis*, quia nimis non solum potest facere, sed & reipsâ actualiter facit quicquid vult. Et *Deus noster in celis est, omnia que volunt, fecit.* Psal. 115: 3. & 136: 6. *Ipsæ enim omnia agit ex consilio voluntatis suæ.* Eph. 1: 11.

*Distinctio
potentia
Dei, in
absolutam
& ordi-
natam:*

XIV. Est-





XIV. Estque ea cum *ordinaria*, in continua rerum administratione, tum *extraordinaria*, in miraculorum patratione: quæ tamen posterior censeri non debet major priori; cum potius majus videatur esse miraculum, quod Deus mundum eodem semper atque immutabili ordine gubernat, quam si leges naturæ sepe turbaret & interrumperet, vel propter stultitiam hominum abrogaret.

*Ordinariam & extraordi-
nariam.*

XV. Neque etiam potentia Dei extraordinaria in eo differt ab ordinariâ, quod naturas rerum iniminet, & id verum esse faciat quod antea verum non erat, aut non verum quod antea verum erat; neque enim potentia extraordinaria aliud quicquam in rebus ponit quam ordinaria (ut obique enim eadem potentia est) sed diversimodè illa appellatur, quod Deus modo per naturam aliquid exequatur, modo immediate ipse idem praestet. Aut potius Deus ordinariâ potentia operatur secundum leges naturæ nobis notas; extraordinaria vero secundum eas quæ nobis notæ non sunt.

XVI. Malè autem calumniantur nos Lutherani, quasi non simpliciter crederemus Dei omnipotentiam, quia non agnoscimus, ex. gr. unum corpus posse esse in duobus locis. Tales enim Deus creavit rerum essentias, talesque earum ideas nobis indidit, ut id ad contradictionia pertinere intelligamus. Neque extra voluntatem Dei ex ipsis omnipotentia quicquam credi aut statui debet. Si enim ideo aliquid credendum sit, quia Deus facere id potest, vicissim credendum istud non est, quia Deus etiam facere potest ut res ista non sit, vel aliter sit. Quo animadverso transubstantiationis & consubstantiationis monstra cadunt.

XVII. Et hæc tenus Dei potentia. *Potestas* Dei est, per quam exercitio *Potestas* potentiae divinæ contradici nec potest, nec debet: estque τὸ ἀντέξασθον *vo-* *Dei*. luntatis ejus, fundans jus & iustitiam Dei ad extra; ut ab eo omne jus dependeat.

XVIII. Atque hæc potestas divina, temperato jure ipsis per foedus & pactum, quod cum humano genere gratiosè iniit, fundat *adorabilitatem* ejus, Joh. 4: 24. Hebr. 12: 9. ut ea sit attributum relativum, cuius ratio formalis est majestas Dei, in summa naturæ & attributorum ejus perfectio- nè intellecta.

C A P U T X X V I .

De Omnipræsentia Dei.

*Attributa
Dei rela-
tiva.*



I. Actenus attributa Dei interna, quæ actuosam ejus essentiam continent: sequuntur nunc externa & relativa, quæ modum existentiæ ejus exponunt: vel prout essentia Dei refertur ad alia; ut quoad locum, *omnipræsentia*; quoad durationem, *æternitas*: vel prout attributa Dei inter se converuntur; ut ex omnium arctissimâ conjunctione & individua unitate oriatur Dei *simplicitas*; & ex perfectissima eorum possessione ejus *immutabilitas*; & ex hisce omnibus denique æterna ejus *gloria* & *beatitudo*.

*OMNI-
PRÆSEN-
TIA Dei.*

II. Respectu loci Deus *immensus* & *omnipræsens* dicitur. *Celum ipsum solium meum est, & terra scabellum pedum meorum.* Esai. 66: 1. *An Deus è propinquò sum ego, dictum Jehova? ac non Deus è longinquò? an non cælos & terram ego impleo?* Jer. 23: 23, 24. *Non longe abest ab unoquoque nostrum.* Act. 17: 27. *Quo ibo à Spiritu tuo? & quo a facie tua fugiam? Si ascendero cælos, ibi tu; & stratum fecero infernum, ecce tu.* Psal. 139: 7, 9. *Ecce, cœli & cœli cœlorum non continent te: quanto minus domus hac quam adflicavi?* 1. Reg. 8: 27. Unde & ipse petra & *W*abitaculum dicitur, Psal. 90: 1. Hoc attributum ab infinite ejus differt, quod infinitas Deo absolute tribuitur, quatenus ad ejus essentiam, qua infinite perfectus est, respicimus; immensitas vero tantum respective ipsi attribui solet, quatenus respicimus ad hoc quod nullum detur ens quo perfectio Dei terminari vel mensurari possit; adeoque multo magis quod omnis materiae dimensionis sit expers. Quam Dei immensitatem non rectè multi cum ejus infinite confundunt, imo quod pejus est, per immensitatem Deo quasi quantitatem aliquam tribuunt, juxta quam ubique præsens sit, & à nullo spatio mensurabilis.

III. Ubique autem esse Deus, rigide loquendo, non recte dicitur; cum non sit ubique, qui propriè non est in ubi, seu in loco; spiritus enim non recte in loco esse dicitur, utpote qui ab eo contineri nequit: potius ergo omnipræsens dicitur, cum præsentia sit *tamen absens* nō, & absentiæ opponatur. Unde & Deo tribuitur, *non longè abesse ab unoquoque nostrum.* Act. 17: 27.

IV. Omni-





IV. Omnipræsentia ergo cum relativa sit, propriè res creatas respicit; adeoque ante eas conditas Deus nulli rei propriè præsens, adeoque nec alicubi fuit.

V. Nec juvat spatia quædam imaginaria ante mundum conditum concipere, in quibus Deus quasi extiterit. Nam 1. cum ante mundum nihil fuerit præter Deum, etiam nihil ante mundum concipiendum est, adeoque nec spatium imaginarium. 2. spatia illa imaginaria actu sunt nihil; sive *spatiosum nihil*, ut Augustinus ea vocat: atqui Deus non potest esse in *nihil*; non magis quam in chimera, centauro & aliis figuris. 3. neque ad concipiendum inextensem, quale est Deus, opus est concipi extensem quid, quale est spatium imaginarium; cum illa duo nullam habeant convenientiam, 4. neque spatium differt realiter à corpore. Corpore ergo non existente, non debet concipi existere spatium. 5. multo minus imaginario adscribenda sunt attributa realia, ut extensio, distantia &c. illa enim à substantia re ipsa non differunt, sed tantum conceptu nostro. 6. præterquam quod etiam spatia hæc ad immensitatem Dei concipiendam non juvant, sed potius obstant; cum nescio quem conceptum corporitatis & extensionis inferant, & Deo, quem isti spatio extenso quasi commensurari volunt, affingant.

VI. Cum ergo essentia Dei ante mundi conditum non fuerit extensa, nec ulli spatio imaginario quasi coextensa, cum id non detur, dici non potest eum extensionem acquisivisse per mundi creationem; adeoque Deus per essentiæ suæ extensionem mundum replere dici non potest. Non enim per essentiæ extensionem & quasi diffusionem, sed simplicissimo & potentissimo cogitandi actu, quo immediate omnia creat, conservat & gubernat, quique ab essentia ejus non differt, mundo essentialiter & intimè præsens est. Sicuti non alio modo spiritus dici possunt esse in loco, quam per modum operationis in illis rebus, quibus præsentes esse dicuntur.

VII. Ut male Vorstius Deum verè in loco (quem per spatum definit) existere voluerit; ut &, Deo coextitisse ab æterno immensum spatum increatum, quod pro naturæ suæ modo occupaverit, & in æternum occupaturus sit. Idem enim ille Deo attribuebat quantitatem aliquam (quia in Scripturâ respectu substantiæ suæ magnus dicitur) & corpus, ipsumque reverâ finitum & cœlo inclusum latitare docebat.

VIII. Rebus autem creatis Deus præsens esse dicitur, vulgato versiculo, tribus modis, *enter, praesenter & ubique potenter*: quod ita explicatur, ut prima modo Deus præsens sit per essentiam, quæ omnibus rebus inti-

mē conjunctā est; secundo modo omnibus rebus præfens sit, quia omnia scit & cognoscit ut præsentia; tertio vero modo, quia ad omnia operatio & potentia ejus pertingit.

Quæ ipsam Dei essentiam in- fert. IX. Primus autem ille modus præsentiaæ divinæ (de quo præcipue controversia est) patet 1. ex locis Scripturæ supra citatis, præcipue i. Reg. 8: 27. *Ecce, cœli & cœli cœlorum non continent te; quanto minus domus hæc quam adificavi.* Act. 17: 27. *Non longè abest ab unoquoque nostrum.* & Jer. 23: 24. *Nonne cœlos & terram ego impleo?* 2. Ex rerum creaturum conditione, quæ cum ne momento quidem existere possint, nisi continuo divina virtute veluti reproducantur, ea reproductio sine Dei essentiâ ne concipi quidem potest. 3. specialius ex Dei inhabitatione in fidelibus. *Adeum veniemus* (Pater & ego) & *apud eum habitabimus.* Joh. 14: 23. 4. Præcipue ex inhabitatione naturæ divinæ in Christi naturâ humanâ, tanquam in templo, quod præsenti numine suo & ipsâ Deitatis essentiâ, augustissimo modo, continuò implevit.

X. Imo nisi præsentiam Dei per modum corporeæ præsentiaæ concipiamus, Deumque à se ipso & suis attributis quid diversum statuamus, ne cogitari quidem potest, quomodo Deus non ipse immediate per naturam & essentiam suam, sed solâ aliquâ potentia aut virtute à se distinctâ omnibus rebus præfens sit. Ut etiam minus commode triplex ille modus præsentiaæ divinæ vulgo distinguitur; cum ille non nisi unicus & simplissimus sit, nimirum per infinitam essentiam & naturam suam.

nón tamē per modum extensionis, sed operationis; in qua essentia spiritus omnis consistit. XI. Reipsa autem impossibile est explicare modum quo Deus est ubique; cum intima Dei natura, modusque operandi, quo solo concipi potest creaturis esse præfens, captum nostrum longissimè superet, nobisque incomprehensibilis sit. Hoc unum saltem apertum est, omnipræsentiam Dei non esse concipiendam per modum alicujus extensionis, & quasi diffusionis essentiaæ divinæ per omnia; sic enim Deus instar corporis ciperetur: sed potius ea intelligenda est more spirituum, qui cum non alter præfentes cogitari possint, quam per operationes suas, cum citra operationem nullum respectum ad spatiū aut corpora habeant; pariter Deus efficacissimâ voluntatis suæ in rebus omnibus operatione, qua eas continuo conservat, & intimè veluti fovet, iis præfens adesse intelligitur: quæ simul ipsius essentiaæ divinæ, quæ à voluntate & potentia ejus diversa non est, præsentiam necessario infert. Ita præclare & ad rem præsentem appositè Augustinus Epist. 57. ad Dardanum monet, *in eo quod dicitur Deus ubique diffusus, carnali resistendum esse cogitationi, & mentem a corporis sensibus*



bus avocandam, ne quasi spatioſa magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, ſicut fumus, aut humor, aut aér, aut lux iſta diffunditur (omnis enim huic modi magnitudo minor eſt in ſuī parte, quam in toto) ſed ita potius, ſicut eſt magna sapientia etiam in homine cuius corpus eſt parvum: aut ſicut ex omni parte ſani dicimur ſecundum modum præſentis in corpore sanitatis &c. Unde in fine Epistolæ concludit: *Quando Deum ubique præſentem, & non ſpatiis diſtantibus, quaſi aliqua mole, vel diſtensione diſfum, ſed ubique totum cogitare te attendis, averte mentem ab omnibus ima- ginibus corporum, quas humana cogitatio volvere conſuevit. Non enim ſic sapientia, ſcuſtitia, non ſic denique charitas cogitatur, de qua ſcriptum eſt: Deus charitas eſt.*

XII. Eſt ergo omnipræſentia Dei nihil aliud, quam denominatio extinfeſa, nata ex operatione Dei, quā in omnibus rebus corporeis operatur, & propter illam operationem iis præſens eſſe dicitur. Quemadmo- dum itaque Deo tribuitur creatio à creationis actione, cum ante creator dici non potuerit; ſic immensitas ante creationem corporum Deo attribui non poteſt. Denotat enim tantum respectum inter corpus, & Dei operationem in illo corpore. Sublato autem corpore, Deus equidem spiritibus eſt præſens, ſicut & nunc iis præſens eſt, cum in iis operetur, & recte omnipræſentia, non vero ubiquitas ei attribui potuifet; quia non fuifet ubi, neque ubique. Et cum ſpatia imaginaria nihil ſint, & Deus in iis non operetur, etiam Deus iis præſens non eſt. Fundamentum ergo omnipræſentie divinæ eſt ſumma illa eminentia Dei, quā omnes res cor- porales & ſpirituales ab ipſo dependent, tam in initio ſuę existentię, quam in duratione, tam quoad substantiam, quam quoad operations.

XIII. Ex perverso autem conceptu præſentia divinæ, ad modum ni- mirum præſentia corporum, quaſi Deus partes, vel imaginarię, vel po- tentiales haberet, ſecundum quas rebus ſit veluti coextensus, oriuntur iſta Difficili-
ties adver-
sus eam
ſublata. adverſariorum contra omnipræſentiam Dei objections: Deum nimirum ſimul eidem rei æqualem & inæqualem fore, dum totus exiſtit in re minimā atque in re maximā; & totum ſupra, totumque rurſum infra ean- dem rem fore; imo, cum infinitus & immensus ſit, totum tamen fore in minimo pulvisculo: rurſusque res ipſas maximè inæquales & diſſitas, inter ſe tamen æquales & unitas fore in tertio illo, nempe indiviſibili eſſentiā Dei. In his objectamentis enim partim non diſtinguitur eſſentia divinā, quæ indiviſibilis ſemperque tota & perfecta eſt, ab ejus cum rebus coexi- ſtentia & operatione, quæ varia eſt pro diversitate rerum quibus Deus

coëxistit, quæque una re non terminatur aut exhaustur, sed omnibus rebus æque adeſt, singulis autem pro diverso ipsarum modo & statu: partim ipsa Dei, coëxistentia perverse more substantiæ corporeæ & extensiæ concipitur, & ipsa Dei effentia rebus quasi coextendi, & ab iis mensurari, terminari, & quasi comprehendi fingitur.

*Tollunt
eam Soci-
niani.*

*vt &
Vorſtius,
aliisque.*


XIV. Perverse igitur Sociniani Deum in cœlo effentiâ suâ præsentem esse, reliquis autem creaturis solum per potentiam & operationem suam adesse statuant; per quam non intelligunt attributum aliquod Dei, sed effectum & operationem potentiaæ ipsius, ab effentia ejus diversam.

XV. Idem docuit Vorſtius, Deum nimirum substantialiter non esse in re qualibet, verum in cœlo tantum, in terra autem virtualiter solum. Cum quo paria hic faciunt Anabaptistæ quidam ex secta Flandrica; ut & Remonstrantium nonnulli, quamvis recte de hisce locutus sit Arminius. Nec satisfacit Episcopius, dum omnipræsentiam Dei ad salutem quidem creditu necessariam statuit, verum sufficere ut de potentia & scientia Dei eam intelligamus; & licet Dei effentiam in cœlo collocemus, modo eum tamen inde prospicere in terras & rebus humanis intervenire credamus: quæ cum naturæ Dei spirituali & perfectissimæ repugnant, repudianda sunt.

XVI. Non est autem hic quæſtio & dissensus de modo solum omni-præsentiaæ Dei, qui dolus adversiorum est, ac si rem ipsam concederent, de modo autem solo disceptarent, quem humana mens capere non possit. Agitur enim de præsentiaæ divinæ *re*, non de *modo*; & sicut cum ipsi Deum in cœlo, tanquam in speculâ, collocant, rem, non modum, in eo considerant; ita hic quæritur, an Deus itidem in terris sit? hoc est, de re ipsa, non de modo aliquo præsentiaæ divinæ quæritur. Dum autem illi Deum effentiâ suâ à terrâ reverâ abesse, & in solo cœlo degere credunt, in ipso atheismi præcipitio consistunt, juxta ejus characterem: *Dicunt, non est Jehova videns nos, dereliquit Jehova terram.* Ezech.8: 12. & 9: 9.

*Origo er-
roris illius.*

XVII. Origo erroris est conceptus corporeitatis in Deo. Unde & Vorſtius non veritus est Deo quasi corpus adscribere. Hinc & iste ejus metus, quo veretur Deum fordibus terrestribus contaminatum iri, si ubique terrarum præfens statuatur: quasi nimirum spirituum præsentia, ut corporum, à circumiacentibus corporibus afficeretur; cum tamen spiritus nullam ad corpora relationem habeant, nisi duntaxat quatenus in iis operantur: ut frustra ille metus sit; secus enim non tantum terrâ, aquâ & igni, sed & cœlis ipsis Deus interdicendus esset, juxta il-





lud Job. 15: 15. *Et cœli non sunt mundi in oculis ejus.*

XVIII. Nec juvat eum tacitus ille naturæ impulsus & motus, quo Deum implorantes manus ad sidera tendimus. Hoc enim gestu summi numinis maiestatem & gloriam, & supra omnia quæ ubi vis sunt altitudinem, Gentiles innuerunt: fideles autem præterquam quod cœlum intuentur tanquam thronum cœlestis Patris sui, ubi se ipsum gloriosum exhibet & adorantibus offert, etiam rerum cœlestium studium hoc paecto fovere voluerunt, ut inde excitaremur ad quærendam habitationem nostram & bona in cœlo nobis præparata. *Meliorem expetunt Patriam, hoc est, cœlestem. Quapropter non erubescit ipse Deus vocari Deus eorum: paraverat enim eis urbem.* Hebr. 11: 16. & specialiter ut in N. T. doceremur expectare adventum alterum Jesu Christi, Servatoris nostri, & adventantem quotidie prospicere, utpote quorum *māritus pug* in cœlis est. Phil. 3: 20.

XIX. Male quoque Pontificii & rigidiores Lutherani omnipræsentiam Dei creaturæ communicabilem statuunt: neque etiam satis recte possibilis creaturæ ubiquitas ab aliis defenditur; quod dum de ipso universo tandem intelligunt, in inceptum & tautologum sensum hæc subtilitas exit.

C A P U T X X V I I .

De Aeternitate Dei.

I.  Espectu temporis seu durationis Deus æternus est, quia nec AETER principium, nec finem habet existentiae. *Jehova seculi.* Esaï. 40: 28. *Ecce Deus, magnus est (neque scimus) numerus annorum ejus.* Job. 36: 26. *Quum nondum montes formati essent, inde à seculo & usque in seculum tu Deus.* Psal. 90: 2. *Per generationem eternam sunt anni tui, antequam terram fundasses &c.* *Anni tui non absolvuntur.* Ibid. 102: 25, 26, 27. *Æterna ejus tum potentia, tum divinitas.* Rom. 1: 20. *ex imperio eterni Dei.* Ibid. 16: 26. *Qui (Christus) per Spiritum eternum se obtulit.* Hebr. 9: 14. *Sine patre, sine matre, sine genere, nec initium dierum, neque vitæ finem habens.* Ibid. 7: 3. *Qui solus habet immortalitatem.* 1. Tim. 6: 16. *Qui est, qui erat, & qui venturus est.* Apoc. 1: 4. & 4: 8. & 11: 17.

II. Quod inde etiam liquet, quia Deus est ens summè perfectum;

unde necessariò, atque adeo ab æterno, existit. Constat enim perfectius esse quod à se existit, quam quod ab alio est: quod autem à se est, semper & necessario est. Si enim aliquando non extitisset, nulla causa id potuisse fieri producere. Atque adeo nisi Deus ab æterno esset, ne quidem esset. Non enim esset qui eum producere posset; & à se ipso produci non posset, dum antea ipse non esset.

*Quæ con-
cipienda
sine dura-
tione suc-
cessiva.*

III. Sicut autem omnipræsentia à Deo removet omne *ubi*, ita æternitas ab eo removet *quando*; quod Deo non competit, sicut nec successiva duratio, quæ quantitatem quandam & existentiæ continuationem & veluti extenſionem dicit, & non nisi cum respectu ad motum concipiatur, quo res illæ existentes mensurari atque ei veluti coëxtenſi solent.

IV. Male ergo Deum concipiunt, qui putant eum diutius durasse nunc, quam principio mundi; quasi Deus continuo à se ipso crearetur & reproduceretur: vel qui eum cum futurâ existentiâ concipiunt. Tales enim perperam distinguunt essentiam Dei ab ejus existentiâ, ut in creaturis, & æternitatem ejus concipere conantur sine consideratione divinæ existentiæ, ac si ea quid esset præter eam: cumque duratio omnis sit affectio existentiæ rerum, non verò earum essentiæ; in Deo autem existentia non differat ab ejus essentia, sequitur, perverso conceptu Deo durationem successivam & existentiæ fluxum attribui.

V. Duratio tamen, quatenus simpliciter sequitur existentiam, & quatenus quicquid permanet & non interit durare dicitur, hoc sensu Deo quoque tribui posse videtur. Vere enim permanet duratque, & quidem verius quam ulla res creata, seu successiva, cui vix momentanea permanentia & continuatio in eodem esse, adscribi potest.

VI. *Duratio* autem qualis in creaturis vulgo concipitur, cum existentiæ continuatione & successione, & *tempus*, quod nihil aliud est quam collatio durationis rei cum duratione rerum illarum, quæ certum & determinatum motum habent, cum Dei perfectione nullo modo congruit. Nam existentia actu infinita eodem modo illi competit ac actu infinitus intellectus: quæ infinita existentia cum semper actu præsens sit, atque adeo sine ullo motu aut successione aut innovatione concipi debet, æternitas vocatur: quam non male Boëtius definivit, interminabilem vitæ totam simul & perfectam possessionem.

VII. Male ergo Sociniani in æternitate Dei propriè partes earumque successionem ponunt; quin & tempus æternum esse volunt & increatum præter Deum. Sicut & Vorstius infinitum tempus, non interruptâ successione,







cessione, Deo attribuit. Resput enim illa summa Dei perfectio, quâ Deus ab æterno scipsum perfectissimè & simul possedit: nec quicquam in summa illâ perfectione vel præteritum vel tanquam futurum concipi potest, sine illius laſione & diminutione; atque ipse Deus adhuc quotidie eo perfectior erit, quo diutius durare statuetur.

VIII. Adscribit quidem Scriptura Deo annos & dies, Psal. 90:4. 2. Pet. 3:8. verum annos & dies, qui nec numerantur, adeoque momentis numerabilibus non constant, nec finiuntur; unde Dan. 7:9. עתִיק יומין permanentes dierum, επι παλαιώνεται, Eſai. 23:18. dicitur. Quod in Deo vita perpetuitatem, sed immutabilem & ſuccēſſionē carentem, notat.

IX. Quamvis autem æternitas ita sit indivisibilis, recte tamen intelligendum est, quod dicitur eam omnia temporum discriminā complecti tanquam punc̄tum aliquod. Illud enim verum est de existentia Dei ante mundum conditum, cum nullus motus, adeoque nullum tempus eset; unde tota Dei existentia inſtar punc̄ti ita conſideratur. Post mundum autem, tempus conditum æternitas catenū complectitur omnia rerum discriminā, quatenus iis coexistit per durationem connotativam & relativam. Sicut ita hodie coexistit tempori præfenti, non vero futuro. Unde nulla Deo adscribitur ſuccēſſio, sed denominatio duntaxat à tempore ſuccēſſivo, cui Deus coexistit.

X. Permanens ergo Dei existentia, seu potius eſſentia, eti successiva ēr rebus non fit, neque partes habeat, rebus tamen ſuccēſſivis coexistere potest, ſuccēſſivis & per eas quaſi mensurari: ita ut per coexistentiam Dei ad res ſuccēſſivas (quiibus ſingulis ſuo ordine, & quaſi per partes, prout nimirum illæ existent ſecundum omnia temporum discriminā, coexistit) eo in ordine iſpi parts quodam modo alignari poſſint, ſicut omnibus rebus permanentibus, quaē eſſe ſuccēſſivum cæteroquin non habent. Ita ex. gr. non coexistit Deus hodie diei craftinæ: & rurſus existentia Dei cum tempore mensurari coepit. Quod tantum novum reſpectum & relationem rerum ad existentiam Dei infert, quâ illæ æternitati coexistunt, vel adexistunt potius.

XI. Nec inde ullo modo ſequitur, Deum ex. gr. die craftinâ incepturnum eſſe, eodem modo ut ipſe dies craftinus. Futura enim alicuius rei coexistentia cum motu futuro non ideo rem illam ipsam futuram eſſe quoad existentiam dicit; ſed tantum coexistentiam ejus futuram, & novam relationem & denominationem futuram indicat, ſine ullâ iſpius rei mutatione vel ſuccēſſione, utpote quaē iſpa extra omnia temporum discriminā eſſt, neque ideo brevius vel longius durare dici potheſt.

*Eternitas
soli Deo
propria.* XII. Estque æternitas hæc attributum soli Deo proprium , ut nulli alijs creaturæ adscribatur , vel adscribi possit. Hinc etiam Scriptura æternitatem Dei exprimit istis phrasibus, quæ Deum ponunt ante mundum conditum. *Ante ullum tempus : ante principium, ante primordia terra.* Prov. 8:22,23. *Ante jaēta mundi fundamenta.* 1. Pet. 1: 20. quod esse non posset, si mundus, similiter ac Deus, æternus foret. Et si vel mundus ab æterno à Deo produci potuisset, alterius tamen plane generis æternitas hæc mundi, ac illa Dei est, fuisset.

XIII. Ut male Sociniani Deo aliquid coæternum ponant , materiam nimirum primam informem , quæ ante conditum mundi fuerit ; itemque cœlum tertium, domicilium Dei, quod increatum statuunt.

C A P U T X X V I I I .

De Simplicitate & Immutabilitate Dei.

SIMPLI-
CITAS
Dei.



Ltimum Dei attributum, ex omnium unione fluens, est simplicitas ejus; quæ omnium attributorum Dei arctissimum nexum , & individuam unitatem & identitatem dicit; unde illa nec separationem nec mutationem ullam pati possunt. Exod.3: 14. *Ego qui ero.* Quod & Scriptura inuit, ubi attributa Dei de ipso non solum in concreto , verum etiam in abstracto enunciat. Amos 4: 2. Psal. 89: 36. conf. Hebr. 6: 13. Joh. 14: 6. 1. Joh. 1: 5. & 4: 8.

II. Cum enim Deus sit actus purissimus & infinitus , omnem, etiam minimam, compositionem respuit, nec ulla attributorum ejus cogitari potest divisio: unaquæque enim ejus perfectio à reliquis separata , vel separabilis, hoc ipso non omnem perfectionem possideret, atque adeo ad Deum, ens perfectissimum, constituendum insufficiens foret; nisi ens summe perfectum constare velimus ex partibus veluti, quæ singulæ sunt imperfectæ.

*que omni-
moda est.*

III. Neque solum comparatè & respectu aliarum rerum Deus simplex dicitur , cum nulla res creata sit quin multiplici compositione atque imperfectione laboret ; nulla enim purus actus est , nec perfectiones illas omnes in se comprehendit quarum nexus simplicitatem facit: verum simpliciter & absolutè simplicissimus est, ut nulla omnino in eo compositio-

\hat{g}^{μ}

\mathbf{p}_C







locum habeat; non *Logica*, ex genere & differentia, propriè sic dictis; nec *Physica*, ex materia & forma, aut partibus quantitatibus, aut ex subiecto & accidente; nec *Metaphysica*, ex actu & potentia, ex essentia & existentia, aut ex natura & supposito.

IV. Vel simplicius: cum in rerum natura nihil detur, nisi substantiae earumque modi, & ex eorum unione omnis oriatur compositio, Deus neutro istorum modorum componitur. Nec enim plures in Deo substantias ponere licet, nisi plures Deos fingas: nec partes diversæ in eo ponendæ sunt; nam sive finitas eas, sive infinitas dicas, utrumque repugnat; & in easdem partes, ex quibus composita foret, divinam essentiam resolvi posse, atque adeo corruptibilem esse, consequetur: neque etiam modi ulli in Deo sunt, cum Deus per essentiam suam possideat & habeat omnia, adeoque modos vel modificationem essentiæ suæ non admittat.

V. Non tollit tamen illa simplicitas Dei diversas relationes & respectus in eo, tum respectu hominis, tum respectu sui ipsius: relationes enim non superaddunt novam perfectionem essentiæ, sed habitudinem tantum essentiæ ad alia important.

VI. Nec repugnat ei distinctio inter essentiam Dei & ejus attributa: est enim ea solius rationis, nec proprie in Deo esse, sed ratione fingi concipiatur, ut res eo facilius intelligatur; adeoque illa simplicitatem Dei non tollit, cum essentia Dei, sine attributis ejus ne concipi quidem possit, adeoque ea non accidentaliter, sed essentialiter ipsi insint.

VII. Nec etiam obest ipsa attributorum divinorum multitudine: cum illorum omnia individua complexio ipsam constituat simplicitatem.

VIII. Neque eam tollit personarum Trinitas: cum enim Deus actu æterno talis fuerit, atque ipsæ illæ personæ & inter se & ab essentia Dei sint inseparabiles, compositionem & separabilitatem in eo inferre non possunt.

IX. Actiones Dei cum immanentes, tum transcantes, magis ab eo sunt, quam in eo: speciatim immanentes quod spectat, ad quas decreta Dei referuntur, non insunt ipsi per modum alicujus variationis, vel diversæ modificationis, sed Deus in iis agit per suam essentiam, per modum vitalis principii consideratam; ita ut cæ ab ipso Deo non differant, qui unico & æterno actu omnia peragat. Quanquam etiam agnoscendum est, modos agendi & operandi in Deo esse omnes infinitos, & ideo suæ naturâ à nobis incomprehensibles, adeoque nos perfectum conceptum de iis formare non posse: ut frustra laborent, qui modos illos distinctè exprimere atque

enodare sese posse confidunt, & quomodo illi modi operandi in Deo sint,
& nullam ibi compositionem aut mutationem inferant plenè explicare.

*Negata à
Vorstio
aliiisque.*

X. Erroneè & perversè ergo Vorstius, qui in thesibus suis de simplicitate Dei benè locutus erat, in notis ad disput. 3. personam exuens, negat essentiam Dei esse omnimodo simplicem, statuens quicquid in Deo est non esse Deum, atque in eo modos & accidentia admittens.


XI. Hunc imitati Remonstrantes totam hanc quæstionem metaphysicam vocant, & ne iota quidem de simplicitate Dei in Scriptura occurrere volunt, atque adeo leviter hac disputatione defunguntur, nec satis integrè & castè eam tractant, nec omnem prorsus compositionem à Deo removent: cum tamen plus quam unum iota de simplicitate Dei in Scripturâ occurrat; ubi nempe multiplicitas de Deo negatur, vel summa ejus unitas assertur, quæ etiam sinceram & perfectam operum atque attributorum Dei unitatem & immutabilitatem dicit; omnisque adeo mutabilitas & compositio ab eo removetur; atque ipse dicitur perpetuo esse, & futurus esse qui est, solus nimirum Jehova. Exod. 3: 14.

I M M U - T A B I - L I T A S D e i . XII. Ex horum omnium attributorum arctissima & simplicissima coniunctione porro resultat *immutabilitas* Dei, per quam omnia attributa & perfectiones suas perfectissimo modo possidet, ut nec melius, neque aliter sese habere, adeoque nullam variationem recipere possit. *Ego Jehova non mutor.* Mal. 3: 6. *Apud quem non est transmutatio, aut conversio- nis obumbratio.* Jac. 1: 17. *Regi aeterno, incorruptibili &c.* 1. Tim. 1: 17.

XIII. Unde omnis prorsus mutatio & mutabilitas à Deo removenda est; quippe quæ semper aliquam imperfectionem infert, vel prateritam, si mutatione illâ perfectior status acquiratur, vel futuram, si deterior: neque ulla res beatissimæ ac perfectissimæ essentiae magis adversa est, quam illam mutationibus obnoxiam esse, easque vel aliunde pati, vel à se ipsa, ac si ea in sese non omni modo beata & contenta foret.

*Quæ om-
nimoda
est.*

XIV. Cumque omne quod mutatur, vel quoad essentiam immutetur, ut esse desinat & in nihilum redigatur; vel in partes, ex quibus compositum est, rursus resolvatur; vel denique secundum accidentia sive modos & formas certas, quibus essentia ejus determinatur, immutationem atque innovationem patiatur; nulla horum mutationum species in Deo locum habet. Non prima, quia Deus per essentiam suam existit necessario: nec etiam reliquæ, quia propter simplicitatem suam partes & modos omnes respuit, atque essentiam possidet maxime actualem, & talem



cujs perfectiones omnes, cogitationes omnes, actusque omnes simul & semel existunt, semperque ipsi præsentes sunt; ut in ipso mutatio, sive aliter & alio modo esse, aliisve modis existendi, aliive actus, ne cogitari quidem possint. Cum quicquid in Deo est, vel esse potest, sit ipsi semper præsens & maximè necessarium, nec in ejus essentia aliquid, tanquam sic vel sic esse posse, vel tanquam futurum, concipi possit, quandoquidem omnia actu ipso ibi jam sint & existant.

XV. Ita nulla omnino in ipsum cadit mutatio, nec quoad essentiam, quod ex Anabaptistis quidam statuunt, dum Filium Dei in carnem esse mutatum volunt; nec quoad existentiam; nec quoad accidentia vel modos; nec quoad cognitionem; nec denique quoad voluntatem & decretam: unico enim & aeterno actu omnia voluit; nec voluit nisi optima, & quicquid voluit eo ipso optimum esse effecit. Ut male Vorstius cum suis, mutationem in Deo secundum voluntatem & consilium locum habere posse, docuerit, contra dictum Num. 23: 19. *Deus fortis non est homo qui mentitur, aut filius hominis quem paeniteat: an ipse dixerit, & non faciet?* Efai. 46: 10. *Consilium meum stabit, & omne beneplacitum meum facturus sum.* Hebr. 6: 17, 18. *Deus volens ostendere immutabilitatem consilii sui, fidejussit jurejurando: ut per duas res immutabiles, in quibus fieri non potest ut mentitus sit Deus, validam consolationem habeamus.*

C A P U T X X I X.

De Gloriâ & Beatitudine Dei.

I.  Tque ex omnibus hisce attributis & perfectionibus Dei GLORIA resultat summa ejus gloria & majestas, quam tum in se ipso Dei. ab aeterno possedit, tum in tempore in creaturis & operibus suis ostendit & exeruit; quæ omnia pariter, atque uno veluti ore, ipsi gloriam & immortales laudes perhibent. *Ego sum Iehova, illud est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo.* Efai. 42: 8. *Omnia in gloriam Dei facite.* 1. Cor. 10: 31.

II. Quam necessario nexus consequitur summa & perfectissima ipsius BEATITUDO, dum omnia in se ipso possidet, seque ipso fruitur perfectissimum, nullius indiget, omnis boni compos, in quo plenissimè ac- ejus. qui-

quiescit. Unde *beatus* appellatur, 1. Tim. 1:11. & 6:15. quatenus nimisrum se ipsum, suamque sufficientiam, & perfectiones & virtutes cognoscit, amat, atque omnibus operibus suis delectatur; utpote cum omnia agat ex beneplacito voluntatis suæ, neque ab alio ingratia vel acerbi quicquam pati, vel aliunde ipsi tale quid accidere possit.

*Grande
nostra.*

III. Alia vero est creaturæ intelligentis beatitudo, quæ extra se illam quærunt, & in Deo solo tandem quiescit. Unde fides nostra firmum habet fundamentum, quia nascitur Deo, omnis perfectionis, beatitudinis & gloriae possessore & auctore.





Practitioners, his mystery ride in Heide
De canva Decr. May. 78.

LOCUS TERTIUS

De S. S. TRINITATE.

CAPUT XXX.

De S.S.Trinitate & Personarum Distinctione.



I. Uicquid de unicâ, spirituali & immensa Dei essen- *Quis sit*
tia concipimus, non dat nobis plenam Dei ideam & *Deus*
verum ejus conceptum , nisi quis ille Deus sit scia-
mus , eumque speciali aliquâ notâ & charactere à
falsis diis distinguamus.

II. Ubi nobis occurrit augustum illud S.S. Tri- *dicitur mysterium*
nitas mysterium. Cujus summa est, unicam esse *seruum*
divinam naturam & essentiam , tribus personis communem , quæ per in- *S. Trin.*
communicabiles proprietates sunt à se invicem distinctæ. *NITATIS*
TIS.

III. Ut autem ritè hoc mysterium capiamus, præmittenda sunt voca- *Vocabularia*
bula quedam & notiones, quibus in hoc arguménto uti solemus. *Natura, hic usi-*
Existentia, Substantia, Subsistentia, Personæ &c. *tata.*

IV. *Natura seu essentia, rei quidditatem notat, atque de Deo rectè Natura,*
usurpatur. vide Gal. 4: 8. *ignorantes Deum, serviebatis iis, qui non naturâ seu essentia sunt dii.* Nec abludit Hebræum ηγέροντες à Θεῷ quod τὸν ἄνθρακα στίλα, seu τια. *υπαρχεῖν existentiam* (Macrobius vox. *existentiam* Scholæ dicunt) notat.

Cum ipso est ηγέροντες robur & res. Job. 12: 16. atque illud quoque di-
cit ipsum nomen Jehovah. Occurrit quoque θεόμης divinitas, Rom. 1: 20.
& μορφὴ τῆς ἡγετοῦ forma Dei, Phil. 2: 6. quæ æquivalent.

V. *Existentia* non modus rei , sed actus est; & proprietatum sub- *Existens-*
stantiarum est: cum accidentis non habeat existentiam distinctam ab exi- *sita.*
stentia substantiæ suæ.

VI. *Substantia* præter essentiam quoque subsistentiā dicit, atque de- *Substan-*
finitur, ens per se subsistens: quod propriè est ita existere, ut nullâ aliâ re *tia.*
ad existendum, præter Deum, indigeat.

VII. Atque adeo *subsistentia* modus substantiæ est , qui tamen *subsistens-*
nihil positivi substantiæ singulari superaddit , nec ab ea distinguitur; quo *tia.*

illa proprie ac per se existit, ultimoque completa est: nisi accedat ordinatio ad aliam substantiam, sive divina, sive humana, per quam ita cum illâ conjugatur, ut actiones & passiones utriusque toti composito, communis nomine appellato, attribuantur.

VIII. Falsum enim est, subsistentiam consistere in incommunicabilitate, cum omni rei creatæ ulterior ordinatio ad aliam rem, adeoque communicabilitas accedere possit: consistit autem ea in incommunicatione, seu quod non ordinetur una res ad aliam, ut cum eâ unum totum constituat.

IX. Cum vero duo sint substantiarum genera, unum intellectualium, aliud materialium; ex usu materiales appellantur supposita, intellectuales autem separatim existentes personæ: ita tamen ut propriè loquendo eadem sit subsistentia in rebus materialibus, quæ in intellectualibus, quamvis nomine diverso exprimatur.

Personæ. X. Personæ ergo, quâ voce, à scenâ primitus translatâ, in sacris primus usus est Tertullianus, nihil aliud significat quam substantiam quæ non est unita alii. Ita ut personalitas solum negationem unionis dicat.

XI. Græcis autem vox *περσόνα* circa hoc mysterium usurpata est in concilio Niceno, imo & ante, in elenchum φιλοσόφων Sabellii; atque alterum vocabulum *τιτσάρεις*, quod in Symbolo Athanasii occurrit, præente Scripturâ, Hebr.i: 3. ubi Christus dicitur *χαρακτὴς τῶν τιτσάρεων character subsistentie Patris*, q. d. imago sic Patrem exprimens, quemadmodum id quod in cerâ est, exprimit formam, quæ in sigillo est. Ut morose nimis Mennonitæ aliquie hanc vocem refugiant. Quanquam de nomine nulla erit difficultas, modo quis divinis personis ea tribuat, quæ Scriptura de iis pronunciat, nempe talia prædicata, qualia personis tribui solent, prout à rebus & actionibus vulgo distinguuntur: qualia in specie non tantum Patri, verum & Filio, & Sp. S. in Scripturis diserte attribuuntur.

XII. In scholis autem personæ hæ divinæ in abstracto notant in essentiâ divinâ subsistentias quasdam, proprietatibus incommunicabilibus distinctas; in concreto autem, substantias seu supposita incommunicabiliter distincta. Præter subsistentiam enim considerandæ sunt proprietates personales, quas concipere possumus tanquam fundamentum trium quas dicimus personarum: estque illud spectandum tanquam analogum quid essentiis diversis, quæ alias fundamentum sunt diversarum personarum in humanis.



XIII. In singulis ergo personis consideranda essentia communis, & modis subsistendi proprius. Modus Patris, quod subsistat habeatque essentiam paternè; filii, filialiter; Sp. S., processionaliter. Quorum modorum, secundum quadruplicem in summâ simplicitate virtutém, quadruplex est munus. 1. constituere personas ipsas, ut per modos subsistendi. 2. easdem referre ad se invicem, per relationes mutuas. 3. atque distinguere, quantum proprietas sunt singulis peculiares. 4. tandem indicare & notificare personas, per rationes quasdam characteristicas.

XIV. Hæ personæ in essentiâ divinâ tres sunt, cum tribus hisce quicquid nomine personæ exprimi solet, quam disertissimè in Scripturâ tribuatur. Essentia autem unica est. Unde mysterio huic exprimendo commodissimum est nomen Trinitas: quod quantum ad rem ipsam Τριάς φοι est. Tres sunt qui testantur in cælo, Pater, Sermo & Spiritus Sanctus; & hi tres unum sunt. h. e. unam habent Γενη & Γεόντα, sive Γείας φύσιν. I. Joh. 5:7. ut male Pontificii ex traditione illud arcellant.

XV. Tribus autem hisce personis eadem numero essentia communis est; non quidem ut species individuis, aut substantia secunda primis, nec ut accidens subjectis, nec ut causa effectis, nec ut totum partibus, nec deinde ut res rebus, sed ut res suis modis qui sunt in re, seu ut natura singularis suis suppositis, in quibus varios consequitur subsistendi modos. Ita ut subsistentia vel modus subsistendi trinus optimè conveniat cum substantiæ divinæ unitate: neque ubi præter substantiam concipimus alium subsistendi modum, inde ulla substantiæ multiplicitas sequitur, cum ea unica & eadem in tribus personis singulariter existat.

XVI. Quod autem essentia divina diversis personis communis est, non propriè ex infinitate, vel aliqua alia Dei perfectione nobis cognitâ fluit; cum hæc non magis ad trinitatem, quam ad personarum in Deo infinitum numerum stabiliendum facerent. Solummodo vero credendum est ita esse, quia ita nobis revelatum est; quamvis quo modo aut cur ita sit, intelligere nequeamus. Ut perperam ab adversariis inferatur, nisi unicam personam in Deo statuamus, infinitas fore statuendas.

XVII. Distinguuntur hæ personæ, cum ab essentiâ, tum à se invicem.

XVIII. Ab essentia quidem multi eas distinguunt ratione ratiocinatâ; cum nihil in Deo concipi possit quod non sit ipse Deus, quodque salvâ ejus infinitâ essentiâ de eâ negari possit.

XIX. Cum autem eadem distinctio inter attributa Dei & essentiam anmodis locum?

locum habeat, alii modalem distinctionem hic statuunt; qualis nimurum est inter modum & substantiam quam modificat.

*Et quomo-
do?* XX. Verum modus propriè Deo tribui non potest, sicut rebus creatis, quæ, cum finitæ sint, diversimodè affici, atque modos, plus quam ratione ab ipsis distinctos, admittere possint. At Deus, qui est ens infinitum, atque omnia per suam essentiam possidet, & infinito modo comprehendit, ita modificari nequit, cum nihil extra ejus essentiam, vel quod ab ipsâ aliquo modo diversum sit, ipsis attribui possit.

XXI. Nisi forte modum latè sumere velis, ut notet omne quod alicui attribuitur (sicut & sic attributa Deo tribuuntur) & sic imperfectiōnem in Deo non notabit, cum divinæ essentiæ immutabiliter insit, atque per analogiam quandam id vocabulum ad Deum transferetur. Balbutimus hic enim, & terminos, qui de creaturis proprie usurpantur, rebus divinis applicamus, quia non habemus aliam linguam. Atque hoc ipsum, etiam à Scripturâ fit.


XXII. Hoc ergo unum solum de S. Trinitate concipi potest, Deum se revelasse, ut unum essentia, ita tamen ut in eâ essentiâ sint quædam, quæ non sunt diversa nomina, nec attributa, nec denominations, sed alio quodam modo differant: quo autem modo, comprehendere non possumus, nec ejus rei conceptum formare; adeoque hic subsistendum. Et præstisit omnes Christianos hic substitisse, cum nec revelatio, nec ratio plura de eo doceant, sicut in aliis dogmatis, ubi seu revelatio, seu ratio distinctè de iis multa docent: quod hic non fit, ubi rem totam intelligere non possumus. Et quamvis tutissimum sit loqui Scripturæ verbis, tamen & hæc ipsa dicenda sunt à nobis non plenè intelligi.

*Distinctio
person-
rum inter
se:*

*(ubi vitan-
dus 1. sa-
bellianif-
mus.)*

XXIII. Inter personas ipsas major videtur esse distinctio: circa quam duplex vitandus est scopulus: 1. Sabellianismus, unicam tantum statuens personam, quæ propter diversos effectus aut respectus modo Pater, modo Filius, modo Sp. S. appelletur; sicut propter diversa effecta uni Deo diversa attribuuntur attributa. Qui nuper etiam Serveti fuit error. Verum diverse personarum notiones, utpote Patris, Filii: *Dominus dixit ad me;* *Filius mens es tu, ego hodie genui te.* Psal. 2: 7. Dei, Sermonis: *In principio erat Sermo;* & *Sermo erat apud Deum;* & *Deus erat Sermo.* *Hic erat in principio apud Deum.* Joh. 1: 1, 2. trium testium: *Tres sunt qui te-
stantur in cœlo, Pater, Sermo & Spiritus Sanctus;* & *hi tres unus sunt.* 1. Joh. 5: 7. & quæ singulis earum attribuuntur proprietates & opera, longe aliud quam trinominem duntaxat unitatem efferunt. Unde &

Chri-









Christus ipse de Patre manifestè loquens : *Alius, inquit, est, qui testatur de me.* Joh. 5: 32. & de Sp. S. *Ego rogabo Patrem, & alium paracletum (advocatum) dabit vobis.* Joh. 14: 16.

XXIV. 2. Tritheismus Peratarum, Philoponi, Valentini Gentilis, & 2. Tritheismi similiū, quasi in divinis tres forent spiritus æterni, essentiali numero in-similiū, ter sese differentes.

XXV. Quibusdam ergo personæ distinguuntur à se invicem realiter, quibus non strictè, quasi in Deo sint res & res, sed latius, quatenus ea distinctione non pendet à conceptu nostro, neque facta, aut à nihilo est.

XXVI. Cum autem hæc latiori sensu realis distinctione vocetur, alii commodius sibi loqui videntur, si statuantur inter personas distinctionem modalem, cum per modos existendi incommunicabiles ipsæ personæ consti-tuantur.

XXVII. Verum cum nulla in rebus creatis, à quibus distinctionum harum genera desumuntur similis sit distinctione, qualis hæc inter personas divinas est, præstaret forte abstinere ab istis distinctionum modis, atque nec realem, nec modalem, nec rationis, vel alio vocabulo eam appellare: sed potius simpliciter dicere, Filium distingui à Patre, ut genitus à lignente, imago ab exemplari suo, productus à producente. vide Hebr. 1: 3. ubi Filius dicitur *fulgor gloriae & character substantiae Patris.* & Col. 1: 15. *ima-go Dei invisibilis, primogenitus omnis creature.* & Spiritum S. ut spiratus à spirante, & procedens ab eo à quo procedit. *Quum autem venerit paracletus ille, quem ego vobis mittam à Patre;* *Spiritus ille veritatis, qui à Patre citoq[ue] exit;* *ille testabitur de me.* Joh. 15: 26. rejectis & repudiatis vulgarium distinctionum formulis; cum qualis quantaque sit hic distinctione personarum, cum inter se, tum ab essentiâ divinâ, forte à nobis concipi aut exprimi non possit. Distinctionem aliquam esse novimus, quia Scriptura eam indicat, dum tres nominat, Patrem, Filium & Sp. S. Cum vero nusquam explicet, qualis illa distinctione sit, capi ea à nobis non potest. Sufficit ergo hic scire, intercedere distinctionem aliquam, licet qualis vel quanta ea sit ignoremus. Neque Veteres eo minus ac nos hic sapuerunt, licet ii recentes nostras distinctionum formulas ignorarent. Cum ergo in specie nullum distinctionis genus huic mysterio applicare possimus, commodissimè fortassis distinctionem hanc generali vocabulo, quo tamen eam ab omnibus aliis sejungimus, *personalem* appellabimus.

XXVIII. Constituuntur autem hæc personæ per proprietates suas personalis, quæ hic considerantur non in esse suo denominativo & relativo, *Cujus fusi-damentum*

*cst in proprie-
tatis personali-
bus:* sed in suo fundamento, operationibus nimirum Dei ad intra, quæ respiciunt personas ipsas S. S. Trinitatis, quæque adeo fundamentum quasi sunt & ratio, cur personæ singulæ tali & tali modo *subsistant.*


*quas per-
petram per-
fectiones
propriè
appelles.*

XXIX. Non sunt autem illæ proprietates perfectiones propriè appellandæ; neque adeo hinc una persona, ob peculiarem, quam possidet, proprietatem personalem, perfectior alterâ statuenda. Cum enim omnis perfectio vel sit absolutè ac simpliciter talis, vel in suo genere tantum; priuî generis perfectiones non personis, sed essentiæ divinæ propriè convenient, adeoque omnibus personis æqualiter adsunt: posterioris autem generis (si modo perfectiones eas vocare velis, quod non nisi tenui admodum sensu fieri potest) tantum relativæ sint, quæ ita singulis personis convenient ut in aliis personis perfectiones ponant correlatas; ut tanta perfectionis sit esse ex.gr. Filium aut Sp. sanctum, quantæ esse Patrem. Præterquam quod in iis, quæ diversa ac distincta sunt, non procedat, quod carere re aliqua, quæ alii adsit, sit imperfectio. Sic enim oculus habet quod auris non habet, & vice versa; est tamen æque perfecta auris in suo genere ac oculus. Denique esse Patrem, esse Filium, esse Sp. S. hoc omne perfectio est unius Dei.

*Ex quibus
omne per-
sonarum
discrimen.*

XXX. Atque hinc varium personarum discrimen profluit. 1. *ordinis,* juxta quem Pater prima est persona, Filius secunda, Sp. S. tertia, vide Matth. 3: 16, 17. ubi Pater è cœlis Jesum appellat *Filium suum dilectum,* & *Spiritus S. tanquam columba descendit & venit super ipsum.* & 28: 19. jubentur fideles baptisari in nomen Patris, & Filii & *Spiritus Sancti.* 1. Joh. 5: 7. *Tres sunt qui testantur in cœlo, Pater, sermo & Spiritus S.* Crasle autem nimis Episcopius hinc etiam dignitatis ac potestatis prærogativam in Patre intulit, & personas in S. Trinitate non coordinatas, sed subordinatas esse, atque inæqualibus veluti portionibus divinitatem possidere differuit. 2. *quoad modum operandi,* cum Pater à se, Filius à Patre, Sp. S. ab utroque agat. *Quum venit plenitudo temporis, emisit Deus Filium suum, nascentem ex muliere.* Gal. 4: 4. Sed paracletus, *Spiritus ille sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille docebit vos omnia & faciet vos recordari omnium, quæ dixi vobis.* Joh. 14: 26. *Quum autem venerit paracletus ille, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus ille veritatis, qui à Patre procedit, ille testabitur de me.* Joh. 15: 26. 3. Unde & discrimen aliquod emergit in *operationibus ad extra,* juxta quas Patri creatio, Filio redemptio, Sp. S. sanctificatio attribuitur; ut infra videbimus.





C A P U T X X X I.

De Personis divinis in specie.

I.  Um juxta actiones illas ad intra Deus considerari possit, *Notæ characteristice* vel ut producens (dicitur *venia verbo*) solum, vel ut producens & productus simul, vel ut productus tantum; hæ tres *ca trium Personarum* veluti notæ characteristicæ sunt, quæ tres personas in Deitate constituunt.

II. *Patris* proprietas personalis, atque actus ejus veluti notionalis est *PATRIS*: generatio seu gignere. *Dominus dixit ad me*; *Filius meus es tu*: *ego hodie genui te*. Psal. 2: 7. *Intuiti sumus gloriam ejus, gloriam ut unigeniti à Patre. Joh. 1: 14. *Ita Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret*, ut quisquis credit in ipsum, non pereat. Ibid. 3: 16. Unde ipse ἀνεκός, ἀνέφυντος & ἀγίωντος dicitur; non solum essentia, sed & personæ respectu.*

III. *Secunda personæ* proprietas est gigni à Patre, atque per actum i- *FILII*: stum æternum eandem cum Patre essentiam indivisibiliter possidere.

IV. Unde nomen *Filius* communiter in N. fccederis libris ipsi attribui- *Quod nomen ipsi in maxima emphasi convenit*: quod ex Vet. T. repetitum, ubi aliquoties occurrit, ut 2. Sam. 7: 14. *Ego ero ipsi Pater, & illud (semen) erit mihi Filius*. Psal. 2: 7. & v. 12. *Ex osculumini Filium*. Prov. 30: 4. *Et quod nomen Filius ipsius?* Ezech. 21: 10. *Virga Filii mei gladius spernens omnem arborem*. Quo & spectat quod οὐδὲ δicitur, qui in sinu est, Prov. 8: 30. conf. Joh. 1: 18. ὁ ἀνήρ ἡ κύλπος τῆς πατρὸς, qui est in sinu Patris. Quod nomen ipsi in maxima emphasi ac plenâ virtute vocabuli convenit, Rom. 1: 4. εἰς ἀνάμενε (scil. ὁ φωνὴ 1. Cor. 14: 11.) in potentia omni & valore, quantum potest hoc nomen significare (ut non minus significet, quam quod nota filius, quando homo filius hominis dicitur) & ut ἀληφογάπτεγε ἵνα πρæcelentius nomen. Hebr. 1: 4. *Ideo etiam, quod nascitur Sanctum, vocabitur Filius Dei*. Luc. 1: 35.

V. Tales enim filiationis tituli hic occurrunt, qui nulli creature aptari unde dici possunt. Dicitur enim 1. *Genitus à Deo*, Psal. 2: 7. quod Christo applicatur 1. *Genitus à Deo*. Act. 4: 25, 26. & Hebr. 1: 5. *Cui enim dixit unquam angelorum*, *Filius meus es tu: ego hodie genui te?* 2. *Unigenitus*, πονογένεις, Joh. 1: 14. 2. *Unigenitus*, & v. 18. *nūtus*.

& v. 18. Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui est in gremio Patris, ille edifferuit. & 3:16. item v. 18. *Qui non credit, jam judicatus est: quod non credidit in nomen unigeniti Filii Dei.* unde & *¶ unicūs dicitur is, super quo confosso flebunt Hierosolymis Zach. 12: 10. Et plangent super illo, ut planctum super unigenito.* confer Amos 8: 10. *Et faciem illud velut luctum unigeniti, & extreum ejus ut diem amarum.* Eodem modo ut Hebr. 11: 17. vox illa Isaaco attribuitur, ubi Abraham obtulisse dicitur τὸν μεγαλὸν, unigenitum.

3. Primo- *genitus.* **3. Primogenitus,** πρωτότονος. *Quum autem rursus introducit primogenitum in orbem habitabilem, dicit: & adorent eum omnes angeli Dei.* Hebr. 1: 6. & πρωτότοκος πρῶτος primogenitus omnis creatura. Col. 1: 15. ut omnis creatura ab ipso, ut genito, distinguitur, & ipse cognoscatur ante omnes creaturas fuisse, atque adeo ante omnes filios, qui sunt creaturæ per ipsum & ad ipsum conditæ. vid. v. 16, 17. unde πρωτότοκος quidem dicitur sed non πρωτίνος, & Apoc. 3: 14. ἀεὶ τῆς κτίσεως τὸ γένειον principium conditionis Dei; non principium passivum, sed activum, quod in principio, εἰς αἰώνα, omnia condidit: aut simplicius, princeps conditionis Dei. Conf. Col. 1: 18.

4. Propri- *us Dei* **Filius.** **4. Proprius Dei Filius.** *Qui quidem proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum.* Rom. 8: 32. in oppositione illorum, qui prædestinantur ad adoptionem. *Prædefiniens nos ad adoptionem filiorum per Jesum Christum sibi, secundum beneplacitum voluntatis suæ.* Eph. 1: 5. Sicut & Christus Deum vocat Patrem proprium; quod Judæi intelligebant inferre iōām̄: illud autem Christus non negat, sed multis argumentis adstruit. *Judai igitur propterea magis querebant eum interficere, quod non solum solveret Sabbathum, sed & Patrem proprium diceret Deum, aqualem se faciens Deo.* Respondit igitur Jesus & dicit ipsi, amen, amen dico vobis, non potest Filius facere a semet ipso quicquam, nisi quid viderit Patrem facientem. quæ enim ille facit, hec & Filius similiter facit.

5. absolu- *te Filius.* **5. tandem & absolutè Filius Dei** dicitur. Marc. 1: 1. **Principi-** *um Euangelii Jesu Christi, Filii Dei.* Math. 16: 16. *Tu es Christus, Filius Dei viventis.* Marc. 14: 61, 62. *Rursum Pontifex maximus eum interrogavit, & dixit ei, Tu es ille Christus, Filius illius benedicti Dei?* Jesus autem dixit, ego sum. 2. Pet. 1: 17. Math. 3: 17. *Et ecce vox exælis dicens: hic Filius meus, dilectus ille, in quo acquiesco.* quæ omnia singulare quid & omni creatura majus de Christo enunciant.

Quomodo
Pater VI. Cum autem producens necessario distinguatur à producto, patet efficiam propriè nec producere nec produci, licet ea per generationem
com-





communicetur, sed personas. Atque adeo Pater principium est, non qui- ^{principium}
dem essentiale, sed consubstantiale, personæ, ratione ordinis & originis ^{est Filii.}
in Filio. Ita tamen ut ratione essentiæ Filius æque ac Pater principii expers
sit, & genitori suo coæternus.

VII. Genuit autem Pater personam Filii de substantiâ suâ (non enim ^{& quomo-}
^{ex} nihilo gigni potuit) quam Filio generationis modo arcane & ineffabili ^{de eum.}
communicavit, juxta Joh. 5: 26. *Sicut Pater vitam habet in se ipso, sic generat.*
& dedit Filio vitam habere in se ipso. & Joh. 6: 57. *Et ego vivo propter*
Patrem. Unde non genitus est alius Deus absolutè, sed alia tantum in
Deitate persona; idque actu naturali, necessario & simpliciter æterno.

VIII. Est enim generatio hæc planè supernaturalis, sine ulla mutatione ^{qualis hac}
aut imperfectione, quâ Pater Filium suum genuit, non extra se, sed intra ^{si genera-}
se, essentiam ipsi tribuendo, non specie tantum, sed numero eandem; id-
que non alienatione, sed communicatione. Joh. 10: 30. *Ego & Pater unum*
sumus. & 14: 10. *Non credis, quod ego sum in Patre, & Pater in me sit?*
Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor. Pater verò, qui in me
manet, ipse facit opera.

IX. Unde Veteres quatuer vocabulis generationis hujus arcanum ex- ^{& quibus}
presserunt. quod nempe ea facta sit. 1. ἀναληπτικός incomprehensibili- ^{vocabulo}
ter: quo trahebant locum Esai. 53: 8. Generationem ejus quis enarratu- ^{à veteri-}
rus est? 2. ἀχεώς sine temporis vicissitudine: juxta Psal. 2: 7. Hodie ge- ^{bus ex-}
nui te. conf. Joh. 8: 58. *Dixit ipsis Iesu: amen, amen dico vobis: an-*
tequam Abraham existeret, ego sum. item Prov. 8: 22, 23. *Jehova ha-*
buit me (genitam. vide v. 24.) principium viæ sua, ante molitiones suas, sive
decreta sua, pridem, à seculo unde a sum, à capite, à principiis terræ. Unde
Filius Patri est coæternus. Mich. 5: 1. *Et egressiones ejus de ante, à dicibus*
sculi. Col. 1: 17. *Estque ipse ante omnia, & omnia consistunt per eum.*
3. ἀχεώς inseparabiliter. Joh. 1: 1. *In principio erat sermo;* & sermo
ille erat apud Deum. & 14: 10, 11. *Non credis, quod ego sum in Patre, &*
Pater in me sit? Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor. Pater
verò qui in me manet, ipse facit opera. Credite mihi, quod ego in Patre, &
Pater in me sit; si non creditis mihi dicenti, quod ego sum in Patre, & Pa-
ter in me, propter opera ipsa credite mihi. 4. ἀναδῶς sine passione aut
mutatione ullâ, nec in Patre, nec in Filio: cum ipsum generari nullam
imperfectionem dicat, sed potius perfectissima sit omnis perfectionis
receptio.

X. Enervant atque inane reddunt hoc mysterium adversarii, dum ^{Quame-}
^Y ^{filia-} ^{nervant}

adversarii.

filiationem hanc leviter adeo explicant, ut nomen istud, vi omni atque potestate suâ exutum, non nisi in tropo ac tenui quodam sensu Servatori tribuant.

Iudei.

XI. Præverere hâc in causâ *Judei*, tempore Christi; qui Messiam quidem filium Dei agnoscebant. Matth. 26: 63. *Respondens Pontifex maximus dixit ei, adjuro te per Deum viventem, ut dicas nobis, an tu sis Christus ille, Filius Dei.* ex Psal. 2: 12. *Exosculamini Filium.* & 89: 27. *Ipse vocabit me, Pater meus es tu, Deus meus, & rupes salutis mea.* sed adoptivum duntaxat. cui opponitur confessio Apostolorum, Matth. 16: 16. *Tu es Christus, Filius ille Dei viventis.*

Ebionita.

XII. Atque ex eo fonte sua hauserat *Ebion*, cui Christus erat *γιλας*; *ωδησωνος*: quem fecutus *Arius*, eum produxit *εκ των εκ ουτων*: cuius blasphemiam ita interpolavit *Photinus*, ut Ario ne quidem Christum ante mundum conditum fuisse largiri voluerit, verum ante nativitatem ex Maria eum nulla prorsus ratione extitisse impiè docuerit. *Quæ per omnia hodie Socini & discipulorum ejus, doctrina est.*

Ariani.

Photiniani.

pi.

Sociniani.

horum blasphemiae circa Filium Dei.

XIII. Volunt enim illi Christum Jesum ejusdem prorsus ordinis & naturæ esse cum aliis hominibus, qui itidem filii Dei appellantur; verum peculiari quâdam ratione, & propter singularem præ-eminentiam, hoc nomen ipsi attribui; atque adeo esse eum *Filium Dei proprium*, non quatenus ea appellatio adoptivo, sed alieno opponitur, & eximium quid dicit; & *quasi unigenitum*. quo adducunt locum Joh. 1: 14. *Intuiti sumus gloriam ejus, gloriam dei patrem nostrum, ut unigeniti à Patre.* cum illud *ως* ibi non assimilativum, sed expressivum sit, ut & Luc. 22: 44. *fictus est sudor ejus ωτὶ θρόνος αὐγετῷ.* Similis est usus particulæ *ως* apud Hebreos. Vide Zach. 12: 8. & sæpius; ut sensus sit, apud Deum Christum eo esse loco, quo solent unigeniti esse apud parentes, dilectissimus nimirum, ut Isaacus, qui respectu matris fuit unigenitus, Gen. 22: 2. *Accipe filium tuum, unicum tuum, quem diligis, Isaacum.* Sicut & Salomo dicit se fuisse *τένερον & unicum*. tanquam unigenitum habitum filiis matris suæ, *πατέρῳ τριῶν*.

& specie-
lēm filia-
tionis ejus
rationem.

XIV. In specie vero filiationis ejus præ reliquis creaturis causas tridunt, *dilectionem Patris*, ex cuius singulari amore creatus est, *conceptiōnem miraculosam* ex Sp. S. & *sanctificationem ac missionem ejus* in mundum, tum etiam *resurrectionem* ejus, ac denique *exaltationem* ad dextram Dei: cum tamen ante hâc omnia jam Filius Dei fuerit, atque hoc nomine in S.S. litteris, sine ullo ad ea respectu, appelletur, vid. Jes. 9: 5. ubi Filius,





nobis datus, appellatur Deus vīctor, Pater ēternitatis. Gal. 4: 4. *Emisit Deus Filium suum, nascentem ex muliere.* Joh. 3: 16. *Ita Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* v. 34. *Quem misit Deus, verba Dei loquitur. non enim ex mensura dat Deus Spiritum.* v. 35. *Pater diligit Filium & omnia dedit in manum ejus.* Col. 1: 15. *Qui est imago Dei invīsibilis, primogenitus omnis creaturæ.* Hebr. 1: 3. *Qui cum esset effulgentia glorie & character subsistentia ejus, & ferret omnia verbo potētia sue, per se ipsum purgatione facta peccatorum nostrorum, consedit ad dextram magnitudinis in altis.* Phil. 2: 6. *Qui quum esset in forma Dei, non raptum duxit esse instar Dei: sed se ipsum exinanivit.*

XV. Non enim propter nativitatem ex virgine, sed propter ēternam ^{qua re-}
ex Deo patre generationem, naturalis Dei filius est; cum nativitas ejus ex ^{danguin-}
virgine ne quidem angelis eum superiorem faciat. Hebr. 2: 6, 7. *Minorem tur-*
eum fecisti paulisper angelis. quibus tamen ut Filius Dei longe præfertur.
Hebr. 1: 4. *Tanto major factus Angelis, quanto excellentius præ illis hæredi-*
tavit nomen.

XVI. Neque Luc. 1: 35. *Spiritus S. veniet super te, & virtus Altissimi inumbrabit te: ideo etiam, quod nascitur Sanctum, vocabitur Filius Dei*(licet hac auctoritate adversarii se tueantur) *Christus Dei Filius propter nativitatem ex virgine appellandus dicitur, sed propter ^{τιλεστην} Sp. Sancti: quæ ^{τιλεστην} divinitatis, atque ejus veluti descensus, non alterius quam ipsius divinæ personæ Filii est, qui in isto corpore, quod è virgine fabri- caverat, tanquam in templo habitare decreverat.* vid. Zach. 6: 12: 13. *Et dices ad illum, dicendo: Sic dixit Jehova Deus exercituum, dicendo: Ecce vir, Germen nomen ejus est, & de subter se germinabit: & edificabit templum Jehovæ. & ipse edificabit templum Jehovæ, & ipse accipiet maje- statem, & confidebit & dominabitur in throno ejus.* Hebr. 3: 6. *Ampliore enim gloria hic præ Mōse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domo qui paravit illam.* v. 6. *Christus autem, tanquam Filius super dominum suum, cuius dominus sumus nos.*

XVII. Reliqua similiter, quæ addunt adversarii, filiationem ejus à posteriori monstrant & ostendunt, non faciunt, vel præcipua ejus causa sunt. Non Filius Dei est, quia ad tale munus *sanc*tificatus est. Joh. 10: 35, 36. *Si illos dixit Deos, ad quos verbum Dei factum est, & non potest solvi Scriptura: quem Pater sanctificavit & misit in mundum, vos dicitis, bla- sphemas: quia dixi, Filius Dei sum?* alias enim filiationis rationes ibi affert, *quod nimis cum Patre unum sit,* v. 30. *quodque eadem cum ipso opera faciat.*

faciat. v. 37. *Si non facio opera Patris mei, ne credite mihi.* v. 38. *Si autem facio, ut mihi non credatis, saltem operibus credite: ut cognoscatis & credatis, quod in me Pater & ego in ipso.* Imo ne ad munus quidem mediatorium admitti potuisse, nisi Filius Dei fuisset; ut inde solum velut à posteriori Filius Dei esse demonstretur. Nec quia *dilectus* est, ideo Filius est. Matth. 3: 17. Sed vero quia Filius est, ideo *dilectus* est, ut verborum series docet. Atque similiter *resurrectio* atque *exaltatio* ejus plenissimè eum Filium & Dominum, coram universo mundo demonstrant: ut Act. 2: 36. *Quod Deus ipsum fecerit Dominum & Christum. & 13: 32, 33. Et nos vobis euangelizamus eam promissionem qua Patribus facta est, quod Deus eam impleverit filiis eorum nobis, ἀνθρώποις suscitans Iesum, quemadmodum & in Psalmo secundo scriptum est, Filius meus es tu; ego hodie genui te, καὶ φανέσθω ea tantum de ipso dicantur.*

Remonstrantes.

XVIII. Conveniunt in eo cum Socinianis *Remonstrantes*, quod quatuor istas causas filiationis probent; sed in hoc discrepant, quod aliam etiam causam videantur agnoscere, nempe Christi à Patre generationem; quamvis non ideo eum ὄμοιόν τοις velint, sed cum dignitate, tum potestate differentem à Patre, eique non collateralem vel coordinatum, aut consubstantiale, sed potius subordinatum. Episc. Instit. Theol. lib. iv. c. 35.


*Adversariorum
adversus
hanc Filia-
tionem ar-
gutie: ex
ratione.*


XIX. Quæ autem adversus divinam hanc Filii generationem ab adversariis adferuntur, meræ argutiæ sunt, & humanae ratiunculae, intermixtis in speciem quibusdam malè consutis S.S. litterarum sententiis, quibus summum & præcipuum hoc Christianæ fidei sacramentum temerare, Deumque ipsum & divina in ordinem redigere nefario ausu liuntur.

XX. Quale est, dum ex æterna & arcana hac generatione vel *mutationem*, vel *imperfectionem*, vel naturæ atque temporis *prioritatem* in divinis inferunt: quin imo, si Deo placet, Filium, si Patri ὄμοιόν τοις sit, *sui ipsius fore Filium*; & plura ejusdem commatis cavillantur. Quæ jam pleraque discussa sunt. Est enim generatio hæc alterius prorsus ordinis, & in æternâ ejusdem essentiæ communicatione, sine ulla alienatione, vel levissimâ *muta-
tione*, consistit. Nec major *perfectio* est in Patre, ex. gr. generare, quam in Filio generari, hoc est, omnium divinarum perfectionum æterno actu participem existere; omnisque in personarum hisce proprietatibus & notionibus *perfectio* (si modo *perfectio* ea propriè appellanda est) correlata. simul perfectionem in aliis personis statuit; eaque omnis in divina essentiâ tandem terminatur: cuius unius hæc summa & præcipua eminen-









tia est, quod in tribus personis, & terno quasi subsistendi modo subsistat. Imo ne in humanis quidem semper temporis *prioritas* in causis & principiis, respectu eorum quæ ab iis producuntur, locum habet; quod in anima nostra respectu cogitationum illius videmus. Cui productioni illa quæ in divinis est, si quæ ejus imago in creaturis detur, proximè accedit. Neque tandem *Filius sui ipsius Filius* dici potest, si meminerimus eum non essentiæ, sed personæ esse Filium, non essentiatum, sed genitum: nec in divinis hoc absurdum est, personam aliquam gigni, & essentiam non gigni, cum omnis generatio ejusdem numero essentiæ communicatione peragatur.

XXI. Ex Scripturâ itidem quæ adducunt, quibus Filium Patre minorem, imo in rerum creatarum ordine atque serie ponere satagunt, jejuna & ^{ex Scripturâ} ~~ra.~~ valde exilia sunt, & à corpore suo plerumque divulsa atque lacerata, quo solo aliquam speciem habent; cum, si in universum doctrina Christiana spectetur, atque ea tota in divina suâ specie animo objiciatur, hoc de Filio Dei, ejusque æquali cum Patre essentiâ & potestate mysterium, totius salutaris doctrinæ caput, atque pulcherrimi istius corporis unica compages & sacratissimum vinculum confcri debeat.

XXII. Tale est quod urgent, *Filio datum esse à Patre habere vitam in se ipso*, ex Joh. 5: 26. quod tamen respectu arcanæ illius generationis dicitur, quâ Filius eandem Patris vitam & essentiam perfectissimo modo possidet: non enim vitam adeptus est ut effectum aliquod à causa superiore; imo ne illa quidem ipsa vita diversa est à vitâ Patris. Unde & *potentia vitae indissolubilis* illi tribuitur: Hebr. 7: 16.

XXIII. Similiter Hebr. 5: 8. *Quantumvis esset Filius, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam.* ita *obedire* Patri dicitur, ut tamen ipsius æqualitas non obscurè asseratur; deque eo ut paradoxum aliquod pronunciatur, quod, cum talis esset, *Filius ipsi æqualis, εἰ μηδὲ γένεται τούτῳ,* & cum non duceret *raptum esse instar Dei.* Phil. 2: 6. Patri tamen *obediverit;* quod ineptum foret de eo dicere, si Filius non coæqualis intelligatur; ille enim Patri de jure obedientiam debet:

XXIV. Denique cum Col. 1: 15. πρωτότοκος πάντων κτίσεως appellatur; non creaturis, tanquam ejusdem ordinis, accensetur, sed iis opponitur, ut genitus, non creatus, & genitus ante omnes creaturem, ut æterna & immutabilis Dei imago, omniumque quæ condita sunt dominus & hæres; quæ vocis primogeniti vis & efficacia est.

XXV. Sequitur persona tertia, Spiritus S. Quæ vox propriè flatum SPIRITU-


Vocis illius notat. *Tò πνεῦμα ὅτε δίξει πνεῖ ventus quò vult spirat.* Joh. 3: 8. *Et fē-
varia ac-
ceptio.* *Deus transfire ventum* Π' *supra terram & desiderunt aquae.* Gen.
8: 1. substantiam nimirum quæ spirat, aut spiratur, vel ipsam aliquando
spirationem. Metaphorice pro substantia spirituali usurpatur, videlicet pro
animâ hominis. *Et reddit pulvis in terram, ut fuerat, & spiritus reddit ad
Deum, qui dedit eum.* Eccl. 12: 7. *Pater, in manus tuas depono spiritum
meum.* Luc. 23: 46. vel pro angelis. *Et quoad angelos quidem dicit: qui
facit angelos suos ventos & ministros suos ignis flammam.* Hebr. 1: 7. *Non
ne omnes sunt regnorum vestrum ministratorii spiritus?* Ibid. v. 14.

XXVI. In divinis autem vel essentialiter sumitur, pro spirituali Dei es-
sentiâ. *Spiritus est Deus.* Joh. 4: 24. *Deus manifestatus in carne, justificatus
in spiritu.* 1. Tim. 3: 16. vel personaliter, pro tertiatâ S. S. Trini-
tatis personâ. *Baptizantes eos in nomen Patris, & Filii, & Spiritus san-
cti.* Matth. 28: 19. denique etiam pro donis Sp. S. *Et erit post illa, ef-
fundam spiritum meum in omnem carnem.* Joel. 2: 28. quod citat Petrus
Act. 2: 17.

XXVII. Est autem hoc nobis revelatum, esse in divinis personam ali-
quam, juxta cum Patre & Filio verè subsistentem, atque ab iis proprio
charactere & notâ distinctam, quæ appellatur Sp. S.

*Ostenditur
Sp. S. esse
personam.* XXXVIII. Eum *esse personam* verè subsistentem, quod hic maximè
in controversiam venit, hinc constat. 1. quod Scriptura cum cum Patre
ac Filio sèpius conjungat, & nullo observato discrimine pariter de illis a-
gat & loquatur, eosque pari loco & ordine habeat: quod in Christiano-
rum initiatione in *baptismo* illustri modo apparet, ubi sacra ista actio æque
in nomen Spiritus S. ac Patris atque Filii peragitur. Matth. 28: 19.
Manifestum autem est, in rei, quæ persona non est, nomen universam fide-
lium Eccl. baptisi atque sacro ritu inaugurarari non posse. 2. Accedit, quod
ipsi tribuantur omnia personis propria, attributa nimirum & proprietates.
*Omnia hac operatur unus & idem Spiritus, distribuens unicuique, prout
vult.* ubi notare licet voluntatem & actionem ut personæ. 1. Cor. 12:
11. *operationes* omnis generis. *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunditatis
Dei.* ubi τὸ ἐγεννᾶ signifikat perfectam cognitionem: ut Job. 28:
27. *Scrutatus est eam sapientiam,* h. e. intimè cognovit. Joh. 14: 26.
*Spiritus ille sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille docebit vos
omnia.* & 15: 26. *Quum autem venerit Paracletus ille, quem ego mittam
vobis à Patre, Spiritus ille veritatis, qui a Patre procedit, ille testabitur de
me.* Rom. 8: 16. *Ipse Spiritus contesticatur spiritui nostro,* nos *esse
Filios*





Filios Dei. v. 26. *Similiter verò & Spiritus opitulatur infirmitatibus nostris. Nam quid oremus, quemadmodum oportet, nescimus: sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitisibus, qui sermone non explicantur.* 1. Joh. 5: 7. *Tres sunt qui testantur in celo, Pater, Sermo & Spiritus sanctus; & hi tres unum sunt.* Act. 13: 2. *Dixit Spiritus sanctus, separate mihi Barnabam & Saulum ad opus ad quod eos vocavi.* 2. Pet. 1: 21. *Non enim voluntate hominis lata est unquam Prophetia; sed Spiritu sancto alti locuti sunt sancti Dei homines.* atque etiam apparitiones in symbolis corporeis, aliorumque suppositorum assumtiones; quod solum à re quæ ipsa per se subsistit, fieri potest. Matth. 3: 16. Luc. 3: 22. *Spiritus sanctus σωματικῶν ὕδε corporea specie descendit in Iesum ut columba.* 3. Denique quod à donis, quæ etiam spiritus nomine saepe veniunt, Spiritus S. eorum auctor, aperte distinguitur. 1. Cor. 12: 11. *Omnia hæc agit unus ille & idem Spiritus, distribuens privatim illa singulis sicut vult.*

XXIX. Violentum autem prorsus est, per *prosopopœam* hæc omnia explicare: per nullam enim prosopopœam, qualisunque ea sit, rei, quæ persona non est, talia attribui possunt, qualia Spiritui S. Scriptura attribuit: Nunquam etiam solent accidentia cum suis subjectis, vel res inanimis cum animatis pari passu conjungi, & similia de iis prædicari, & per diversas rursum actiones eadem à se invicem distingui; quod circa Sp. Sanctum & Patrem hic tam crebro fit. Sed & Scriptura hic diserte utitur enallage generis, & neutro τρεῖς adjungit masculinum τρεῖς, ut personam exprimat. Joh. 16: 13. *Quum autem venerit τρεῖς, τὸ τρεῖς & ἀνθρώπος ille, Spiritus veritatis, ducet vos in omnem illam veritatem.* Eph. 1: 13, 14. *In quo etiam credentes obsignati estis Spiritu promissionis sancto, ὃς τρεῖς ἀπόβατον qui est arrhabo hereditatis noſtre.*

XXX. Neque solum persona est, verum ea à Patre & Filio distinguitur. *eamque à Patre & Filio distinguam,* Unde in Scriptura aliud dicitur. Joh. 14: 16. *Et ego rogado Patrem, & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in seculum.* Zach. 9: 12. *בָּנֵי סְפִינָה Indicem alterum restituo tibi.* conf. v. 9. Ecce Rex tuus venit tibi. Et Patris ac Filii Spiritus appellatur. Gal. 4: 6. *Quia verò estis filii, emisit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra, qui clamat, Abba, Pater.* Rom. 8: 14. *Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei.* Ab iisque, velut missus ab iis, distinguitur. Joh. 15: 26. &c 14: 16.

XXXI. Impiè ergo Pneumatomachi cum virtutem Dei esse dicunt, non *Quibus distinguam à Patre personam:* quorum Patriarchæ fuere Judei, qui vel *adversari-*

*tur Pneu-
matoma-
chi.
Iudei.*

magnifica quædam Dei dona , vel motus heroicōs , non-nunquam etiam
divinæ majestatis in templo præsentiam , quam שְׁבִינָה appellant , spiri-
tus nomine accipiunt ; aliquando etiam eum infimo inter prophetiæ gra-
dus loco ac numero ponunt ; unde Hagiographos , quos appellant , scri-
ptores à Sp. S. actos fatentur , pro prophetis autem non habent : quos se-
cuti fuerunt in Veteri olim Ecclesiâ *Macedonianī* hæretici , & hodie infau-
sta Arianorum & Macedonianorum propago , *Sociniani*.

*Macedo-
niani.
Sociniani.*

*Qui Sp. S.
varie di-
scerpunt.*

XVIII. Variant autem hæretici in exprimendo quid sit Spiritus S. dum cum nonnunquam Deo assignant , atque eo nomine ipsius Dei attri-
butum aliquod seu *virtutem* intelligunt ; aliquando eum afflatum , & quasi
medium quid inter Deum & hominem , seu inter potentiam Dei & effectus
manifestiores esse volunt ; tandem illum in ipso *homine* ponunt , & spiri-
tuales animi dotes , fidem , spem , charitatem , vel etiam insignius aliquod
Dei donum , præsertim vim miracula patrandi , spiritum appellant ; deni-
que , manifesta nimis catachresi , ipsum *Euangelium* , & *spem vita aeterna*
in eo revelatam Sp. Sanctum vocant , quia nimis sanctificandi vim ha-
bent : atque ita spiritum nobis dant , qui ante ascensionem Christi non
extiterit , & sine quo Vct. T. Patres fideles esse potuerunt.


*quod re-
sellitur.*

XXXIII. Scriptura autem Spiritum *alium* dicit esse à Patre , quod de
virtute aliquā Patris dici non potest , quæ à Patre diversa esse nequit ; atque
ipsi potius Spiritui virtutem & potentiam adscribit . Multo minus *quali-
tas* vel accidens aliquod in Deo poni debet , vel *intermedium* aliquod , ne-
scio quid , inter Deum & creaturam effungi , quod nec Deus , nec creatura
sit , & res aliqua increata sit , & Spiritus appelletur . Nec denique ille cum
spe , vel fide , aliisque qualitatibus in homine debet confundi ; quas tamen
animi dotes homines excutere possint . Egregium scilicet Spiritum , qui
tam potens sit , ut eum homines non admittere , & admissum vel uno pec-
cato extingue possint ! & præclarum Dei donum , cuius ortus , status &
occagus à liberrimo hominis arbitrio unice dependeat ! ut male Socinia-
ni *spem certam vita aeternæ* appellent , cum spes ista sæpe fallere , atque ea
aliquando nihil falsius atque fallacius esse possit .

*Sp. S. pro-
cessio.*

XXXIV. Tribuitur autem Sp. sancto ἐπίγενος processio ; quæ à
generatione Filii distinguitur , cuius tamen distinctionis modum nos nec
capere , nec explicare possumus ; quanquam hæc per modum intelle-
ctionis , illa per modum dilectionis , seu volitionis ; ut Spiritus à Patre
& Filio ut amor eorum mutuus procedat , declarari , licet non satis conve-
nienter , soleat .

XXXV. Cer-



Hartnitz prof. Dr. ganz eifrig 860. F. 2°

XXXV. Certum tamen est duo ista vel maximè distingui; unde Spir. à Patre & S. semper procedere, nunquam autem *genitus* à Patre dicitur: sicuti neque ejus imago unquam appellatur. Cumque principium Filii sit Pater solus, principium Sp. S. est Filius cum Patre, unicā tamen spiratione, utpote ἐμόστοι, Sp. Sanctum producentes: Filius enim sicuti à Patre existit, ita nihil sine Patre facit vel operatur. *Non potest Filius facere à semetipso quicquam, nisi quid viderit Patrem facientem, quaenam enim ille facit, hæc & Filius similiter facit.* Joh. 5: 19. quod similitudine imaginis in speculo adumbrari solet, quæ faciem hominis, quam intuetur, omnesque ejus actiones & motus unicè imitatur, neque aliud quiequam facit.

XXXVI. Est autem hic imprimis celebris illa quæstio, *an Spir. S. inter Græcos & Latinos procedat à Patre Filioque?* quæ olim mota inter Græcos & Latinos in schisma tandem erupit, atque illos etiamnum utcunque à sensu Reformatæ Ecclesiæ distinctos & Latinos contraversi.

XXXVII. Occasio ejus primitus fuit, quod in recitatione symboli Constantinopolitani, A.C. 381. ubi ad articulum de Sp. S. hæc verba tantum audiebantur, τὸ εἰς τὸ πατρὸς ἐνπορεύμενον, Latini addiderint, ex Patre *Filioque*: quod eo magis doluit Græcis, quod Latina Ecclesia non modo publicos Ecclesiæ Canones atque communes orthodoxæ fidei formulas privato consilio immutare ac violare fuerat ausa; sed & in fidei arbitram supra reliquas se efferre, quin imo Scripturam ipsam, ex qua verba Symboli desumpta erant: *Quum autem venerit Paracletus ille, quem ego mittam vobis à Patre.* Joh. 15: 26. emendare videbatur.

XXXVIII. Accedentibus porro aliis causis, quæ Græcos supercilii Romani impatiens male urebant, illi in alia omnia vergere, & tandem prorsus negare Sp. S. à Filio, tanquam origine ὑποστάσεως, procedere; quam Theophylacti sententiam A. C. 1071. reliqui porro amplexi sunt.

XXXIX. Nec sanatum illud schisma in concilio Florentino, A. C. 1438. ubi statutum Sp. S. à Patre & Filio æternaliter, tanquam ab uno principio, atque unicā spiratione, procedere; sed potius auctum fuit: præsertim cum Latini dogma illud, quod ante istud concilium nondum necessarium statuerant, jam post illud, quod nimirum res à Papa nunc definita foret, pro articulo fidei necessario urgere, & Græcis eo nomine obtrudere cœperunt.

XL. Ut utrumque hic peccatum sit: à Latinis quidem, quod temere Oecumenici Concilii Symbolo quedam addiderint, atque Ecclesiæ sue & Romani Pontificis auctoritate (præsertim post concilium Florentinum)

Græcos prægravare, iisque hunc articulum tanquam creditu necessarium veluti imponere anni si sint. A Græcis autem, quod dogmati huic & in S. literis non obscure tradito, & à vetustioribus Græcæ Ecclesiæ Patribus agnito, nec ab ipsis, quoad rem ipsam, magnopere repudiato (Spiritum enim Sanctum non tantum Patris, sed & Filii esse Spiritum fatebantur) solâ Romani nominis invidiâ ducti præfractè nimis oblectati fuerint; cum tamen Ecclesiæ licet vocabulis Scripturæ sensum explicantibus, quibusque nihil periculi subsit, uti, & veritates in Scriptura traditas exponere.

ex Scriptura affecta. XLI. Spiritus S. autem in Scripturis 1. non solum Patris, sed & Filii Spiritus appellatur. Cum enim Christus dicat: *Omnia quæ habet Pater, mea sunt, Joh. 16: 15. & omnia tua meas sunt, Joh. 17: 10.* sequitur, Spiritum Patris esse etiam Spiritum Filii. Atque hinc sicut *Spiritus Patris* dicitur, ita quoque *Spiritus Christi*. Rom. 8: 9. *Si vero quis Spiritum Christi non haberet, hic non est ipius.* Phil. 1: 19. *Novi enim, quod hoc mihi eveniet ad salutem per vestram petitionem, & suppeditationem Spiritus Iesu Christi.* Et *Spiritus Filii.* Gal. 4: 6. *Quia vero estis Filii, emisit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra, qui clamat Abba Pater.* Et *Spiritus oris ejus.* 2. Thess. 2: 8. *Quem (Antichristum) Dominus consumet Spiritu oris sui & abolebit illuciente adventu suo.* quæ non alio quam originis respectu possunt intelligi. 2. atque dicitur *Filius operari per Sp. S. eumque mittere.* Joh. 15: 26. & 16: 7. *Si non abeam, Paracletus ille non veniet ad vos.* Si autem proficiscar, mittam eum ad vos. ac effundere. Act. 2: 33. *Dextrâ igitur Dei exaltatus, cum promissionem Spiritus Sancti acceptisset a Patre, effudit hoc quod nunc vos videtis & auditis.* 3. quod ipsum etiam adumbravit adhibito externo operationis symbolo. Joh. 20: 22. *Et quem hac dixisset, afflavit eos: & dixit eis, accipite Spiritum Sanctum.* Non possunt autem dona Sp. Sancti à Christo dependere, nisi ipse Sp. respectu originis à Filio procederet. 4. unde & *Spiritus accipit de eo quod est Filii.* Ille me glorificabit; quia ex meo accipiet, & renunciabit vobis. 5. Quin & Pater illum mittit in nomine Filii. Joh. 14: 26. Sicut & rursus Filius illum à Patre mittit, Joh. 15: 26. ut ab utroque simili ratione procedere intelligatur.

XLII. Nec est quod Græci verbis Christi Joh. 15: 26. *Quum venerit Paracletus ille, quem ego vobis mittam a Patre, Spiritus ille veritatis,* & ἡγετὴ ἀποστολῶν, qui à Patre exit, qui quasi in procinctu stat, ut à Patre mittatur, ille testabitur de me, fæse inhærere jaçtent: non enim loqui-





loquitur ibi Christus primariò de *ἰωσαήνη ἰδόνη* Sp. Sancti, sed de ejus datione, eis que egressu ad homines: adeoque non de *ἐκπρεψει φυσικῆ*, sed de *ἐνορθωτικῆ* illa propriè agunt; non de egressu ejus aeterno, sed de temporali ejus effusione in N. T. Nam cum Christus venisset in mundum, hoc illud tempus erat, ut etiam Sp. S. à Patre egredetur: quem se missurum Christus spondet. Unde & *Spiritus veritatis* h. e. conveniens veritati & exhibitioni promissionum in Christo, appellatur: nam & antea fuit etiam Spiritus verax; hic autem majus quid promittitur.

XLIII. Si verò Græci hoc tantum velint, ut quidam eorum sensum produnt, procedere Spiritum à *Patre per Filium*, non adeo absurditerunt; cum Pater omnia per Filium operetur, atque ita etiam Spiritus à *Patre per Filium* procedere, idoneo sensu dici possit: nec amplius de re, sed de verbis omnis controversia ac lis erit.

XLIV. Hæc autem personarum distinctio essentiæ divinæ unitatem *Cum hæc non tollit*, cum eadem numero omnium sit essentia & natura, eaque unicæ & individua, quæ in tribus personis, veluti triplici subsistendi modo, existit.

XLV. Vetus Ecclesia in concilio Nicæno ad hanc unitatem exprimendam usâ est vocabulo *ἴμοςτις*. Quod ex Eusebii Nicomediensis Episcopi, Ariani, epistola exceptum, quamvis & nonnullis retro scriptoribus usitatum fuerit, ita Patribus placuit, ut in usum Ecclesiæ traductum, & pro certissima orthodoxæ tessera habitum, & in quatuor antiquissimis symbolis, Antiocheno, A.C. 272. Nicæno, A.C. 325. Constantinopolitano, A.C. 381. & Athanasiano, A.C. 340. veluti consignatum fuerit. Præsertim cum ex S.S. literis deductum illarum sensum clarissimè redderet, atque adversariis, qui loco *ἴμοςτις* suum illud *ἴμογιστος* substituebant, detegendis apprimè inserviret.

XLVI. Infert autem hæc consubstantialitas æqualitatem ut essentiæ, ita durationis, majestatis, ceterarumque proprietatum essentialium, nec non honoris & gloriae: quorum omnium fundamentum est essentiæ identitas. *Sicut enim Pater vitam habet in se ipso, sic dedit & Filio habere vitam in se ipso.* Joh. 5: 26. *Quum esset in formâ Dei, non duxit raptum patrem esse Deo.* Phil. 2: 6.

XLVII. Consequitur eam divina *ἴμετχάρπτις* ac *immeatio*, & per eam unque sonarum in eadem essentiâ veluti amplexus mutuus, quo una est in alia, atque haec vicissim in altera, inconfusis tamen singularum proprietatibus; atque omnes unico velut intuitu comprehenduntur, & in externis operibus

bus se ostendunt, Pater in Filio, Filius in Patre, & uterque in Sp. S. atque hic rursus in utroque: ferè uti exemplar in imagine suâ existit, atque intentibus sese offert.

*Fidei his-
jus necessi-
tas.*

XLVIII. Atque hoc est sublime illud sacrae Trinitatis mysterium, cuius cognitio & confessio ad salutem est necessaria. *Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quisquam novit nisi Filius.* Matth. 11: 27. *Quisquis negat Filium, nec Patrem habet.* 1. Joh. 2: 23. ergo qui agnoscit Filium, etiam Patrem habet. vide & Joh. 17: 3. *Hac est autem vita aeterna, ut con-
gnoſcant te, ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jefum Chriſtum.* Gal. 1: 8. Sed & ſi nos, aut Angelus ex caelo annunciet vobis prater id, quod vobis annunciavimus, anathema fit. 1. Joh. 4: 3. *Et omnis Spiritus, qui non
confitetur, Jefum eſſe Chriſtum, qui in carne venit, ex Deo non eſt.* 2. Joh. v. 9, 10, 11. *Quicunque transgreditur & non manet in doctrina Chriſti,
Deum non habet. qui manet in doctrina Chriſti, is & Patrem & Filium ha-
bet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis illum
domum, & ave ipſi ne dicete. Nam, qui dicit ipſi, ave, communicat operibus
ipſius malis.* Ut male Remonstrantes, Socinianis ad blandientes, dogma-
tis hujus necessitatem elevent, atque Anti-trinitariis anathema dicere re-
cufent.

C A P U T X X X I I I .

De S. S. Trinitatis Demonſtratione.

S. S. Tri-
nitatis
probatio.


*non inſi-
tuenda ex
enione :*

I.  Idem hujus mysterii quod attinet, nonnulli argumentis ex naturâ & ratione adductis comprobare illud fategerunt: qualia fuit 1. ex communi ratione boni: omne videlicet bonum esse sui communicativum, quod Deo, qui ab extero extiterit, suminèque bonus fuerit, competere non possit modo perfectissimo, nisi ipsam essentiam suam ab extero alteri communicaverit: & rursus, nullius boni sine socio jucundam esse possessionem; adeoque Deo ab extero adiungendas personas æquales & socias. 2. ex intellectu Dei: omne enim ens intelligens ideam aliquam in mente habere, cuius ſibi concium eſt, & præterea voluntatem, quæ mentis & cogitationis veluti latio eſt in rem intellectam: ſic in mente divina ideam illam, cum perfectissima ſit & omnia repræſentet, eſſe Verbum ſive Filiū Dei; alterum vero infiniti-

.iſtius







istius intellectus modum, nimirum voluntatem, seu tendentiam in se se ut unicum bonum, esse Sp. Sanctum: qui conceptus ipsis simplicior videtur, quam Trinitatem concipere per tres modos subsistendi, cum eadem res pluribus modis, illorum judicio, subsistere non possit, quum essentia, existentia, subsistentia &c. inter se non differant. 3. atque fortius adhuc urgunt ex Dei potentia: non enim eam otiosam ab æterno debere statui; cumque omni rei aliqua productio, sive activa, sive passiva, conveniat, eam Deo ctiam, tribuendam esse, eamque perfectissimam & æternam; cumque ea in mundi extra Deum creatione terminari non possit, utpote quæ nec perfectissima, nec æterna sit, alterius & perfectioris generis eam debere esse, qualis demum est ubi productum ipsum & perfectissimum, & producenti coæternum, atque adeo ipsi Deo coæquale est.

II. Verum hæc argumenta vim nonnullam ad probandum, ad probandum & persuadendum nullam habent. Atque ejusdem generis sunt illæ <sup>aut simili-
tudines</sup> ^{tudinibus} <sup>naturali-
bus.</sup> desumuntur ab animâ humanâ, Sole, Iride, Triangulo, Sphæra, Fonte; præsertim autem à Luce, cui Deus in sacris litteris fæpius assimilatur: cumque tria in hoc universo corpora eadem luce condecrentur, sol, qui lucem emittit, ut fons ejus; cœlum, quod eam transmittit, solemque nobis ostendit; & terra, quæ à cœlo soleque pariter collustrata lumen remittit; non absurdam S. S. Trinitatis imaginem in eâ extare volunt.

III. Pariter incerta sunt, quæ ex Gentilium scriptis, Platonis imprimis ^{ne ex gen-} & Platonicon rum (ut de Pseudo-Trismegisto & fabulosis Sibyllarum foliis ^{tilium} ^{scriptis.} nihil dicam) ^{scriptis.} ^{co-} ^{rumque} ^{ex} ^{revela-} ^{tione} ^{adscribenda} veniant.

I V. Unica ergo ea que certa sanctissimi hujus dogmatis probatio ^{Sed ex re-} ex revelatione petenda est: unde eam Ecclesia à primis suis incunabilis ^{velationis.} hausit.

V. Ut enim Angelos præteream, qui Deo tam prope adsunt, & adorandæ Trinitati æternas laudes canunt, Jes. 6. Vix dubitandum, *Ad amum* in ipso nascentis Ecclesiæ exordio hoc mysterium cognovisse: cum vel imprimis ad integratatem ipsius pertineret rectas de Deo ejusque cultu sententias habere, easque posteris tradere; cumque crebræ ipsi contingent revelationes, & Filius Dei in sacramento arboris vitæ ipsi proponeatur, & procul dubio ipsi quoque innouerint ea quæ deinceps Patriarchis, forte ex ipsius traditione, de Deo nota fuerunt.

*& inde
porro Ve-
terum Ec-
clesie.*

VI. Similiter *Patriarchis*, atque universę *Veterum Ecclesie*, illud i-
gnotum fuisse non potuit, cum reliquo tenebris suis mundo Deus ipsos so-
los luce suā dignaretur; & tum in Patrum familiis, tum in Tabernaculo,
atque utroque Templo, verbo, apparitionibus & perpetuis miraculis se-
Jehovam, Creatorem, Redemtorem & Sanctificatorem Ecclesie suę o-
stenderet; & vel præfens, vel per Prophetas populum suum de cultu suo
edoceret.

VII. Neque Christus alium Deum, ac diversum ab illo, quem ut Deum
Patrum suorum venerabantur, Judæis annunciat: nunquam enim hoc
illi vel Apostolis ejus objectum fuit: qui tamen Triuno hoc nomine di-
scipulos suos obsignari, atque in fidem ejus adigi voluit. Et Paulus pariter,
Triunus Dei præco, non aliud quam *Patrium Deum colere, atque
omnibus quæ in Lege ac Prophetis scripta sunt, se esse assentiri sanctè affirmat.*
A&t. 24: 14.

VIII. Unde constat eodem modo se esse Deum sub V. T. revelasse, ne-
que mysterium hoc Judæis prorsus incognitum fuisse: imo credibile est
Israëlitarum Ecclesiam, melioribus suis temporibus, longe sanctius
atque reverentius illud habuisse, quam postea Gentium Ecclesia; quæ in-
decoris super hoc capite certaminibus exercita sanctitatem ejus non uno
modo pollui ac violari passa est.

*Quod ap-
paret ex
Scriptura
V. T.*

IX. Sed & manifesta satis in Vet. T. codice occurunt testimonia ac
documenta, fiduci S. S. Trinitatis adstruendæ ac statuminandæ.

X. Omitimus argumentum, quod ex voce Elohim, in plurali numero
Deo attributa, ejusque inusitata cum verbis & affixis constructione, qui-
dam desumunt; quod infirmius videtur: cum 1. idem nomen, pari struc-
turâ, etiam aliis rebus singularibus, ut inter alia Dagoni: *Dedit Deus noster
אֱלֹהִים קָרְבָּן אֶלְיָהוּ* Jud. 16: 23, 24. homini, Exod. 4: 16. *אֱלֹהִים
תַּעֲשֵׂה אֶת־יְדֵךְ בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל* in Deum &c. attribuatur. 2. quin & de unica personâ divinitatis
in plurali usurpatur. Psal. 45: 8. *Propterea unxit te אֱלֹהִים* Deus, Deus tuus oleo alacritatis. 3. Et si vis vocabuli valeret, non magis
plures personas quam plures Deos, imo hoc potius, inferret. 4. Neque
etiam ab ista anomalia linguae Hebrææ genius adeo abhorreat, cum id
etiam in aliis vocabulis, præsertim dominium denotantibus, observetur: ut
in voce Behalim. Exod. 21: 29. *בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל
Et admonitus est Dominus
ejus.* Esai. 1: 3. *Novit asinus præsepe בָּלִי domini sui. Adonim.* Gen. 40: 1.
Peccarunt pincerna regis אֶgypti & pistor לְאַרְנִים domino suo. & 42: 30.
Loquuntur est vir, אֶרְזִי dominus terra, nobiscum dura. Quæ vox pariter Deo
tri-



tribuitur. Deut. 10: 17. Ubi appellatur אָוֹתֵה תְּרוּמָה dominus dominorum. vide etiam Mal. 1: 6. Si אָוֹתֵה תְּרוּמָה dominus ego, ubi timor meus? ut alia nomina pluralia prætermittam, quæ similiter cum singularibus construuntur. vide Joel. 1: 20. בְּהִמּוֹת שְׂרָה פְּשָׁרָג pecudes agri gloriantur.

X I. Fortius urgent i. illa loca, ubi Deus ad se ipsum, vel de se ipso in *Inde ex* plurali loquitur, ut Gen. 1: 26. *Faciamus hominem ad imaginem nostram variis lo-* Gen. 3: 22. *Ecce homo factus est ut unus ex nobis.* Gen. 11: 7. *Descen-*^{corum} *damus & confundamus linguam eorum.* Quibus in locis veteres Judæi *in quibus* singulare quid animadverterunt, atque Deum cum domo judicii, h. e. *tum de* sanctæ Trinitatis concilio egisse dicunt. Non ferendi enim recentiores, *pluralitate* qui Deum familiam cœlestem, id est, angelos, vel cœlum ac terram, ac *personæ* elementa denique ipsa allocutum, vel denique more ac stilo magnatum *rum agi-* usum cavillantur. Cum enim homo creandus, vel idem cum universo *tur.* mundo judicandus foret, creaturæ nullæ in divini operis consortium accipi potuerunt. Nec stylus ille, quem magnatum dicunt, Scripturis familiaris est, & ab Hebreæ linguae proprietate abhorret: neque etiam mos iste in Oriente istis temporibus obtinebat, sed postea demum in Occidente usurpari coepitus est: neque denique ipsa illa phrasis & loquendi forma, quam Reges usurpant, per omnia nostræ similis est; non enim dicunt, nos Caroli ex. gr. vel nos Reges mandamus, qualis hæc, de qua agimus, loquendi ratio est; sed nos Rex Galliæ, ex. gr. jubemus &c. Similia loca sunt Hos. 12: 4, 5. *In viribus suis tanquam dux exercitus certavit cum Deo.* Et certavit cum angelo, & obtinuit; ploravit & supplicavit ei: *Bethæle invenit ipsum,* & ibi loquebatur נָבָע nobiscum. Esai. 6: 8. *Et audiri vocem Domini dicentis: quem mittam?* & quis ibit nobis? conf. v. 9, 11.

XII. 2. Illa loca, in quibus Dominus de Domino loquitur, aut à Domino distinguitur; aut Deus Deo, & Dominus Domino, tanquam persona personæ opponitur. Gen. 19: 24. *Et Jehova pluit in Sodomam sulphur & ignem à Jehova ex cœlo.* Exod. 34: 5. *Et descendit Jehova in nube, & constituit cum ipso ibi, & pronunciavit nomen Jehovæ.* 2. Sam. 12: 24, 25. *Et vocavit nomen ejus* (David) *Salomon,* & Dominus diligebar *cum.* *Et misit per manum Nathani Propheta & vocavit nomen ejus Je-* didjah propter *Jehovam.* Psal. 45: 8. *Propterea unxit te, ô Deus, Deus tuus oleo alacritatis ultra confortes tuos.* quod citat Paulus Hebr. 1: 8: 9. Psal. 110: 1. *Dixit Dominus Dominus meo;* *sede ad dextram meam.* conf. Matth.

Matth. 22: 43, 44. Dan. 9: 17. *At nunc exaudi, Deus noster, orationem servi tui & supplicationes ejus, propter Dominum.* Hos. 1: 7. *Et dominus Iude miserabor, & salvabo ipsos in Jehovah Deo ipsorum.* Efai. 6: 8. modò citatum.

XIII. 3. Loca illa, in quibus nomen Dei in eadem sententia tribus distinctis vicibus repetitur: quæ certe tautologia censeri nequit. Vide Num. 6: 24-26. *Benedicat Jehovah. Faciem lucere faciat Jehovah. Tollat faciem suam Jehovah ad te.* Deut. 6: 4. *Jehovah, Deus noster, Jehovah est unus.* Exod. 3: 15. *Deus Patrum vestrorum, Deus Abrahami, Deus Isaaci, Deus Jacobi misit me ad vos.* Jos. 22: 22. *Omnipotens, Deus, Jehovah, omnipotens, Deus, Jehovah, ipse novit, & Israël ipse sciatur, si rebellione aut prævaricatione in Jehovaham, ne servato nos hodie.* Psal. 67: 6, 7, 8. *Confitebuntur, te populi, ô Deus. Benedic nobis Deus, Deus noster. Benedic nobis Deus, & timebunt eum omnes fines terræ.* Dan. 9: 19. *Domine audi, Domine condona, Domine attende & fac, ne tardes propter te, Deus mihi.* Efai. 6: 3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Jehovah Deus exercituum.* & 33: 22. *Jehova est judex noster, Jehovah legislator noster, Jehovah est Rex noster; is salvat nos.* Zach. 1: 3. *Sic dixit Jehovah Deus exercituum; revertimini ad me; ait Jehovah Deus exercituum; & revertar ad vos: ait Jehovah Deus exercituum.*

XIV. 4. Nec rejicienda illustris illa apparitio trium virorum Abrahamo facta. Gen. 18. & 19. quæ ex analogia mysterii S. S. Trinitatis uniformiter explicanda est, cum & honor, & nomen, & opera Dœo propria ipsiſ attribuantur.


XV. 5. Sed omne dubium superant testimonia illa, in quibus diserta & expresa Filii & Sp. Sancti reperitur mentio. Sicut nominetenus tres personæ exprimuntur Psal. 33: 6. *In verbo Domini cœli facti sunt, & in Spiritu oris ejus omnes exercitus illorum.*

*zum spe-
ciatim de
Filio.*

XVI. De Filio Dei sermo est Psal. 2: 7. *Tu es Filius meus.* coll. Hebr. 1: 7. Zach. 3: 8, 9, 10. ubi vocatur *Servus Dei, & Germen & Lapis in quem sunt septem oculi.* Prov. 8: 22, 23, 24. dicitur. *Principium viae Dei, unctus à seculo, genitus antequam montes figerentur.* & 30: 4. *Et quod nomen Filii ejus?* Psal. 45: & 110. coll. Matth. 22.

XVII. Nec alijs intelligitur per *Angelum* istum, cuius crebræ adeo atque illustres occurrunt in V. T. apparitiones fidelibus factæ: ut Hagaræ, quæ etiam nominavit nomen *Jehovæ qui secum loquebatur.* *Tu es Deus visionis.* Gen. 16: 7, 10, 13. Abrahamo. Gen. 22: 11, 12. Jacobo. Gen.





Gen. 28: 13. & 31: 11, 13. conf. v. 31. & 32: 24, 28. conf. v. 30. Hos. 12: 4, 5. & Gen. 48: 15, 16. ubi appellat eum angelum ἄγγελον affertorem. Mosi Exod. 3: 2, 4, 6. &c. Bileamo. Num. 22: 22. conf. 28. Josuæ 5: 13, 14, 15. dictus ibi princeps exercitus Jehovæ. Gideoni. Jud. 6: 11, 14. conf. v. 6. Zach. 1: 19, 20. & 2: 3, 4, 5. idem Angelus dicitur, & Iehova. Ac præfertim augustissima illa apparitio in monte Sinai in ferenda lege, & sollempni foedere cum Israële faciendo. Exod. 20. conf. Act. 7: 38. ubi Moses dicitur fuisse *in Ecclesiâ in deserto, cum Angelo qui loquebatur ipsi in monte Sinai*. Similiter montem Sinai stillasse a facie Dei, qui ascendit in altum & captivam egit captivitatem, narrat Psalmus 68: 8, 9, 19. & ejus uocem tunc movisse terram, Epist. ad Hebr. 12: 26. Sicut & idem Euangeliū prædicavit, sed non ut angelus, verum ut primogenitus Patris. Joh. 1: 14. quæ Euangeliū supra Legem prærogativa est, οὐ τὸν πατέρα: nempe ἡ γῆ Κυριεῖ dici per Dominum. Hebr. 2: 2, 3, 4. neque enim, ut ait Apost. v. 5. habitabilis futura itidem Angelis subjecta est, sed ipsi soli.

XVIII. Appellatur autem in apparitionibus illis Angelus Iehovæ. Exod. 3: 2, 4, 6. In cuius medio est nomen Dei. Exod. 23: 21. h. e. quicquid Deus est & nominatur, universa ipsius gloria ac majestas. Angelus faciei, h. e. qui faciem Dei videt, & in quo Deus videtur. Jes. 63: 9. Facies mea ibit. Exod. 33: 14. quippe expressissima Patris *imago ac exemplar*. Hebr. 1: 3. Princeps exercituum Iehovæ. Jos. 5: 14. Angelus assertor. Gen. 48: 16. Et in legislatione, Rex populi sui. Deut. 33: 2-6. Dilectus Iehovæ. v. 12. Habitans rubrum. v. 16. conf. Exod. 3: 2. atque Mal. 3: 1, 5. Angelus Fæderis, in quo Fædus gratiæ nobiscum initit Deus, quique est ἀπόστολος ἡγεμὼν, legatus astipulationis nostræ. Hebr. 3: 1. missus à Deo, qui fidem à nobis stipuletur, & cui per fidem adstipulari atque adjungi possimus, ut in ipso salvi evadamus. Quæ omnia sublimiora sunt, quam ut in creatum aliquem Dei angelum ac legatum convenient: cum ille Dei nomen, honorem, & gloriam sine infinito piaculo assumere non possit. *Ego sum Iehovah, hoc est nomen meum, & gloriam meam alii (diverso) non dabo.* Efai. 42: 8. Præterquam quod ex ipsa Judæorum hypothesi Deus Mosi sine interventu Angeli internunci locutus sit.

XIX. Similiter Spiritus S. fit mentio in ipso creationis initio. Spiritus & de Sp. Dei ferebatur super aquam. Gen. 1: 2. non enim illa appellatio vel aëri, vel *Sancto*. vento eo in loco competit, quæ nondum erant, neque augusto adeo Spiritus Dei nomine venire possunt. Ita Spiritu oris Dei facti sunt

omnes cœlorum exercitus. Psal. 33: 6. *Dominus misit me, & Spiritus ejus;* sive malis, & *Spiritum ejus.* Esai. 48: 16. *Et cœpit Spiritus Jehovæ pulsare eum.* Jud. 23: 25. *Spiritus Domini locutus est ad me, & verbum ejus est in lingua mea.* *Dixit Deus Israëlis, de me locuta est rupes Israëlis.* 2. Sam. 23: 2, 3. *Angelus faciei ipsius servabat ipso.* dolore affecerunt *Spiritum Sanctum ejus.* *Ubi, qui posuit in medium ipsius Spiritum Sanctum suum?* *Spiritus Iehovæ faciebat ipsum acquiescere.* Esai. 63: 9, 10, 11, 14. *Quiesceret super ipso Spiritus Iehovæ.* Esai. II: 2. *Spiritus Domini Iehovæ super me est.* Esai. 61: 1. *Ego vobiscum sum, ait Iehovæ, cum Verbo, quod promisi vobis, & Spiritus meus stat in medio vestri.* Hagg. 2: 4, 5.

XX. Atque hæc luculenta satis sunt in V. Feedere divine Trinitatis testimonia, ex quibus non sacerdotes solum, sed & reliquus fidelium populus, quantum nempe istis temporibus fas erat, Deum in adoranda ista luce adire, ac ritè colere atque venerari poterat.

Clarius autem id apparebat ex Scriptura N. T. *speci tim ex Matth. 3: 16, 17.* *Math. 28: 19.* XXI. In N. autem T. Deus proprius Ecclesiæ se ostendit, & trinum suum numen clarius explicuit, atque ejus in terris veluti spectaculum & imaginem in baptismo Salvatoris exhibuit. *Spiritus Dei descendente in forma columbe,* Patre autem *ex cœlis* proclamante, *hic est Filius meus dilectus ille.* Matth. 3: 16, 17. unde illud Veterum: *abi ad Iordanem, Ariane &c.* Atque omnes deinceps fideles in ternum hoc nomen initiari, atque hoc veluti sacro sigillo universum Christianum populum obsignari jussit. *Baptizantes eos in nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Matth. 28: 19.

XXII. Manifestum autem est nullius nisi Dei nomen in sacro isto ritu usurpari posse, cum iste solum assertor populi sui sit; atque hic rursus in nullius, nisi Dei solius nomen atque cultum sollempni modo sacrari possit. *An in nomen Pauli baptisati estis?* 1. Cor. 1: 13. Neque enim, quod adversarii frustra urgent: *Et omnes in Mosen baptisati sunt in nube & mari.* 1. Cor. 10: 2. Israëlitæ in nomine Mosis baptisati leguntur, sed in Mose, h. e. juxta Syrum & Arabem, per manum & ministerium Mosis, vel in doctrinam atque foedus, cuius testis, interpres atque legatus Moses fuerat. Similiterque qui in baptismate Iohannis baptisati leguntur. Act. 19: 3. non in nomen ipsius, quod factum nefas atque sacrilegum, sed in doctrinam, quam prædicabat, adacti, atque in auspicium ejus sacris aquis abluti sunt.

3. Joh. 5: 7. XXIII. Sed & iidem testes, qui in terrâ se ostenderant, in cœlo rursus producuntur & disertis verbis tres numerantur. *Tres sunt qui testantur in cœlo, Pater, Sermo & Spiritus Sanctus;* & hi tres unum sunt. 1. Joh. 5: 7.





ne quis forte ibi angelos vel alios testes creatos intelligat, qui quidem innumerabiles forent, & quorum testimonium in re tanta etiam accipi non posset; cum hic de testimonio infallibili & divino: *Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est.* v. 9. agatur. Atque hi tres unum esse dicuntur: quod ne quidem de necessariâ testimonii & consensu unitate intelligi potest, nisi pariter & essentiae inter testes istos identitas atque unitas reperiatur. Quicquid enim est non Deus, cum mutabile atque fallibile sit, ac deficere atque aliud velle possit, ejus testimonium divinum, ac cum Deo unum dici non potest.

XXIV. Neque obstat, quod locus hic in quibusdam codicibus non exstet, uti nec apud Syrum atque Arabem Interpretes, atque in aliis paullum immutatus legatur: cum in plerisque, iisque probatissimis codicibus reperiatur, ac jam antiquitus à Cypriano aliisque ante ARII tempora lectus sit, atque Apostolici sermonis nexus atque filum manifesto eum postulet. Unde nec Antitrinitarii, in versione suâ Germanicâ Racovienti, A. C. 1630. eum expungere ausi fuere; qui veritatis quidam triumphus est. Corruptus autem & inductus in quibusdam codicibus videtur, non quidem ab Arianis; neque enim codices Ecclesiæ atque orthodoxorum in ipsorum potestate erant, in quorum nonnullis tamen jam illo tempore locus hic vel prorsus desiderabatur, vel vitiosus extabat, ut in codice Athanasii atque aliorum; neque ab orthodoxis hoc ipsis objectum legimus: sed potius ab anterioribus hereticis, quales fuere Artemon, Theodorus coriarius, eorumque discipuli, qui sub Commodo, Pertinace & Severo imperatoribus sese Scripturas corrigerem gloriabantur.

XXV. Similiter trium personarum distincta mentio occurrit, & nominetenus illæ exprimuntur. *Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum alisque locis.* dabit vobis. Joh. 14: 16. *Quum autem venerit Paracletus ille, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus veritatis, qui à Patre exit, ille testabitur de me.* Joh. 15: 26. *Nemo in Spiritu Dei loquens, dicit Jesum anathema, & nemo potest dicere Jesum Dominum, nisi in Spiritu Sancto.* 1. Cor. 12: 3. *Gratia Domini Iesu Christi, & amor Dei, & communio Spiritus Sancti sit cum omnibus vobis,* 2. Cor. 13: 13. *Quia vero etsis Filii, emisit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra, qui clamat, Abba, Pater.* Gal. 4: 6. *Per ipsum (Christum Iesum) habemus utrique accessum in uno Spiritu ad Patrem.* Eph. 2: 18. *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut det vobis potentia corroborari per Spiritum suum in interiorum hominem.* Eph. 3: 14, 16. *Electis secundum praognitionem Dei Patris,*

in sanctificatione Spiritus, ad obedientiam & asperzionem sanguinis Iesu Christi. 1. Petr. 1, 2. *Salvavit nos Deus per lavacrum regenerationis, & renovationem Spiritus Sancti, quem effudit super nos copiose per Iesum Christum, Servatorem nostrum.* Tit. 3: 5, 6. *Pax vobis ab eo qui est, & erat, & venit: & a septem spiritibus qui sunt coram throno ejus, & a Iesu Christo, teste illorum fideli, qui fecit nos reges & sacerdotes Deo & Patri suo.* Apoc. 1: 4, 5, 6. *cædemque, ne quis forte τελετην Σαβελλιον Trinitatem cogitat, inter sece comparantur, & distinctæ singulis operationes attribuuntur.*

C A P U T X X X I I I .

De DEITATE FILII.

S.S. Tri-nitatis probatio ex Deitate Filii & Sp. S.

qua quaduplici argumentorum generere evi- citur.

Et primo quidam Filii.

I. ex di-vinis Nominibus.

in V. T.



I. Mnem autem pertinaciam vincit, quod à Deitate Filii & Spir. S. argumentum ducitur. Si enim illi sunt verus Deus, jam manifesto in unica ac individuâ Dei essentia tres personæ agnoscendi debent, aut fatendum erit, tres revera esse Deos; quod dictu impium est.

II. Quadruplici autem argumentorum seriè tum Filii, tum Sp. S. Dicitas probari solet; quibus omnia comprehenduntur quæ in Deo sunt, ut cui omnia illa ac singula convenient, ille eo ipso necessario Deus sit agnoscendus.

III. Ac Filii quidem Deitas (de Patre enim res extra controversiam est) probatur I. *ex divinis Nominibus*, quæ illi sensu proprio, & singularris cum epithetis, & divinis prorsus elogiis attribuuntur. Ut imprimis sacratissimum istud nomen *Jehova*. *Regem Iehovam Deum exercituum viderunt oculi mei.* Esai. 6: 5. *Esiam verò tunc vidisse gloriam Christi & de eo locutum esse,* affirmat Johannes c. 12: 40, 41. & Num. 21: 5, 6. ubi dicitur *Iehova immisisse serpentes ignitos in populum locutum adversus Deum & Mosen.* Israëlitæ etiam dicuntur tentasse *Jehovam:* Num. 14: 22. Psal. 95: 9. & *inobedientes fuisse angelo faciei Dei.* Esai. 63: 10. at hoc Paulus Christo tribuit. 1. Cor. 10: 9. *Neque tentemus Christum, ut & quidam eorum tentarunt, & à serpentibus perierunt.* Ita Psal. 102: 17, 26, 27. *Quum Iehova apparuerit cum gloria sua. ante terram fundasti, & opus mannum tuarum est cœlum;* illa peribunt & tu permanebis. *que*







quæ ad Christum refert Paulus, Hebr. i: 10. Sic Psal. 68: 19. de *Deo*, cuius *currus sunt myriades, millium iterorum*, dicitur: *Ascendiſti in altum, egisti predam, accepisti dona in hominibus.* quod Paulus de Christo dictum testatur. Eph. 4: 8, 9. item Genef. 16: 7, 13. & 18: 1. aliisque locis, ubi Angeli istius apparitiones recensentur. & apertissime Jer. 23: 5, 6. *Et hoc nomen ejus, quo appellabunt (impersonaliter) ipsum* (femen Davi-vidis) *Iehova justitia nostra.* De Messia enim ibi agi universa loci series atque appellatio *germinis*, ac *Regis*, tum beneficiorum ejus commemora-tio evincit. Cui similis est locus Jer. 33: 16. **וְאַשְׁר־יְהוָה־אֱלֹהֵינוּ** *Et hoc est,* quo vocabunt ipsam (Hierosolymam:) *Iehova justitia nostra.* Ubi qui-dem affixum scemineum **וְיִ** occurrit, quod ad Jerusaleum refertur, sed eodem prorsus sensu: non enim urbs ipsa eo nomine appellanda foret; sed vel symboli loco hoc de eâ usurpandum erat, Messiam, de quo proximè isto loco actum, esse Jehovam justitiam nostram; ut Ezech. cap. 48: v. 35. *Iehova ibi*, ut urbs vel Ecclesia illa à Messia fuerit denominanda: hæc enim est veri Israëlis & Hierosolymæ professio & gloriatio, gloriari in Jehova justitia sua. Velo etiam ita reddenda hæc sententia; ejus, qui urbem istam vocabit, nomen fore, Jehova justitia nostra. *Et hic, qui vocabit eam:* *Iehova justitia nostra.* ut de solo Messia hæc dicantur: cui tam aperte hic titulus tribuitur Jer. 23: 5, 6. cum quo hic locus per omnia similis est.

IV. Ita etiam appellatur *Elohim*. Psal. 45: 7. *Solum tuum, ô Deus, in faculum & v. 8. propterea unxit te,* **אֱלֹהֵינוּ** ô Deus, *Deus tuus.* ubi **אֱלֹהֶיךָ** est ad Regem Messiam; universus enim ille Psalmus ad eum: dirigitur. vide v. 2, 3, 4, 5, 6, 9, 18. vel Judæis testibus. Item *Deus אלֹהִים* dicitur *egressus coram populo suo, & a facie Dei cœli dicunt silentiaſſe.* rursus. *pluviam liberalem agitas, ô Dens.* *Currus Dei sunt myriades, ascendisti in altum.* *Benedictus sit Dominus.* *Omnipotens est salus nostra.* Psal. 68: 8, 9, 10, 19, 20. *Deus in medio deorum judicat.* Psal. 82: 1. **אֲלֹהֶיךָ** Esai. 9: 5. *Reliquum Iacobi convertetur ad Deum viætorem.* Esai. 10: 21. *Adonai. Dominus ad dextram tuam deflexit in die iræ sue reges.* Psal. 110: 5. *Dominus dat dictum.* Psal. 68: 12. *Vidi Dominum sedentem in throno celso.* Esai. 6: 1. *Dominus ille.* *Et derepente veniet ad templum suum Dominus ille.* Mal. 3: 1. *Coram Domino terrere, ô Terra, coram Deo Iacobi.* Psal. 114: 7. *Dominus Davidis.* Psal. 110: 1. conf. Matth. 22: 43. sunt que hæc præcipua Messiae elogia, quod sit Deus Israëlis, Deus Zebaoth, Jephova &c. quæ toto Vet. T. occurunt.

V. Atque in N. T. *Deus* appellatur; tum subjectivè. *Sermo erat Deus.* in N. T.

Joh. 1:1. Conf. Ioh. 4:24. Hebr. 11:10. Deus Ecclesiam proprio sanguine acquisivit. Act. 20:28. Deus manifestatus est in carne. 1. Tim. 3:16. Et dixit (Thomas) Domine mi, & Deus mi. Joh. 20:28. quo in loco non Thomas admirabundus exclamat, & rei quasi novitate perculsus parum sancto ritu Deum Patrem appellat, quod parum piè Apostolo adversarii affingunt; sed manifesto Jesum, in cuius amplexus ruebat, compellat, atque his ipsis verbis fidei sue confessionem edit, ut ex v. seq. ex Christi verbis patet: tum attributivè. Rom. 9:5. Ex quibus est Christus, quod ad carnem attinet, qui est supra omnes Deus benedictus in secula. Ubi non est apostrophe ad Patrem, sed δέξιον οὐτα ista ad Christum omnino pertinet: quod præcedentia arguunt, & limitatio ibi facta, quod sit ex patribus τὸ γῆρας σάρξ, cui mox subjicitur, ἐστιν &c. eum nempe nihilominus pariter esse Deum. Eodem modo ut Rom. 1:3, 4. Qui extitit ex semine Davidis secundum carnem; qui definitus est Filius Dei in potentia secundum Spiritum sanctitatis. Ita Deus & Servator dicitur. Tit. 2:13. Dominus & Servator. 2. Pet. 1:1, 11. & 2:20. & 3:2. item Jud. v. 4. Verus Deus & vita eterna. 1. Joh. 5:20. conf. Joh. 17:3. Hac est vita eterna, ut te cognoscant solum verum Deum & quem misisti Iesum Christum. Dominus. Psal. 110:1. conf. Matth. 22:43, 44. καὶ οὐ. Luc. 1:16, 17. Ubi angelus de Johanne Baptista: Et multos filiorum Israël convertet ad Dominum Deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliae. Cum Baptista ante Christum præcesserit, & ad Christum converterit Filios Israël. & 2:11. Hodie vobis natus est Servator, qui est Christus, Dominus. cui respondet nomen Jehova. In deserto vacuam facite viam Ichovæ. Esai. 40:3. Mitto vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Ichove magnus ille & terribilis. Mal. 4:5. Dominus dominantium. Apoc. 17:14. & 19:16. Dominus gloriae. 1. Cor. 2:8. cui respondet Rex gloriae, cuius nomen est Jehova. Psal. 24:7, 8, 9, 10.

V. I. Quo etiam pertinet, quod ipsi forma Dei adscribitur. Qui quum esset in forma Dei, non raptum duxit esse instar Dei. Phil. 2:6. quod Sociniani tenuiter, ut solent, de gloria miraculorum explicant, quam videlicet in passione Christus deposuerit: cum ipso tamen exinanitionis sua tempore, quo formam Dei quasi deposituit, ac humilitatis velo majestatem obtexit, maximè miraculis claruerit; ut haec longe aliud dicant: neque enim miraculorum potestas, qua & alii pollebant, forma Dei vel μορφὴ ρεῖ apellari meretur; sed eodem modo hic forma Dei dicitur, ut mox forma servi, quam deinceps Christum assumisse. Apostolus docet: quo ipso supponit,



ponit, eum jam ante extitisse, atque aliam formam, Dei nempe formam, habuisse, atque Deum suisse. Hæc enim illa in Christo fuit exinanitio; cum creaturæ, ita à Deo conditæ, exinanitio non sit, vel hominis, vel servi formam assumere. Hic autem scopus Apostoli est ostendere, quo se demiserit Christus, & ex quo fastigio descenderit; eum nempe, dissimulatâ maiestate sua, in contemptissimi hominis atque servi formâ sese mundo ostendisse, cum antea in forma Dei existeret, inque divino isto decore & fulgore in terris potuisset apparere, & palam fateri Deum; quod alii, verbi gr. Antichristus, qui sacrilego ausu potestatem divinæ æmulam sibi vendicavit, non sine raptu, ac injuria, atque horrenda in Deum contumelia facere potuerunt. Sed & forma illa Dei de æqualitate ac paritate cum Deo eodem commate explicatur, quod de non Deo sine sacrilegio dici non potest; cum Deus sanctè affirmet, se solum esse Deum fortem, & neminem sibi esse parem. Esai. 46: 9. & 2. Sam. 7: 22. Dicere autem, Christum Deo æqualem esse ex participatione, & propter dona quædam eximia ac divina, est in re sanctissimâ ludere, ac perinde est, ac si eum inæqualitate ipsa Deo æqualem dicas, & cum longe inferior sit, tamen ei esse parem.

VII. Neque minoris emphasis est, quod Col. 2: 9. *Omnis plenitudo Deitatis in Christo corporaliter inhabitare dicitur. Quem locum pari arte emasculant adversarii, dum hunc ejus sensum reddunt, quicquid ad verum Dei cultum requiritur, plenissime & sine ullis umbris ac nebulis, in sanctissima Christi doctrinâ reperiri. Quæ meræ præstigia sunt, per Deitatem divinum cultum, per Christum Christi doctrinam intelligere, ac similiter reliquarum vocum vim frangere; cum non de doctrina Christi, sed de persona ejus agi, sequens versus manifestò ostendat: Et in eos est completi, qui est caput &c.*

VIII. Huc faciunt etiam loca, quæ docent, Filium per omnia & in omnibus æqualem adeoque ~~equalem~~ esse Patri. *Judai querebant interficere Iesum quod Patrem proprium diceret Deum, æqualem se faciens Deo. Ioh. 5: 18. Pater meus, qui dedit mihi, major omnibus est: & nemo potest rapere ex manu Patris mei. Ego & Pater unus sumus. Ioh. 10: 29, 30. Creditis in Deum, etiam in me creditis. Ioh. 14: 1. Si cognovissetis me, etiam Patrem cognovissetis; & à modo cognovistis eum & vidistis eum. v. 7. Qui videt me, videt Patrem: & quomodo tu dicis: ostende nobis Patrem? v. 9. Non credis quod ego in Patre, & Pater in me sit? verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor: Pater vero, qui in me manet, ipse facit opera. v. 10. Omnia quæ habet Pater, meas sunt. c. 16: 15. Et mea omnia tua sunt,*

& tua mea, & glorificatus sum in eis. c. 17:10. *Tres sunt qui testantur in celo, Pater, Sermo & Spiritus S.; & hi tres unum sunt.* 1. Ioh. 5:7.

11. Ex
divinis
attributis.

qualia
sunt di-
vinus ejus
Spiritus.

I X. Ad secundam argumentorum classem pertinent attributa divina, quæ Filio tribuuntur: qualia sunt, *spiritualis ac simplicissima essentia, ejusque immutabilitas.* Illa peribunt, & tu permanebis. Illa mutabuntur, sed tu idem es. Psal. 102: 27, 28. confer Hebr. 1: 12. σὺ δὲ ἀντέστης. Per Spiritum aeternum Christus se ipsum obtulit immaculatum Deo. Hebr. 9: 14. *Qui definitè notatus est Filius Dei in potentia, secundum Spiritum sanctitatis.* Rom. 1:4. Quem locum perperam accipias de Spiritu sanctificationis, per quem Christus videlicet sanctificatus, atque inunctus, atque isto demum pacto Dei Filius fuerit. Longe enim alia ratione est Dei Filius, ut supra ostensum. Nec quod à Spiritu sacratus & in mundum editus fuerit: opponitur enim hic manifestò Spiritus sanctitatis nativitati ejus ex semine Davidis; in quo tamen miraculo ortu magna pars sanctificationis hujus consisteret, utpote præcipuo Spiritus hujus opere: sed Filius Dei declaratus dicitur secundum divinam suam naturam, quæ hic πνεῦμα ἀγαπώντος Spiritus sanctitatis appellatur, sæpiusque isto vocabulo venit. ut Christus cognoscens Spiritu suo eos ita ratiocinari apudse. Marc. 2: 8. *Christus justificatus est in Spiritu.* 1. Tim. 3: 16. *Vivificatus est in Spiritu. In quo abiens iis spiritibus qui in carcere sunt prædicavit.* 1. Pet. 3: 19. atque hoc in loco præsertim sine articulo occurrit; & adeo distinctè τὸ οὐρανός σάρκα & τὸ γῆν πνεῦμα ἀγαπώντος consideratur, atque ea in Christo distinguntur, & ex æquo sibi mutuo opponuntur.

Æterni-
tas.

X. *Æternitas. Hodie genui te.* Psal. 2: 7. *Iehova habuit me initium via sue ante molitiones suas à tunc.* Prov. 8: 22. *In principio erat sermo.* Joh. 1: 1. *Nec initium dierum nec finem vita habens.* Hebr. 7: 3. Factus sacerdos πρὸτερὸν δύναμις ζῶντος secundum potentiam vita indissolubilis. v. 16. & propterea dicitur manere in aeternum. v. 24. & se obtulisse Spiritu aeterno. c. 9: 14. *Iesus Christus heri & hodie idem est;* & in secula c. 13: 8. *Egressiones ejus ab ante sunt, à diebus seculi.* Mich. 5: 1. *Est principium & finis, qui est, qui erat, & qui venit.* Apoc. 1: 8. & 11: 17. *qui est ante omnia.* Col. 1: 17. *Pater aeternitatis.* Esai. 9: 5. Et Christus de se ipso Joh. 8: 58. *Priusquam Abrahamus existeret ego sum.* Quod non nisi de divina ejus natura intelligi potest. Meræ enim sunt tenebrae quas hic spargunt adversarii, dum explicant, priusquam Abraham fiat, scil. Abraham, h. e. Pater multarum gentium, ego eram, vel sum, Messias: quæ non simplex & nativa, sed, quales pleræque adversariorum, ex ingenio im-



improbe effecta explicatio est, nec ad praesentem locum quicquam faciens: agebatur enim an Christus verè potuerit dicere, Abrahamum diem suum vidisse; quod Judæi, in ista ætate, de Christo negabant; Christus autem affirmabat: ut de existentia Christi jam ante Abrahamum actum fuerit. Neque etiam de Christo quarebatur qualis vel quis esset, sed quando fuisset: nec de futuro, sed de præterito tempore tota erat disputatio.

XI. *Immensitas seu Omnipräsenzia.* Sermo erat apud Deum. Joh. I: 1. *Omnipräsenz.*
In mundo erat lux, & mundus per eam factus est. v. 10. *Talis nos decebat sentire.*
Pontifex, altior cælis factus. Hebr. 7: 26. *Quis ascendit cælum & descendit?* quis collegit ventum in sinum suum? quis constringit aquas in toga? quis constituit fines terræ? quid nomen ejus, & quia nomen Filius ejus, ut id noris? Prov. 30: 4. *Quis mensus est pugillo suo aquas?* & cælum spithame aptavit? & menjuravit trientali pulverem terræ? & appendit in libellæ montes & colles in bilance? Efai. 40: 12. *Cælum est thronus meus,* & terra sc. bellum pedum meorum: que est domus quam adificabis mihi? & quis locus requies mea? c. 66: 1. *Ego vobis sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Matth. 28: 20. *Vos ex iis, quæ infra sunt, estis: ego ex iis, quæ supra sunt, sum.* vos ex hoc mundo estis: ego non sum ex hoc mundo. Joh. 8: 23. vide & Eph. 4: 9, 10. *Quod ascendit, quid est, nisi quod & descendit?* qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes cælos, ut impleret omnia. Joh. 3: 13. *Nullus enim ascendit in cælum, nisi qui descendit è cælo, nimirum Filius hominis qui est in cælo.* Ubi, quamvis in hunc mundum descenderit, tamen in cælo esse Christus dicitur: quod, pro more, tenui sensu explicit adversarii per cœlestia cogitare. Sed quid descendere de cælo, quod hoc versu itidem de Christo dicitur, an contrarium forte significabit? Clarum autem est, ascendere in cælum, descendere è cælo, de persona Christi in Scripturis solum dici, & tum de ejus in terram adventu, tum de locali ejus in cælos adscensione debere intelligi. Eph. 4: 9. unde Socinus maluit reddere, qui erat in cælo, quod iterum suo sensu intelligit; cum tamen in textu sit, ὁ ἦν εἰ τῷ σεγνῷ, ut cap. I: 18. ὁ ἦν, qui est in sinu Patris.

XII. *Sapientia & omniscientia.* Unde ipsa Sapientia dicitur. Prov. 8: *Omnisci-*
& 9. Justificatur sapientia à Filiis suis. Matth. II: 19. *Propterea Sapientia entia.*
Dei dicit: mitto vos Prophetas & Apostolos. Luc. 11: 49. coll. Matth. 23: 34.
Ego ad vos mitto, inquit Christus, Prophetas & sapientes. Vocabis Christus est Dei sapientia. I. Cor. 1: 24. Super quo, ut capite & fonte, est spiritus sapientie & prudentie; qui non secundum visum oculorum judicat; qui

odoratur timorem Domini. Esai. 11: 2, 3. *Qui cognoscit Patrem.* Matth. 11: 27. & *cogitationes hominum.* Matth. 9: 4. & Joh. 2: 24, 25. qui *novit omnia.* Joh. 21: 17. qui *vidit, quæ testatur.* Ioh. 3: 11, 32. qui *videt quæ Pater facit.* Ioh. 5: 19, 20. *Coram cuius oculis nihil est occultum.* Hebr. 4: 13. qui *denique scrutari renes & corda dicitur.* Apoc. 2: 23. qui *ipsius Dei character est.* 1. Reg. 8: 39. Jer. 17: 9, 10. unde Prophetæ, quamvis, à Spiritu Dei admoniti, cogitationes atque intima cordium aliquando intellexerint, nunquam tamen ea scrutari ac perrimari dicti sunt.

Sanctitas.

XIII. *Sanctitatis divinæ perfectio.* *Sanctus, Sanctus, Sanctus,* *Jehovah Deus exercituum.* Esai. 6: 3. confer. Joh. 12: 41. *Hec dixit Esaius cum videret gloriam ejus, & loquutus est de ipso.* Septimanae septuaginta decisa sunt -- ad ungendum sanctum sanctorum. Dan. 9: 24. *Pater eum sanctificavit & misit in mundum.* Joh. 10: 36. *Definitus est Filius Dei in potentia secundum Spiritum sanctitatis.* Rom. 1: 4. *Quis sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnibus.* Hebr. 2: 11. *Et erit Jehovah in sanctuarium.* Esai. 8: 14.

Omnipotentia.

XIV. *Denique potentia.* *Facit omnia similiter ac Pater quæ videt Patrem facientem;* & ut Pater ita *Filius vivificat quos vult.* Joh. 5: 19, 20, 21. *Potest sibi subjecere omnia.* Phil. 3: 21. *Fert omnia verbo potentiae sue.* Hebr. 1: 3. & *παντεργάτης omnipotens ille dicitur.* Apoc. 1: 8. *Vitam eternam do eis, & non rapiet quis eas ex manu mea.* Pater & ego unum sumus. Joh. 10: 28. Quo referenda est ἡστία, potestas, quam Christus habet in cœlo & in terrâ. Matth. 28: 18. *Dignus est agnus mactatus ut accipiat potentiam.* Apoc. 5: 12. *Quiescit super ipso Spiritus consilii & roboris.* Esai. 11: 2.

XV. *Imperceptibilia autem & pugnantia loquuntur adversarii, cum potestatem hanc in Christo independentem faciunt in exercitio, & tamen à Patre donatam, atque sic rursus dependentem.* Potestatem enim independentem solus Deus tanquam proprium decus suum possidet, neque eam non-Deo largitur: similiter Christus non ut vicarius ac legatus Dei, sed ut Deus ipse & verus *peculii* sui Dominus omnem potestatem in populum suum exercet. Tit. 2: 14. *Purgavit sibi populum peculiarem.* Psal. 2: 8. *Dabo gentes hereditatem tuam.* Nec dependentiam, sed unitatem cum Patre habet, eamque non voluntatis solum, sed & potentiarum, ut ista loca diserte tradunt, & maximè essentiæ, quæ cæteri consensus causa est: cum alioqui quicquid creatum, & à Deo diversum est, deficere atque aliud velle possit. Qualis naturæ unitas etiam Joh. 17: 21. *Ut omnes unum sint, quem ad-*





admodum tu, Pater, in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint, intelligi debet: ubi Patrem rogit Christus, ut sicuti una est natura Patris & Filii, illius unitatis atque mysticæ communionis, quatenus nimirum id fas est, etiam fideles in hâc vitâ participes evadant; quod etiam impletur, quando Pater & Filius spirituali modo in iis inhabitant. Tenue enim nimis est unitatem illam de animorum mutuo consensu & concordia intellegere; quo sensu Christus exauditus non fuisset, cum innumeræ adhuc vigeant contentiones, atque hoc perpetuum Ecclesiæ in terris factum sit.

XVI. Nec potestati huic adversatur, quod sceptrum veluti positurus, atque regnum Patri traditur dicatur. Deinde erit finis cum tradiderit regnum Deo & Patri. 1. Cor. 15: 24. Hoc enim non faciet nisi regno pacato, & debellatis extinctisque hostibus, cum Ecclesiam suam triumphali veluti in curru cœlo invchet, atque victricem Patri sistet; quæ non minuenda, sed extollenda ejus potentia faciunt. Neque hic regni ejus finis, sed beatioris status auspicium erit. Sic enim non incongruè per regnum Ecclesia Catholica toto orbe ex mediis hostibus collecta & redempta intelligitur: quam Christus Patri tradet, h.e. cœlo ovantem inferet, & ad Patrem suum adducet. Conf. Eph. 5: 27. Ut sosteret eam sibi gloriosam, Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut quicquam talium, sed ut sit sancta & sine vita.

XVII. Sequuntur tertio opera divina, quæ Filio tribuuntur, cum na- 111. Exturæ, tum gratiæ: ut creatio. In verbo Domini cœli facti sunt Psal. 33: 6. ^{divinis} operibus: Quum firmaret cœlos, ibi ego eram, quum delinearet circulum super facie abyssi; quum firmaret ætherem sursum; quum invalescerent fontes abyssi; quum poneret mari modum & delinearet fundamenta terra; & eram apud ipsa ^{qualia} in sinu, & eram delicia quotidie, ludens coram ipso omni ^{funt, crea-} tempore, ludens in frugifera terra ipsius, & delicia mea cum filiis hominis. &c. Prov. 8: 27-31. Dic oppidis Iudeæ; ecce Deus vester! ecce Dominus Iehovah cum fortitudine veniet --- ut Pastor gregem suum pascet --- quis mensus est pugillo suo aquas? & cœlum spitham aptavit? & mensuravit orientali pulverem terræ? & appendit in libella montes & colles in bilance? Esaï. 40: 9-12. Ibilemus Domino; clangamus Petram salutis nostræ --- in cuius manu sunt pervestigationes terræ, & altissima montium ipsius sunt. cuius est mare & ipse fecit illud, & cuius manus aridam formarunt --- ingeniculemus coram Domino factore nostro, nam ipse est Deus noster, & nos populus pastus ejus & oves manus ejus. Psal. 95: 1-7. vid. & Ioh. 1: 3.

Col. 1: 16, 17. & mundi creati conservatio ac gubernatio. Pater meus
huc usque operatur: & ego operor. Joh. 5: 17. Et omnia in ipso viventes
subsistunt, Col. 1: 17. Fert omnia verbo potentiae sua. Hebr. 1: 3.

Job. 1: 3. XVIII. Frustra autem laborant adversarii primarium illum locum Jo-
hannis c. 1: 3. *Omnia per hunc facta sunt, & absque eo factum est nihil quod*
factum sit, nobis eripere, atque perverse eum de creatione secundâ, & mun-
do per Euangelium renovato, interpretantur. Egerat enim Euangelista
de æternâ Filii apud Patrem præsentia, antequam quicquam fieret vel exi-
steret. Hinc in principio rerum, & ante mundi ortum ipsum introducit, &
disertè *omnia* per ipsum facta testatur; & postea demum de primo Euan-
gelii præconio, & Christi in carne apparitione agit, quando in mundum
à se factum descendit; *qui tamen non agnovit ipsum*, v. 10. quod quidem
nullo modo de mundo à Christo renovato accipi potest.

Col. 1: 16. XIX. Gemellus prorsus huic locus est Col. 1: 16. ubi *per Christum*
condita dicuntur omnia, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris, visibilia & invi-
sibilia, sive throni, sive dominationes &c. quæ verba illustriora sunt, quam
ut corruptorem stylum admittant; nisi etiam novam creationem in cœlis
atque angelorum reformationem somnient, quod aliquando audent, &
post Christi ascensionem mutatas Angelorum in cœlo dignitates hario-
lantur, ut nunc Christo subiecti sint, qui antea solius Patris imperio sub-
erant; ne Smalcii commentum addam, dæmones quoque ipsos per Chri-
stum factos esse novam creaturam. Hæc nempe sunt acuta illa & felicia
hominum istorum interpretamenta. Agit Apostolus autem ibi de
wārū xriou, v. 15. quo nomine ipsa Angelorum substantia, quæ etiam
inter res conditas est, continetur. Quanquam vel ipsa hæc secunda naun-
di creatio, quam hic perpetuo oggerunt adversarii, satis illustre di-
vinitatis Christi argumētum sit; cum illa creaturæ alicujus opus &
gloria esse non possit; nisi, pro more suo, rursus jejunè nimis hæc omnia

Hebr. 1: 3. capiant. Quale est, dum ad Hebr. 1: 3. ubi Christus *omnia verbo suo po-*
tente, tum iussionis, tum intercessionis sua, sustinere dicitur, electorum
conservationem, non per verbum potentiae, sed per verbum Euangelii
& promissa vitæ æternæ (quæ tamen & alius quispiam promulgare potu-
isset) intelligunt. Hæc videlicet est potens illa conservatio, quam Apo-
stolus appellat, quæ sæpe irrita & sine fructu esse possit, cum in externâ o-
perâ & ministerio solum consistat.

XX. Atque hæc jam altera ipsorum exceptio est: Christum in utraque
creatione, & primâ & secundâ, ac toto salutis nostræ negotio, instrumenti
solum








solum vicem sustinere, ideoque dici *per ipsum omnia condita*. *Omnia sicut aucta per ipsum, et sic auctio et ad ipsum condita sunt*. Col.1:16. Non evincit autem hoc particula *per*, non magis quam cum de Patre ipso usurpatur. *Ex ipso et sicut aucta per ipsum et ad ipsum sunt omnia*. Rom.11:36. Conf. Hebr.2:10.1. Cor.8:6. Gal.1:1. ubi *alio* de causa principali immediata accipitur: ut & particula? Num.36:2. Psal.18:30. 60:14. Esai.26:13. Tum in textu etiam est *et aucta*, similiter ut Act.17:28. *et aucta in eo, vivimus, et movemur, et sumus*. Ac talia etiam de Christo in opere creationis prædicantur, quæ instrumento non conveniunt; appellatur enim *sapientia Patris*, nec aliter in eo opere intervenisse dicitur, Prov.8. & dicitur *finis creationis, propter quem omnia* sint. Col.1:16. quæ de instrumento mero dici non possunt. Similiter quæ in secunda creatione ipsi attribuuntur, longe augustiniora sunt, veluti cum *princeps et causa salutis* appellatur, & summum illud nomen esse dicitur, in quo solo salutem sperare liceat. *Et consummatus factus est omnibus obtemperantis sibi causa salutis æterna*. Hebr.5:9. *Hunc principem et Salvatorem exaltavit Deus dextra sua*. Act.5:31. *Decebat ipsum, multis Filiis in gloriam introductis, principem salutis ipsorum per passiones consummare*. Hebr.2:10. Denique ne quidem instrumento in hisce semper locus est; nec in primâ creatione, veluti primæ rerum materiæ, angeli aut animæ rationalis; nec in secundâ, veluti in effusione S. Spir. in fideles: quæ nihilominus Christo tribuuntur: ut sublimius quid de ipso in patratione divinorum operum cogitare necesse sit.

XXI. Similiter *opus gratie et redēptionis* ipsi adscribitur. *Qui creāt̄ Redempt̄o rūnt te, habent te in matrimonio: Iehova Deus exercituum nomen ejus onis &c.* est: & *vindex tuus sanctus Israēlis, Deus totius terra vocabitur*. Esai.54:5. *Ego pro iis rogo; non pro mundo rogo, sed pro iis quos dedisti mihi. Et mea omnia tua sunt, et tua mea, et glorificatus sum in eis*. Joh.17:9, 10. Omnesque ejus partēs: *Sponsio. In tantum melioris Testamenti extitit Sponsor Iesus*. Hebr.7:22. *Electio. Angeli colligent electos ejus ex quatuor venitis*. Matth.24:31. *Deus elegit nos in ipso*. Eph.1:4. *Ego novi quos elegi*. Joh.13:18. *Benedictio. Non dimittam nisi benedicas mihi*. Gen.32:26. *Sanctificatio. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Christi semel factam*. Hebr.10:10. *Justificatio. In cognitione sui justificabit justus servus meus multos*. Esai.53:11. *Peccatorum remissio. Filius hominis in terra potestatem habet remittendi peccata*. Matth.9:6.

XXII. Quo pertinent *miracula* ipsius. Matth.8:2,3,8,13. Marc. 5:30. Matth.15:28. quorum patrandorum potestatem aliis quoque concessit. Matth.10:8. Marc. 6:7. & 16:17,18. præfertim quæ circa se ipsum patravit, præcipue in corporis sui resuscitatione. *Solvite templum hoc, & intra tres dies excitabo illud.* Joh.2:19. & 10:18. *Potestatem habeo ponendi animam, & potestatem habeo recipiendi eam.* Quæ dum Sociniani non propriè ab ipso, cum mera creatura esset, patrata esse afferere audent, aperte Judaifant. Et tandem quæcunque deinceps circa Ecclesiam suam egit; in qua palam vitæ æternæ verba prolocutus est, fata ejus ad ultima usque tempora disertissimis oraculis exposuit, Spir. S. effudit, Ministros instituit, Sacra menta dedit; fideles potenter vocat, convertit, ab omni labore & exitio custodit, mortuos denique vivificabit, & vitâ ac gloriâ in æternum beabit & coronabit.

IV. Ex honore divino.

XXIII. Tandem argumentamur ab honore & cultu, qui Christo attribuitur. Summa enim majestas & gloria à Patre ipse collata legitur. *Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu ejus.* Joh. 3:35. *Pater diligit Filium, & omnia monstrat ipse quæ ipse facit.* c. 5: 20. *Neque Pater iudicat quenquam, sed iudicium omne, vel totum, dedit Filiῳ.* v. 22. *Ut omnes honorent Filium, quemadmodum honorant Patrem.* qui non honorat Filiū, non honorat Patrem qui eum misit. v. 23. *Ego non quero gloriam meam.* Est, qui querit & iudicat. c. 8: 50. Si illos dixit Deos, ad quos verbum Dei factum est; & non potest solvi Scriptura; quem Pater sanctificavit & misit in mundum, vos dicitis, blasphematis: quia dixi, Filius Dei sum? c.10: 35, 36. *Pater, glorifica nomen tuum.* Venit vox è cælo: & glorificavisti & denuo glorificabo. c.12: 28. *Ille (Spiritus) me glorificabit.* c. 16. 14. *Glorifica Filium tuum, ut & Filius te glorificet.* c. 17: 1. *Et nunc glorifica me tu,* Pater, apud te, gloria, quam habebam, antequam mundus esset, apud te. v. 5. *Quamobrem & Deus ipsum superexaltavit, & in gratiâ donavit ei nomen,* quod supra omne nomen est: ut in nomine Iesu omne genu se flectat, & omnis lingua profiteatur, quod Dominus sit Iesus Christus, ad gloriam Dei Patris. Phil. 2: 9, 10, 11. unde & *Dominus & Rex gloria appellatur.* 1. Cor.2:8. Psal. 24:7-10. Atque adeo inter creaturas adorant eum ipsi Angeli, & principes populi. *Tanto major factus Angelis,* quanto excellentius pre illis hæreditavit nomen. *Quum autem rursus introducit primogenitum in orbem habitabilem,* dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei. Hebr. 1: 4, 6. *Est in dextra Dei, ἡστὸν γένετων ἀντὶ ἀγγέλων, καὶ ἐξουσῶν,* ἥγι δούλων. 1. Pet. 3: 22. Joh.10:35,36. *Servite Domino in timore. Exsultamini Filium.* Psal. 2: 11, 12. *Ego dixeram vos estis Dii.* Sed ut homo





moriemini. Surge, Deus, judica terram. Nam tu hereditatem cernes in omnibus gentibus. Psal. 82: 6, 7, 8. atque universa in cœlo & terra Ecclesia ipsi preces, laudes, omnemque cultum offert. Dignus est agnus ut accipiat potentiam, & vires, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnis creatura, audi vi dicentes, sedenti in throno & agno, benedictio, & honor, & gloria; & ceciderunt illi viginti quatuor Presbyteri, & adorarunt viventem in secula seculorum. Apoc. 5: 12, 13, 14. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. c. 22: 21. Ut omnes honorent Filium. Joh. 5: 23. Adorant eum Apostoli Luc. 24: 52. Stephanus Act. 7: 59. Cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri Iesu Christi in omni loco. 1. Cor. 1: 2. Saulus habebat potestatem vinciendi omnes qui invocabant nomen Christi. Act. 9: 14. Persequere pacem cum illis qui invocant Dominum ex puro corde. 2. Tim. 2: 22. Gratia vobis ab eo qui est, & erat, & venit: & à septem spiritibus, & à Iesu Christo, teste illo fideli. Apoc. 1: 4, 5. Gratia Domini Iesu Christi, & amor Dei, & communio Spiritus S. sit cum omnibus vobis. 2. Cor. 13: 13. & singuli denique fideles in sacrum ipsius nomen baptisantur. Matth. 28: 19. & domus ipsius appellantur. Hebr. 3: 6. Apoc. 21: 22. corumque amor: *Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus.* Matth. 10: 37. *Si quis non diligit Dominum Iesum Christum, sit anathema.* 1. Cor. 16: 22. fides: *Omnis qui credit in eum, non perit, sed habet vitam eternam.* Joh. 3: 15, 16. *Quin lucem habetis, credite in lucem, ut Fili lucis fiat.* c. 12: 36. *Creditis in eum, & in me creditis.* c. 14: 1. spes: *Erit radix Jesse, & qui exsurgit, ut sit princeps gentium: in eum gentes sperabunt.* Rom. 15: 12. omnisque pius ac religiosus animæ affectus in Christum unicè dirigitur. Quali honore hominem illum dignari nefas est, cum maledictum eum Propheta pronunciet, *qui fiduciam habet in homine.* Jer. 17: 5. Ubi frustra arguntur adversarii, in talem solum Prophetæ verba & diras competere, qui ita fidit in homine, ut recedat à Jehova, quod in iis qui in Christo confidunt, non habeat locum: cum hoc ipsum divinus vates addat; eum, qui in nudo homine confidit, qui fragilis caro est, qualis istis hominibus Christus ante sessionem ad dextram Patris erat, recedere à Jehova, quia Deus rivalem ferre non potest, à Jehova autem recedit animus ejus; sicut contra v. 7. benedictum pronunciat illum, *qui fiduciam habet in Jehova,* inque eo solo recumbit.

XXIV. Conjungitur hæc adoratio Filii cum adoratione Patris & Sp. S. in augustissimo illo Trinogio, Esai. 6. & Apoc. 4. Sanctus, Sanctus &c.

Quem:

Quem hymnum Seraphicum Vetus Ecclesia, præsertim Constantinopolitana, veluti miraculo acceptum, ac ab angelis puerum in templo edocetum celebri in usu, ac summâ in veneratione habuit; atque sacro isto carmine individuæ Trinitatis fidem contra hæreticorum fraudes & perfidiam constantissimè professa est.

XXV. Atque in ejusdem fidei testimonium atque tesseram preces ac hymnos suos doxologiâ hac claudere soliti erant Veteres: *Gloria Patri, Filio, & Spiritui S.; sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.* Quam ab Arianis corruptam in hæc verba, *tibi Patri gloria, & honor, per Filium tuum unigenitum,* quo secundas tantum partes Filio tribuebant, Orthodoxi inviolatam servabant, & in cœtibus ac conventibus sacris ac conciliis, tanquam publicam Ecclesiæ vocem constanter ingeminabant.

XXVI. Est autem una & indivisa trium personarum adoratio, ut ex Matth. 28: 19. 2. Cor. 13: 13. similibusque locis appetet; neque supplicationem uni personæ factam ad aliam iterari necesse est; sed cum Patre, in suo mediatoris nomine, simul invocatur Filius, qui simul etiam exaudit. *Et quod petiveritis in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio.* Joh. 14: 13. nec separatus est Sp. S. qui utriusque ineffabilis est communio. Atque adeo licet pleræque orationes ad Patrem dirigantur, non tamen cæteræ personæ excluduntur, sed potius includuntur, cum Pater adiri non possit sine Filio, & hi duo non sint sine spiritu suo, per quem nos ipsi quoque Filii Dei facti sumus in Filio. *Accepistis Spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba, Pater.* Rom. 8: 15.

*Quem vā-
rie detor-
guent So-
ciniani.*

XXVII. Fœdè autem hæc detorquent Sociniani, quique inter eos invocantes dicuntur. Non enim inter se conveniunt in maximo hoc Christianæ religionis capite, atque eo impietatis quidam inter eos processere, ut Christum ne adorandum quidem censeant; quales Franciscus Davidis, Christianus Francus, & alii: cæteri autem non meliori auspicio Salvatorem, ut ψιλὸν ἀγθεωπόν, tamen summo honore coli atque invocari debere contendunt, quatenus nimis ipse salvator atque mediator est; atque adeo præter unum naturâ Deum, qui in Vet. T. colebatur, nunc in N. T. etiam aliud, qui natura non sit Deus, adorari debere docent; atque hoc vel maximum Christianæ fidei mysterium esse volunt, duos habere Deos, unum summum, qui est Pater, aliud inferiorem, qui est Filius; qui quidem mera creatura est, & ante nativitatem Virgine ne quidem fuerit, sed à Patre, propter summa & divina planè in ipsum collata dona in istud cul-





culmen jam evectus sit, ut divisum cum Patre imperium & cultum obtineat.

XXVIII. Ita hi homines creaturæ apotheosim moliri audent, & novum in cœlum sebasma ac numen invehunt, quod vetus fidelium Ecclesia ignoravit. Hoc enim manifestè fatentur: unde cum urgentur locis: *Audi Israël, Jehovah, Deus noster, est unus.* Deut. 6: 4. *Et cecidi coram pedibus ejus ut adorarem eum:* & dicit mihi, vide ne feceris. *Conservus tuus sum. Deum adora.* Apoc. 19: 20. & 22: 9. improbè sub cultu Mosaico hoc obtinuisse excipiunt, nunc vero, præter Jehovah, Deum Israëlis, novum Deum Ecclesiæ datum ac monstratum esse, Christum nempe Servatorem. Verum si Novi T. tempora non spectet lex ista Mosis, de adorando solo Deo Israëlis, qui solus Jchova & verus Deus est, immerito legem illam repetit & urget Christus, nec ad populum Christianum pertinet verbum illud, Matth. 4: 10. *Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli servies:* & non satis rectè Paulus creaturam non posse divino cultu affici docet. Eos enim *qui coluerunt & servierunt rei creatæ præter cretorem,* dicit *commutasse veritatem Dei cum mendacio.* Rom. 1: 25. & frustra idem confirmat, atque ad ultima Ecclesiæ tempora applicat Angelus, *volans in medio cœli, qui habebat Euangeliū aeternū, dicens voce magna: Timete Deum, & date ei gloriam, & adorate eum, qui fecit cœlum & terram.* Apoc. 14: 6, 7. & similiter Apoc. 15: 1, 3. Imo ipse Christus, si verbum hoc mutasset atque honorem istum rapuisset, jam legem Mosis solvisset, & tanquam Apostata à lege justè occisus fuisset. Deut. 13: 5.

XXIX. Non obtinet autem duplex adoratio, *superior & inferior*, quam introducunt, non magis quam Pontificiorum idololatrarum distinctio inter *δελτιαν, επερδελτιαν & λαργειαν:* cum cultus religiosus sit tantum unicus, nec ut Deus coli, & tali animi motu adiri possit, quem tamen habeas pro non Deo, quique non sit nisi Deus metaphoricus & nuncupatus, & Dei tantum legatus: quo nomine etiam Muhammedani Prophetam suum in precibus atque hymnis suis cum Deo, quem adorant, conjungunt; ut hic Socinianorum cultus Turcicæ Muhammedis sui venerationi non absimilis sit.

XXX. Atque ejusdem commatis est eorum distinctio inter *adorationem*, quæ in pio ac maximè religioso animi affectu ac subjectione constat, quam soli Deo Patri vendicant; & *invocationem*, quæ sit minor rationem quidam cultus, ac solum benignitatis atque opis alterius imploratio, quam *invocationem*.

Christo attribuunt, idque respectu eorum tantummodo, ad quæ largienda potestatem à Deo consecutus fit. Unde non ab omnibus promiscuè, sed in Ecclesiâ solum, atque à fidelibus invocari eum posse contendunt, idque in terris tantum; non enim æternum fore illum honorem, sed postea deposito regno exegem eum futurum: atque ita in privatum ordinem eum rursus redigunt, & in omnem æternitatem Deo pariter subiectum inter reliquos fideles, ordine solum primum, collocant. Quanquam alii haec paulo aliter explicit. Sicut etiam ipsum non semper istum honorem habuisse statuunt, sed post exaltationem, ob potestatem mediatoriam, quam tum accepit, demum illum nactum esse; quo referunt dicta: *Quamobrem & Deus eum superexaltavit, & in gratia donavit ei nomen, quod supra omne nomen est.* Philip. 2: 9. *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Matth. 28: 18. & præsertim Joh. 16: 24. *Huc usque non petivisis quicquam in nomine meo: petite & accipietis; ut latitia vestra sit completa;* ubi petere in nomine Christi explicit petere in potestate Christi, atque eâ unicè confisum.

XXXI. Verum Christo summus honor debetur, & summa adoratio. *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Hebr. 1: 6. *Ut concupiscat Rex pulchritudinem tuam.* Nam ille est Dominus nūs. & adora ipsum. Psal. 45: 12. & nulla parte inferior honore Patris, cum pari majestate prædictus sit. *Et sedeo cum Patre meo in throno ejus.* Apoc. 3, 2 r. imo ipse Pater sine Filio ne adorari quidem possit. Neque post ascensionem in cælum demum hunc honorem adeptus est, instar factitii alicujus numinis, quod, dum terras habitavit, cœli nondum honore mortales dignati sint: neque hoc loco illo Johannis evincitur: nam *nomen Christi* non de potestate, quam videlicet tum primum adepturus foret, sed de persona potestate ista prædicta accipiendum est, ut A&t. 3: 16. *Hunc quem videtis & novistis, firmavit nomen ejus,* h.e. ipse nominatus & invocatus auctor sanationis. Sic Matth. 28: 19. *Baptisantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus S.* & ita in nomine Filii, id est, intercedente invocationi nostræ persona Filii Dei, invocandus est Deus, semperque ita adoratus fuit. Neque enim hoc negat hoc in loco Christus, dum dicit: *Huc usque nihil petivisis in nomine meo &c.* sed vel statum Ecclesiæ Veteris, quæ de longinquo stans per interventum sacerdotii carnalis Deum hactenus venerata fuerat, & in spe redemptoris futuri tantum adoraverat, cum Nova, quæ sine isto circuitu in fide Servatoris, quem jam præsentem conspicerat, Deum familiarius auditura foret, componit: *Vel discipulorum nimium terrenos affectus castigat,*





stigat, qui Christum in corpore præsentem, & familiarius inter eos conservantem, nondum adeo precibus ambire, nec in ejus nomine Patrem rogare adsueverant; verum postea absentem frequentiori cultu prosecuturi, & jam cœlo regnantem perpetuis precibus sollicitaturi erant, atque in ipsius fide atque nomine summâ cum libertate omnia à Patre postulaturi & accepturi. Similis commatis est, quod Christum, ut in tempore factum Deum, ita postea finito regimine è fastigio isto rursum removendum docent; cum regnum ipsius eternum sit futurum, atque victis hostibus & triumphato mundo tum verò è folio suo non descendet, sed tum demum verè Rex ac Dominus futurus est; pacatumque reget Patriis virtutibus orbem. Luc. 1: 33. *Et regnabit in domum Iacobi in secula vñ regni ejus non erit finis.*

XXXII. Sed considerandum proprius est, quod adorationis Christi, *Fundamen-*
unicum fundamentum statuunt potestatem ejus mediatoriam, & gloriam *mentum*
illam supremam, quam post exaltationem suam adeptus fit. Phil. 2: 9. *adorationis*
Matth. 28: 18. Unde nata inter ipsos etiam Orthodoxos quæstio de *corum, po-*
causâ adorabilitatis Christi, an ea foret sola ipsius Deitas, an vero etiam *testas Chri-*
munus mediatorium. *stii media-*
toria.

XXXIII. Quanquam autem munus mediatorium numen atque ma-
jestatem veri Dei includat, atque ad nomen ac Ιησοῦ, ejus pertineat, neque
meræ creaturæ ac non Deo attribui poscit, non magis quam mundi hujus
creatio, atque in res creatas supremum imperium; ut, qui mediator atque
mundi redemptor est, etiam eo ipso necessario sit adorandus: tamen ratio
formalis religiosi cultus, & fundamentum quare Christus objectum fidei
& spei nostræ sit, est hoc unicum, quod persona divina sit, atque verus
Deus, nullo autem modo objectum ejus est natura humana.

XXXIV. Et Phil. 2: 9. *donatur* quidem Christo novus honor (quod *Phil. 2: 9.*
verbum *ιχαριόντων* innuit) quem tanquam mercedem obedientiæ suæ à
Patre accepit; sed ille in eo consistit, quod, remoto humilitatis velo,
nunc plenissimè in carne Christi se exerat divina majestas, atque in eâ pal-
lam se ostendat, & tanquam in augustissimo templo adoretur. Sicut au-
tem olim typicum templum non fuit adoratum una cum Deo in eo inha-
bitante, ita nunc quidem adoramus Filium Dei in carne, non vero
τὸ λαῖκον quod assumfit, nec carnem in qua habitat. Et v. 10. similiter
summam & propriam mediatoris gloriam exprimit Apostolus per *nomen*
quod supra omne nomen est, quod in nomine Iesu omne genu se flebit: sed
illa majestas non realiter, sed modaliter distincta est à majestate & gloriâ

absolutè suprema & purè divina ; adeoque non ita mediatoris est propria , ut dicat cultum quendam & honorem peculiarem , qui in re non sit idem cum cultu , qui Patri & Spiritui S. debetur ; sed est idem ille cultus atque eadem gloria , quæ Christo ab æterno cum Patre & Sp. S. communis fuit , quæ hic non primum ipsi datur , sed post humilem in terris statum , labo-ribus omnibus peractis , de novo ipsi asseritur atque vindicatur .

*Quod ar-
reptum à
Remon-
strantibus.*

XXXV. Nimis avidè autem Socinianorum hoc commentum arripuere Remonstrantes , interque eos Episcopius , qui docet Filium non proponi ut objectum fidei cum Patre secundum essentiam divinam , quam cum Patre communem habeat , verum eo potius respectu , quatenus in carne manifestatus , per mortem ac passionem suam eam dignitatem acquisivit , ut in eum tanquam in unicum mediatorem inter Deum & homines æque credere debeamus , ac in Patrem , atque utrumque simili honore ac cultu prosequi . *Hec est vita eterna ; ut cognoscant te solum verum Deum & quem misisti Iesum Christum . Joh. 17: 3 . Hec scripta sunt , ut credatis quod Iesus sit Christus Filius Dei , & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus . c. 20: 31 . conf. Phil. 2: 5-11 .* Ut Christum ex dignitate à Patre ipsi collata , etiam qua creatura atque homo est , ac remoto æternæ deitatis respectu , proprio cultu atque adoratione prosequendum esse statuant ; imo vix de alia invocatione Christi loquantur , quam quæ ipsi ut mediator h. e. juxta ippos , etiam ut creaturæ glorificatæ convenit ; atque adeo à cultu divino irrefragabile ad probandam æternam Filii Deitatem argumentum peti non posse judicent , Apol. c. 3 . quippe qui non Christum solum , sed & angelos , sic volente Deo , sub V. T. adoratos statuant , quod tamen sub N. T. non licuerit .

XXXVI. Verum hæc omnia ex Socini lacunis hausta sunt , qui Christum similiter objectum fidei atque cultus nostri statuit , non quia unus cum Patre Deus sit , sed ut manifestatus est in carne . Atque ex ea hypothesi jam duplex divini cultus objectum exoritur , Deus Pater , & Christus ut mediator & homo ; duplex dignitas , ex qua alicui cultus divinus debetur , una quæ Deo ut Deo naturâ convenit , alia quæ homini à Deo communicatur & donatur ; pariterque duplex divinitas , quarum una Deo Patri naturâ competit , altera autem sub meritum cadit & per opus acquiri potest .

XXXVII. Concipi autem nequit , quomodo istam dignitatem Christo à Patre in tempore collatam dicant : hoc enim vel secundum divinam naturam ejus , vel secundum humanam intelligendum est . Non secundum illam





illam, nam hoc pacto istum honorem jam ab æterno possedit: neque etiam secundum humanam naturam, nam sic jussisset Deus ut coleremus ~~τὸν θεόν τὸν κύριον~~, Rom. 1: 25. quæ mera idolatria est.

XXXVIII. Multo minus passione atque obedientiæ suæ eam promeruit. Quo pacto enim talis dignitas in quæstum venire queat, & quæ proportio inter opus creaturæ & talem remunerationem? certè Deo similem esse raptus dici nequit. Et quomodo Christus id promeruisse dici potest, quod ipsi jam ante ut Filio Dei & Deo naturâ competebat? nisi rursus humanæ naturæ istud divini honoris fastigium acquisitum dicas: quod nihil aliud est, quam eam in idolum erigere. Et quid si non ad plenum obediisset Christus (nam eum potuisse peccare, & in ipso opere redemptionis deficere adversarii statuunt) anne tum Christo, ut inobedienti servo nullus honor divinus competiisset, qui tamen naturâ Deus erat? certè mediatoris præmio caruisset.


XXXIX. Verum Scriptura longè aliud adorationis Christi fundatum statuit, quam passionis atque obedientiæ ipsius meritum, nempe unitatem ejus cum Patre. *Neque enim Pater judicat quemquam, sed judicium omne dedit Filio. ut omnes honorent Filium, quemadmodum honorant Patrem.* qui non honorat Filium, non honorat Patrem, qui cum misit. Amen, amen dico vobis, qui audit sermonem meum & credit ei, qui misit me, habet vitam aeternam. Joh. 5: 22, 23, 24. Ego & Pater unus sumus. sustulerunt igitur rursum lapides Iudei ut lapidarent eum. c. 10: 30, 31. Si non facio opera Patris mei, ne credatis mihi. v. 37. unde cum Patre tanquam objectum cultus atque fidei nostræ pariter conjungitur. *Creditis in Deum, & in me creditis.* Joh. 14: 1. *Hec est vita eterna, ut cognoscant te solum verum Deum & quem misisti Jesum Christum.* c. 17: 3. Et ne per mortem atque resurrectionem ipsum dignitatem istam acquisivisse existemus, jam ante mortem ac passionem ea ipsi attribuitur. Joh. 14: 1. *Qui credit in Filium, habet vitam eternam.* qui autem non obedit Filio, non videbit vitam. c. 3: 36. Credo, Domine. succurre incredulitati mea. Marc. 9: 24. Respondens Simon Petrus dixit, tu es Christus Filius Dei vivi. Matth. 16: 16. Cui angelorum unquam dixit: *Tu es Filius meus?* Quum autem rursus introducit primogenitum in orbem habitabilem, dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei. Hebr. 1: 5, 6. Neque per anticipacionem, ante mortem, Christo iste honor exhiberi poterat, hoc videlicet nomine quod eum sibi acquisitus foret: hoc enim contra rei naturam est, mercedem ex debito alicui persolvere, antequam opus præstitum sit;

præsertim cum juxta adversiorum sententiam, Christus potuerit non obediare, atque opus imperfectum deferere.

XL. Et quod præterea addunt, honorem istum Filio, qua diximus ratione, attributum eundem esse cum illo honore, quo honoramus Patrem, id vero intelligi non potest. Honor enim, qui Patri competit, talis est, ut nulli debeatur nisi qui naturâ verus & æternus Deus est, ut ipse Pater, qui que adeo omniscius est, & rerum atque cordium scrutator, & omnipotens, & omnipræsens; nam haec convenire debent in eum, quem cum fiducia exauditionis invocatuti sumus. Talis autem non potest esse ille honor, quem adversarii Christo, ut mediatori atque homini, in tempore, tanquam præstite obedientie mercedem, tribuunt, nisi pariter, cum Ubiquitistis, divina attributa ipsi donata statuant. Quod quum non faciant, & tamen Christum ut hominem glorificatum summo honore colunt, revera non Deum colunt, & serviunt ius qui natura Deus non sunt, Gal. 4: 8. adeoque nihil nisi idolum cerebri sui adorant.

XLI. Quod excipiunt, committi idolatriam, non cum aliquid præter Deum divino cultu afficimus, sed tum demum, cum ex proprio arbitrio & lubitu, atque ex præpostero & adultero animi motu, sine ullo Dei mandato, imo contra voluntatem ejus, huic vel illi rei divinitatem quædam affingimus, atque summo honore illam colimus; istud consistere nullo modo potest: nam mandatum istud Dei, quod fingunt, pro fundamento suo habere deberet, vel *solam Dei voluntatem & imperium*, vel *alignam præterea creaturæ istius excellentiam & dignitatem*. Sed neutrum dici potest: cum, si sola Dei voluntas sufficeret, vel si talis in Deo voluntas esse posset, jam omne genus creaturæ, etiam inanimes, aurum, argentum puta, quin vel lutum ipsum, ex isto fundamento divino honore affici posset, si modo Deus juberet; qui istud etiam jubere posset: quod dictu infandum est, nec sine horrore intelligi potest, religiosis nempe precibus ambire & sacro cultu venerari creaturas, quæ, non dico divinæ, sed ne humanae quidem rationis capaces sunt, & ne adorantem quidem audire aut intelligere possunt. Neque etiam tale mandatum Dei creaturæ ipsius excellentiæ niti potest, cum ad cultum religiosum fundandum non quælibet, sed summa excellentia requiratur, atque honor ille divina attributa præsupponat; quæ cum in creaturas cadere nequeant, neque eadem pro objecto adorationis à Deo ponи possunt.

XLII. Voluntatem autem Dei verbo ejus expressam quod attinet, occurrit illa Jes. 42: 8. *Ego Jehovah, hoc est, nomen meum, gloriam meam*





am alii non dabo, nec laudes meas sculptilibus.

XLIII. Quod ajunt, honorem Dei non vulgari vel alienari, cum aliquem ex Dei præscripto isto honore afficimus; nam istud Dei solius causa fieri; & quia ipse illum cultum jubet ac petit, atque per illum gloriosus esse vult, omnem tandem honorem in Deo ipso terminari: istud verò rursus est Sociniano commento evadere, atque eo tandem venire, ut solus Pater primario, directè & propriè adorandus statuatur, Christus vero solum indirectè & cum respectu ad Patrem: quæ indirecta & impropria invocatio, præterquam quod summo Christi honori deroget, quid rei sit intelligi nequit, cum fundamentum invocationis unicè sit infinita aliqua essentia & potentia, cui soli ea debetur, ut nulli minus principaliter, vel indirectè, vel simili aliquo extenuato sensu ea attribui possit: neque indirectè & minus principaliter, sed directè & propriè Christus in Scripturis invocatur, cum ab ipso petimus, ut fidem nobis augeat, Sp. suum largiatur, regnum suum venire faciat, spiritum nostrum suscipiat &c.

XLIV. Cum autem Remonstrantes ita lucentur contra adorationem Filii, ut & Spir. Sancti, sicut infra ostendetur, eosque summo illo cultu & honore, quo Pater adoratur, invocari non posse statuant, Socinianismum, quo universam Theologiam suam adeo indignè corruerunt, manifestè nimis produnt: nec Filium aut Spir. S. ejusdem cum Patre Deitatis habent: atque adeo S.S. Trinitatem reipsâ negant & evertunt.


XLV. Atque ex hisce omnibus jam patet, Christum verè & propriè Deum esse; quod etiam apertè professus est, contra ac adversarii excipiunt, quoties sibi opera Patris adscripsit, seque Deo æqualem dixit, atque palam sese pro Filio Dei gessit: non enim sine causa sese *Filium Dei* potius quam disertè Deum appellavit, tum ut à Patre se distingueret, tum ne unus putaretur ex illis Elohim, atque Diis λεγομένοις, de quibus Psal. 82. sed ut summum sese esse Deum, atque illum Dei Filium, de quo in V. T. tam crebro agitur, ostenderet.

XLVI. Nec obstant objectamenta illorum: quod nimurum Christus omnia à Patre habeat, atque hic ipse honor ipsi à Patre datus dicatur. *Omne iudicium dedit Filio. dedit etiam Filio habere vitam in se. & potestatem dedit ipsi & iudicium faciendi, quia Filius hominis est.* Joh. 5: 22-27. Hæc e-
22-27.
nim dicunt personarum ordinem in eadem tamen essentia & deitate, & quæ à Patre habet, vel per æternam generationem ab eo possidet, unde pariter cum ipso Deus est; vel per gratiam unionis in tempore, & qua *gen-*
mar- *gen-*
mar-

mam dignitatem atque divinas planè dotes involvant, sine æterna Deitate
 accipere non potuisset; ut hæc rursus eandem in Christo deitatem præsup-
 ponant. Similiter, quod Patrem *sé sámajorem dicit*. Joh. 14: 28. non na-
 turæ, sed officii, atque humilis illius status, quo sese exinaniverat, respectu
 intelligendum est: loquitur enim ibi ut sacerdos jam ad aram stans, jam-
 que moriturus, & procuratâ hominum salute coram Patre apparitus, à
 quo eorum, quæ in terris ipsius jussu atque nomine gesserat, approbatio
 & consummatio expectanda foret. Rursus etiam officium suum confide-
 Joh. 12: 44. rat atque Patris legatum sese profitetur, cum dicit Joh. 12: 44. *Qui credit
in me, non credit in eum, sed in eum qui misit me*: atque verbis illis, fidem in
 sese non debere esse separatum quid à fide mittentis, docet. Quo & pertinet
 1. Pet. 1: 21. quod Petrus in 1. epist. cathol. c. 1. v. 21. habet: *Per ipsum nos credere
in Deum*: non enim ibi subordinatur Patri, aut contra distinguitur, ut di-
 versum fidei objectum, sed tum ordo personarum, tum officium Christi
 attenditur. Quod autem ipse Servator dixit Matth. 20: 23. *Non est
meum dare vobis, sedere ad dextram Patris*; non Christi potestatem spe-
 ëstat, neque ea negatur: nam jam antea discipulis eandem dignitatem pro-
 miserat. *Vos qui sequuti estis me, quum sederit Filius hominis in throno
gloriae sue, sedebitis etiam in thronis duodecim, judicantes duodecim tribus
Israël*. Matth. 19: 28. sed eos respicit quibus hoc dandum erat, qui que
 nesciebant quid paterent, & nondum peractâ pugnâ triumphos cogita-
 bant: non enim dicit, non est *meum*, sed *Patris*; sed satis clare, *non est me-
um dare vobis, sed iis quibus à Patre præparatum est*, atque eo modo atque
 ordine quo Pater præparaverat.

An Filius
 sit *av6-
gios?*
 XLVII. Quæri hic etiam solet, *an Filius sit av6gios*, quod Valentinus
 Gentilis contra Calvinum negabat, Patrem essentialem, Filium effen-
 tiatum vocans; sicut & Bellarminus, aliisque Pontifici eo nomine Calvi-
 num exagitant, & novam Auto-theanorum hæresin fingunt, quamvis ab
 ea ipse Bellarminus alibi nos liberet. Quæ controversia deinceps inter Go-
 marum & Arminium quoque mota est, & inde ad hujus successores
 transiit.

XLVIII. Cum autem Filius eandem essentiam habeat quam Pater,
 quæ prorsus à se ipsâ est, nec ab alio esse potest, quæque nec genita, nec
 creata, nec ullo modo producta est; cumque ipse sit solus ille & verus De-
 us, & *av6gios*, *ipse Deus*, *תְּהִלָּתָה אֱלֹהִים* Deut. 4: 35, 39. Esai. 45: 18.
 hoc quidem respectu meritò dicitur *av6gios*, hoc est, per se ac verè Deus:
 quanquam personæ respectu, & quatenus Filius est, atque isto subsistendi
 modo,





modo, eam à Patre habeat, non quidem ab eo progenitam, sic enim ab essentiâ Patris diversa foret, sed arcano modo communicatam, atque adeo eandem cum essentia Patris. Est ergo *āvnoθiοs* ratione essentiæ, non ratio-ne pérsonæ; *āvnoθiοs* non *āvno-viοs*. Nec tamen ideo sunt tres *āvnoθiοi*, sicut neque tres *īpøgøtøi*, sed tres *āvnoθiοs* & *īpøgøtøs θiοs*, h. e. tres qui sunt *āvnoθiοs* & *īpøgøtøs*.

XLIX. Atque haec tenus veram Filii deitatem vidimus: quam Sociniani, *Filiū dei-* *Judæos* fecuti, qui hâc in parte à fide Patrum defecerunt, apertis verbis *tamen quo-* negant & oppugnant; Christo solum divinitatem quandam attribuentes, *modo So-* eamque longè alterius generis: unde ipsum *Deum metaphoricum*, & *cimani ne-* *Deum quendam* blasphemari homines appellare non erubescunt. *gent.*

L. Sic autem illi instituunt: posse esse maltos veros Deos: *Et si sunt dicti Dii, sive in cœlo, sive in terra, quemadmodum sunt dii multi & Domini multi.* *1. Cor. 8: 5.* & nobis quidem esse duos Deos, unum æternum, quique à se ipso sit, Patrem videlicet; alterum à Patre factum in *Et qualem ipsi divi-* *Novo Testamento Christum, unum scilicet senem, juvenem alterum.* *nitatem attribu-* Quod adeo urget Socinus, ut istud sumnum religionis mysterium statuat, & qui non agnoscit duos Deos, eum Christiano nomine indignum *ant.* putet.

L I. Et Christum quod attinet, non tam deitatem, *θεῖναι*, quam divinitatem, *θεῖναι*, veluti Divo alicui ex hominibus facto, ipsi attribuunt: quam in ipso collocant, tum *ante nativitatem*, non quidem quod tunc extiterit, docent enim ipsum ante ortum ex Maria matre revera nihil fuisse, verum ob æternum Dei consilium, quo ad hanc dignitatem atque gloriam jam tum designatus fuerit. *Præcognitus ante fundationem mundi.*

I. Petr. 1: 20. idque longe alio modo ac fideles, quos contingenter tantum prædestinatos ajunt, Christum autem infallibiliter & necessario: tum *post nativitatem*; partim ob *conceptionem miraculosam*, qua non à Deo creatus, ut Angeli, sed ab ipso veluti genitus fuerit; partim ob *excellens munus*, quod veluti legatus Dei in terris gesserit; tum potissimum, & novo ac potiore jure, *post exaltationem*, ratione *muneris regii*, quod summo cum imperio exercet, dum Ecclesiam suam, omniaque quæ ad eam pertinent, potestate & voluntate independente solus regit & perficit.

L II. Quid aliud autem hoc pacto quam factum Deum, atque factum aliquod numen invehunt, atque fœdissimâ idolatriâ Christianam *qua refuta-* *religionem contaminant?* *Quicquid enim contendant, & quantamcumque* *taur.*


que deitatem Christo adscribant, mera fraus sunt omnia, nec ultra humana naturam ascendunt, omnemque divinitatem in donis ac accidentibus quibusdam constituunt, quæ præstantiam quidem dicunt, nullo autem modo divinitatem; nisi simili modo etiam alios adhuc homines, vel etiam fæse ipsos, ob singulares quasdam dotes, pariter evèhi in Deos atque ita appellari posse concedant: prout ipsorum Theologia multos veros Deos admittit.

LIII. Verum merus hic est vocabuli abusus. Atque hâc in parte adversariis nostris contingit, quod etiam aliis persæpe evenire videmus, quod longe alter de re judicent ac loquantur, quam ipsi eam percipiunt ac intelligunt. Conceptus enim atque idea Dei, cum de eo serio cogitamus, tot atque tantas exprimit perfectiones, ut eæ in hominem cadere non possint, manente idéa atque conceptu hominis. Habet enim Deus propriam atque definitam naturam ac conceptum, æquè atque aliæ res; similiterque homo: neque corum naturæ vel conceptus alterius rei natura vel conceptus esse possunt. Non magis ac ex. gr. conceptus auri luto convenire potest. Cum ergo illi Deum appellant, quem pro vero ac mero homine habent, quid aliud quam rerum naturas atque ideas confundunt, aut saltem aliter loquuntur quam ipsi rem capiunt? qui enim homo est, Deus propriè esse vel appellari non potest, non magis quam aurum potest esse lumen, manente utriusque, tum auri, tum luti conceptu.

LIV. In eo autem errant, quod hominem Deo summè carum, & per quem Deus multa bona hominibus distribuit, quiq[ue] juxta ipsos Deo adeo sit unitus, ut quicquid ille habet, atque ipsa ejus omnipotentia, ipsi in obeundo munere suo ad nutum veluti famuletur atque præsto sit, cuique ipsa adeo ejus gloria ac honor communicata sint, Deum appellant, & quidem Deum verum; cum tamen ab altera parte concedere cogantur, ipsum nihil operari, nihilque possidere quod ratione naturali Deo proprium esse, atque ad ideam ac conceptum ejus pertinere novimus; quæ *ārūsām* sunt. Si enim eum, utcunque homo sit, tamen propriâ vi divina opera exequi putant; jam perfectiones in Christo adeo augent, ut in humanam naturam eæ cadere non possint, atque adeo re ipsâ divinam naturam in Christo ponunt, et si id verbis negent, & Dei atque creaturæ ideam rufus confundunt.

LV. Atque hoc jam inter ipsos & nos discrimen est: An Christus in se ipso illa omnia revera possideat quæ Pater habet, ut idem natura Deus; sicut nos docemus: an vero ipsi, ut creaturæ à Deo summopere dilectæ, omnia





omnia ista decora aliunde attributa sint, atque inde verus Deus appellari & divino honore affici possit; quod illi statuunt.

LVI. Atque hic quidem gravissimæ idolatriæ rei sunt, dum eum, quem naturâ merum hominem fatentur, neque pro creatore cœli ac terræ habent, Dêum faciunt, ac pro Deo colunt; atque, nefando commento, duos Deos introducunt, & unum quidem altero majorem: quod ipsi idæ atque conceptui summi numinis repugnat, qui prorsus corruptitur & perit, ubi quis Deus altero minor introducitur; non minus quam conceptus spiritus disperiret, si duos spiritus quis introducere vellet, quorum unus magis foret spiritus quam alias: quod & de aliis rerum naturis intelligendum est.

LVII. Et vero operaæ pretium foret ex ipsis intelligere, ubi in Scripturis distinctionem Dei summi & subordinati legerint, præsertim cum omnia fundamentalia in Scripturâ claris verbis contineri adeo contendant. Nam quod 1. Cor. 8: 5. dicuntur esse multi Dii ac Domini, ex eodem ver-
su intelligendum est, & ἀνὴρ οὐκ εἰς repetendum Dii λεγόμενοι. Neque Christus in isto ordine ponitur, neque θεὸς λεγόμενος & Deus nuncupati-
vus est, sed Deorum nnncupativorum dominus, conditor, judex & de-
structor. Psal. 82. *Et adorarunt ipsum omnes dii.* Psal. 97: 7. quod Pau-
lus citat Hebr. 1: 6. Ita ut figmentum hoc sit antichristianismo pejus,
cum pro mediatoribus secundariis & capitibus vicariis subordinati & vica-
rii Dii introducuntur.

LVIII. Inania autem sunt quæ deitatis in ipso ponunt argumenta & causas. Neque enim *ante nativitatem*, ob quodcunque Dei de ipso consilium, Deus dici potuit, cum juxta eos tum nondum extiterit, ac ne homo quidem fuerit. Neque ortus *ac nativitas* ex homine, utcunque miraculo facta, eum Deum facit; non magis quam Adamum ortus ejus ex ter-
râ virgine: neque enim corporis Christi formatio ex matre virgine mirabilius Dei opus fuit, quam primi hominis productio ex pulvere. Neque *munus propheticum*, quod solum ipsis in terris largiuntur ipsum magis Deum constituit, quam Mosem & alios prophetas, qui similem Dei apud ho-
mines legationem gesserunt. Neque denique exaltatio ipsius atque *munus regium*, quod summa cum potestate in cœlis gerit, hoc dignitatis fastigium ipsi confert: præterquam enim quod hoc pœcto deitatem, quæ obe-
dientiâ hominis acquisita sit, quæque sub meritum cadit, inferant, quæ illa deitas atque potestas est, quæ ad V.T. fideles, juxta ipsis, pertinere nullo modo potest, cum ad eorum salutem nihil contulerit, atque adeo iis Deus

non sit? quæque ne adhuc quidem ad omnes pertinet, cum Christus nondum hostes omnes pedibus suis subjecerit, & in Ecclesiâ solum regnet: quam denique una cum regno post ultimum diem rursus deponet, in omnem porro æternitatem ex-Rex & subjectus unius Patris. cum reliquis fidelibus futurus.

LIX. Ita mirabilem nobis Deum effingunt, & fictum prorsus numen: quod cum antea nihil fuerit, in terris cum Christo cœperit, in morte rursus cum eo evanuerit, deinceps vero post resurrectionem excellentiori modo reproductum atque restitutum fuerit, idque non in æternum, sed ad annorum pauca millia, donec Patri regnum tradet. Sic nempe ludunt in re hâc sanctissimâ: dum Christum ex nihilo factum hominem docent, ex homine Deum, rursus ipsum factum nihil in morte, atque inde reproductum & factum iterum hominem, atque ex homine rursus & excellentiori modo Deum, verum eum rursus mortalem, quippe non perpetuum, sed ad tempus, donec videlicet cum imperio erit, & assertis fideliibus ac pacato orbe regnum Patri tradet, cuius legatus solum in hisce terris fuerat.

C A P U T X X X I V.

De DEITATE SPIRITUS S.

Deitas Sp. I.

S. eodem.

*modo af-
seria.*

*1. Ex di-
vinis no-
minibus.*



Ost Filium sequitur consideratio Sp.-Sancti, cuius deitas èadem argumentorum serie evincitur.

II. Tribuuntur enim ipsi I. *nomina divina. Jehovah.* Dixit

Jehovah: *audite audiendo &c. Esai. 6:9.* quod *Spiritum San-*

*ctum dixisse per Esiam Prophetam affirmat Paulus Act. 28:25, 26. Israëli-
tas tentans Jehovah in deserto in Massa & Meriba legitur Exod. 17:1, 7.
coll. Psal. 95:7, 8. quod ad *Spiritum Sanctum* refertur Epist. ad Hebr. 3:7, 9.*

*& 4:3, 7, 8. Quod semel in anno sacerdos summus intraret non sine sanguine
in secundum tabernaculum, eo *Spiritus Sanctus* quid significabat. Hebr.*

*9:7, 8. prescriperat autem id Jehovah Levit. 16:2. Attestatur autem
nobis & *Spiritus S.* postquam enim predixisset, hoc est *Testamentum &c.**

*Hebr. 10:15, 16. conf. Jerem. 31:31. Ecce dies veniunt, ait Jehovah, &
pangam cum domo Israël fædus novum &c. Dei. Act. 5:3, 4. ubi Anani-*

as, cum mentiretur Spiritui S. quem & fallere & tentare volebat, Deo men-

titus

*titus dicitur: neque id simpliciter, sed & oppositè ad creaturas, non homini, sed Deo. item Dei Israëlis. Spiritus Domini locutus est ad me, & verbum ejus est in lingua mea. dixit Deus Israëlis, de me locutus est Deus Israëlis: Erit dominans &c. 2. Sam. 23: 2, 3. Ita benedictus Dominus Deus Israëlis locutus est per os sanctorum, qui à seculo fuerunt, prophetarum suorum, ut canit Zacharias Luc. 1: 68, 70. at Petrus docet, actos à Spiritu Sancto locutus esse sanctos Dei homines. 2. Epist. 1: 21. Item Domini. 2. Cor. 3: 17. Dominus vero Spiritus ille est: ubi vox ~~veræ~~ est, quæ nomini tetragrammato respondet. Quin ipsa vox Spiritus Domini Deo tam intimum ac proprium notat, quam homini est suus spiritus. *Quis hominum novit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? sic & ea quæ Dei sunt nemo novit, nisi, spiritus Dei.* 1. Cor. 2: 11. Ita & verum Deum ipsum esse constat, quod solus annumeratur Patri & Filio in sacris literis. *Gratia Christi, amor Dei, & Communio Spiritus S. conjunguntur* 2. Cor. 13: 13. *Tres sunt qui testantur in cœlo, Pater, Sermo & Spiritus S.* 1. Joh. 5: 7.*

III. 2. *Attributa divina. Omnipresentia.* Psal. 139: 7. *Quo ibo à Spiritu tuo? Si ascendam cœlos, illuc es; & sternam mihi in inferno, ecce te.* ^{11. Ex di-} ^{vinis at-} ^{tributis.} *Omniscientia.* Joh. 16: 13. *Spiritus ille veritatis dux via vobis erit in omnem veritatem.* 1. Cor. 2: 10, 11. ubi scrutari profunditates Dei dicitur: quod per metonymiam antecedentis pro consequenti significat eas exactè habere cognitas. conf. Psal. 7: 10. Jer. 17: 10, 11. ubi *Deus explorare renes & corda* dicitur. neque enim explicandum hoc est per Rom. 8: 27. *Ille vero qui scrutatur corda, novit studium Spiritus;* quod eas homincs perscrutari faciat: cum consilia Dei hominibus sint ~~anteponit~~ Rom. 11: 12. *Eternitas:* cum Spiritus sit, qui in Deo est. 1. Cor. 2: 11. quique à Deo ~~in seipsum~~ emanat. Joh. 15: 26. *Sanctitas.* Dolore affecerunt Spiritum Sanctum ipsius. *Ubi, qui posuit in medium ipsius Spiritum Sanctum suum?* Esai. 63: 10, 11. Liberrima denique voluntas & omnipotentia. 1. Cor. 12: 8, 9, 11. *Omnia hac agit unus ille & idem Spiritus,* distribuens privatim illa singulis sicut vult. Luc. 11: 20. *Si digito Dei ejicio demonia.* conf. Matth. 12: 28. *Si in Spiritu Dei ejicio demonia,* pervenit ad vos regnum Dei.

IV. 3. *Opera, cum naturæ, tum gratiæ.* *Creatio.* Spiritus Dei serebat super aquis. Gen. 1: 2. *In Spiritu oris Domini facti sunt omnis cœlorum exercitus.* Psal. 33: 6. *Christi unicío & missio.* Spiritus Domini fecerat super me est, quia unxit Iehovam eum ad Euangelium nuntiandum manuetis &c. Esai. 61: 1, 2. quem textum explicavit Christus Luc. 4: 18.

Miraculorum patratio. Si in Spiritu Dei ejicio demonia. Matth. 12: 28.
*Et repleti sunt omnes Spiritu Sancto, cœperuntque loqui aliis linguis, prout
 Spiritus ille dabat eis effari.* Act. 2: 4. *Non enim auderem loqui quicquam
 eorum, quæ non effecit Christus per me, ad obedientiam gentium, sermone &
 opere, in potentia signorum & prodigiorum, in potentia Spiritus Dei.* Rom.
 15: 18, 19. *Distinctiones donorum sunt, sed idem Spiritus: per quem eun-
 dem Spiritum alii datur donum sanationum, alii vero operatio virtutum,
 prophetia, discretio spirituum, genera linguarum, interpretatio linguarum.*
*Omnia vero hac operatur unus & idem Spiritus, distribuens unicuique
 prout vult.* 1. Cor. 12: 4-11. *Illuminatio. Spiritus veritatis, qui à Patre
 procedit, ille testabitur de me.* Joh. 14: 26. *imò ducet vos in omnem veri-
 tatem. non enim loquitur à se ipso, sed, quaecunque audiverit, loquetur, &
 venientia sive futura renunciabit vobis.* c. 16: 13. *Missio prophetarum.*
*Dixit Spiritus Sanctus, separare mihi Barnabam & Saulum ad opus ad
 quod eos vocavi.* Act. 13: 2. *Benè Spiritus Sanctus loquutus est per Esai-
 am Prophetam patribus nostris.* Act. 28: 25. & ministrorum. *Attendite
 ad gregem, in quo vos Spiritus S. constituit Episcopos.* Act. 20: 28. *Opera-
 tiones in Ecclesia.* 1. Cor. 12: 9. *Regeneratio. Nisi quis regenitus sit ex a-
 qua & Spiritu, non potest intrare in regnum Dei.* Joh. 3: 5. *Iustificatio.*
Justificati estis in nomine Domini Iesu & in Spiritu Dei nostri. 1. Cor. 6:
 11. *Resuscitatio. Vivificabit mortalia corpora vestra per Spiritum suum in
 vobis habitantem.* Rom. 8: 11. *Glorificatio. Ne contristate Spiritum
 Sanctum Dei, quo obsignati estis ad diem redemtionis.* Eph. 4: 30.

IV. Ex
bonore
divino.

V. Denique 4. honor atque cultus divinus: dum universa Ecclesia in no-
 men ipsius baptisatur. Matth. 28: 19. quæ prima Christiani hominis
 initiatio & consecratio est: & singuli fideles templum ipsius appellantur,
 atque ipsius esse dicuntur, qui in ipls habitat. 1. Cor. 3: 16. & 6: 19, 20.
 Est autem templum domus soli Deo & perenni cultui ipsius sacra. Et
 Paulus ipsum manifestò adorat, dum fidelibus communionem cum isto
 Spiritu apprecatur. 2. Cor. 13: 13. Non enim passiva illa communio est,
 sed activa, adeoque invocatur Spiritus, ut se fidelibus communicet at-
 que fruendum præbeat: pari nempe modo, ut à Filio gratiam, à Patre
 amorem Corinthiis apprecatur, ita à Spiritu S. communionem & gratiae Fi-
 lii & dilectionis Patris petit. Simile adorationis exemplum est Apoc. 1:
 4, 5. *Gratia vobis & pax ---- à septem spiritibus, qui in conspectu throni
 ejus sunt.* qui septem Spiritus nunquam Deum adorant, cum quatuor
 animalibus & 24 senioribus, c. 4: 5. & 5: 6. vérum ipsi juxta cum Patre
 ado-

qfr. write in symbol



adorantur, & ab illo distinguntur : *νοι δέντε* &c. Inepta enim est adversariorum exceptio, ab Apostolo per septem Spiritus non personam intelligi, sed modum & medium exprimi, quo gratiam & pacem à Patre proficiunt vult: similiter enim ut de Patre & Filio, ita & de septem Spiritibus præpositio *δέντε* usurpat, distinctoque ab utroque loco nominantur. Vide & Matth. 9: 38. *Rogate Dominum messis, ut emittat operarios in messem suam.* coll. A&t. 13: 1-4. ubi *Spiritus Sanctus* dicit, *Separate mihi Barnabam & Saulum;* qui & *emissi* dicuntur à *Spiritu Sancto.* Esai. 6: 3. cum A&t. 28: 25. & Psal. 95: 7, 8, 9. cum Hebr. 3: 7. supra vidimus. A&t. 1: 16. *Oportuit impleri Scripturam hanc, quam prædictis Spiritus Sanctus per os Davidis de Iuda &c.* confer. A&t. 4: 24, 25. *Domine, tu es Deus ille, qui fecisti cælum ac terram --- qui per os Davidis pueri tui dixisti, cur fremerunt gentes &c.* Quo exemplo & vetus Ecclesia continuo ipsum invocavit, hymno de Sp. S. fatente Cassandro. Quin & peccata, contumeliae ac blasphemiae in Sp. S. committuntur: *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: blasphemia vero in Spiritum non remittetur hominibus.* Et quisquis loquutus fuerit adversus Filiū hominis, remittetur ei: *quisquis autem fuerit loquutus adversus Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Matth. 12: 31, 32. *Quanto, putatis, deterius mereri iudicabitur supplicium, --- qui Spiritum gratia contumeliam afficerit?* Hebr. 10: 29. Dolore affecerunt Spiritum Sanctum ipsius. Esai. 63: 10. confer Num. 14: 13, 14. ubi Moses eum appellat *Iehovam.*

VI. Ut inique nimis Remonstrantes, de adoratione Sp. Sancti ne hilum quidem in S. Scripturâ occurrere criminentur, neque ejus vel præceptum vel exemplum extare, atque adeo inde argumentum pro deitate ejus duci non posse afferant: nam & præcepta & exempla cultus ejus vidimus, quæ Ecclesiæ fidei & praxi firmandæ sufficient. Quanquam causa sit, cur *Cum adoratio-*
nis in
Scriptura
occurredit,
cum præ-
cepta, turn
exempla.
licet par-
cius; &
cur?
de-
par-
cius; &
cur?
de-

parcius de ejus adoratione loqui Scriptura soleat. Officium enim peculiare Spiritus est, quod tanquam paracletus & causæ nostræ susceptor, precium nostrarum atque omnis pii affectus auctor sit, easque potius dicit & formet, quam accipiat vel terminet, ac potius invocet, h. e. invocare nos faciat & doceat, quam invocetur atque adoretur. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobis in facula.* Joh. 14: 16. *Paracletus, Spiritus ille Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille docebit vos omnia.* v. 26. *Quum autem venerit Paracletus ille, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus ille veritatis, qui à Patre procedit, ille testabitur*

de me. c. 15: 26. Si non abeam, Paracletus ille non veniet ad vos. Si autem proficiscar, mittam eum ad vos. c. 16: 7. Accepistis Spiritum adoptionis; in quo clamamus, Abba, Pater. Rom. 8: 15. Spiritus opitulatur infirmitatibus nostris, & ipse Spiritus interpellat pro nobis, gemitibus qui sermone non explicantur. v. 26. Quia estis filii, emisit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra, qui clamat, Abba, Pater. Gal. 4: 6. Atque inde est, quod cum Patre & Filio communionem habere dicimus, 1. Joh. 1: 3. non item cum Sp. S. cum ipse nempe potius communionis illius vinculum atque intima causa sit: quodque fideles esse vel manere dicuntur *in Patre*, vel *in Christo*: quæ phrasis itidem de Sp. S. non adeo occurrit, cum ipse potius maneat atque habitet in nobis. vide 1. Joh. 2: 20: 27. ubi dicitur, fideles habere *unctionem à Sancto*, & *unctionem quam ab eo acceperunt* (h. e. Spiritum gratiæ à Christo datum) *manere in ipsis*. Atque hæc quoque causa est, cur in Apostolicis salutationibus plerunque omittatur; præsertim cum ipse & donum, & gratia, & pax illa sit, quam Apostoli Ecclesiis precantur, atque isto in ordine veniat.

*Vt & cur
parcius de
Sp. S. lo-
quatur
Scriptura.*

VII. Atque adeo rarius de Sp. loquitur Scriptura, tum quod ipse ille sit qui ibi continuò loquitur, atque adeo hoc ipso se satis ostendat; tum quod internis præcipue operationibus ipsis fidelium animis se ingerat atque intimè offerat; tum præsertim ob peculiarem œconomiam atque gubernationem Dei, quam in Ecclesia servat; cuius tres veluti sunt periodi, vel **יָמִים**, saecula, in quibus singulis singulæ Trinitatis personæ præcipue apparuerunt. Prima Patris, in quâ se Filius fidelibus ostendit ut Angelum, ut Pater agnosceretur; altera Filii; postrema Spiritus Sancti; quod erit saeculum saeculorum, cum Sp. S. erit omnia in omnibus. Unde & Sp. mentio omittitur. Joh. 17: 3. *Hæc est vita eterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* & Matth. 11: 27. *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. & nemo cognoscit Filium, nisi Pater; neque Patrem quis cognoscit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* ubi de iis, qui tum publicè testabantur agitur, Patre nimurum & Filio. Nec dum enim testabatur Spiritus: cæteroquin eum non excludi, ex 1. Cor. 2: 10, 11. *Nobis verò Deus revelavit per Spiritum suum; Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates Dei.* quis enim novit hominum ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? *Sic ea quæ sunt Dei, nemo non vit nisi Spiritus Dei,* satis manifestum est.

Proton presentando antecedentes de
libero arbitrio y creencia diminuta
Heidam de causa del pag. 74.

C A P U T X X X V.

Hæretorum circa S.S. Trinitatem errores.

I.  Um autem S. S. Trinitas purgatissimis tantum mentibus ^{S.S. Tri-} appareat, non mirum est ^{nitatis ad-} eam non infidelibus solum, sed & ^{versarii.} plurimis aliis hæreticis veluti scopulum, tot ingeniorum naufragiis infamem, omni tempore fuisse.

II. Et maximè quidem cù offensi fuere Judæi, hæretorum Patriarchæ, è quibus exivit cogitans contra Jekovam malum. Nah. 1: 11. qui relictæ veterum Patrum catechesi, quos huic mysterio initiatos fuisse constat, dum Christianos putant tres Deos habere, seque solos Dei monarchiam colcere, recitato identidem symbolo suo Deut. 6: 4. *Audi Israël, Jephova, Deus noster, Jephovah unus est,* veluti quotidiano carmine contra hanc fidem fessi muniunt.

III. Apud Christianos qui hoc dogma oppugnarunt variii fuere: atque ^{Inter Chri-} hi quidem in veteri Ecclesiâ, ut de Manichæorum duobus principiis, & ^{rianos} portentosis Ætonum Syzygiis, de Valentianorum atque Gnosticorum ^{olim qua-} ingenio, deque Montani paracleto, quem Sp. Sancto opponébat, taceam, ^{druplici} ^{classe.} *quadruplici* agmine contra sacratissimam hanc veritatem & Christianæ fidei veluti arcem incessere.

IV. Prima acies fuit *Ebionitarum, Cerinthianorum, Carpocratiano-* 1. ^{rum & Nicolaitarum,} qui Christi divinitatem negarunt. quo in agmine ^{qui Christi} etiam fuit *Theodotus* coriarius, & post illum *Artemon*, & 60 post annis ^{divinitati-} *Paulus Samosatenus*, ab Antiocheno concilio sede suâ motus; & post eum ^{tem nega-} *Photinus*, à synodo Syrmensi pariter damnatus. ^{bant.}

V. Secunda acies fuit *Patri-passianorum*: cuius duces fuere Præxæs, ^{11. Eorum} Tertulliano refutatus, Hermogenes, Noëtus, Sabellius, qui expunctis per- ^{qui perso-} sonis carumque discrimine, non aliam quam trinominem Trinitatem in- ^{narum di-} tellexere. ^{scrimen} ^{tollebant.}

VI. Tertiam duxit *Arius*, Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter, qui Trinitatem concessit, sed valde imparem, & Filio quidem minorem quandam deitatem, & aliam à Patre essentiam, Spiritui S. autem creaturæ nomen adscripsit; damnatus autem fuit in celebri concilio Nicæno, quod ecumenicum primum fuit. Atque post illud in diversum abiēre hære- ^{111. Ea-} ^{rum qui} ^{Filiæ divi-} ^{nitatem diminue-} ^{tici:}

runt, ut Arius ejusque affecte. tici : *quidam* enim cum Ario Filium Patri verbo quidem *hypostasem* re ipsa autem per omnia dissimilem , quippe creatum & ex non-entibus factum dixere, qui inde Exoucontiani, & à sectæ auctoribus Anomæi , Acaciani, Ursaciani , Eudoxiani . Aëtiani atque Eunomiani appellati fuere : atque cum his idem planè sensit *Erasmus Johannis* , qui cum Socino super hoc argumento biduum palam disputavit; idemque fere sentire videtur *Episcopus* , qui Christum , Filium Dei , ante nativitatem suam ex Mariâ extitile , & ante alia à Patre conditum docet, non tamen ejusdem cum Patre essentiæ , sed ipsum Patri subordinatum dicit : qui merus Arianismus est ; nisi ad Semiarianos eum potius referre velis. Nam alii inter ipsos Filium quidem Patri per omnia similem docuerunt , & æternum , atque ex substantiâ ejus genitum , non tamen consubstantiale , nam hanc vocem prorsus formidabant ; qui inde *Semi-Ariani* dicti , & formulam suam in concilio Constantinopolitano , Seleuciensi , Syrmensi (ubi cum Orthodoxis conspirabant contra Photinum , tum primum hæresin suam disseminantem) denique & Nicæno Thraciæ , similitudine nominis falentes , quasi Nicæna fidei adhaererent , procuderunt , & vocabulorum errore ac mendaciis incautos deceperunt; donec fraude compertâ omnes isti errores ab orthodoxis in crebris conventibus anathemate percussi , & ab Ecclesiâ exulare jussi sunt.

VII. Atque inter ipsos quoque Orthodoxos non-nulla tum dissensio fuit circa voces & modos loquendi. Cum enim Græci tres *hypostases* in divinis confiterentur, Latini nescio quomodo hoc refugiebant , venenum in istâ voce suspicantes , cum hypostasin pro essentiâ & substantiâ sumarent ; atque adeo, ne cum Arianis sentirent , non tres hypostases , sed potius tres personas dicebant : similiterque Græci , Sabellianorum metu , unam Trinitatis hypostasin fateri formidabant. Donec lis in Synodo Ale-xandrinâ , A.C. 362. composita est : à quo tempore Græci tres personas , & Latini tres hypostases eodem sensu nuncupabant : recentiores tamen Latini , ambiguitatis vitandæ causa , loco trium substantiarum tres subsistentias dixerunt ; que vox jam ab Ambrosio usurpata fuit.

IV. *Pneumatoma-chorom.*

VIII. Quartam aciem instruebant *Pneumatomachi* , auctore *Macedonio* , Episcopo Constantinopolitano A. C. 360. qui partem Arianæ impicitatis repudiabat , de Filio , partem autem amplectebatur , de Spiritu S. quem similiter creaturam esse afferebat.

Hos omnes
imitatus

I X. Atque omnes istos hæreticorum errores imitatus & supergræsus est deinceps *Muhammed* , celeberrimus impostor , A.C. 620. imperante Hera-





Heracio, qui pariter in essentiâ divinâ unam solum personam, & in Christi personâ unam tantum essentiam & naturam agnovit.

Muhamed.
& superio-
ris facili-
tate.

X. Præterito autem sæculo sepultas jam hæreses ex orco revocavit *Michael Servetus, Hispanus*, quem secuti *Valentinus Gentilis, Georgius Blanckius, Franciscus Davidis, Fanfus Socinus*, aliique ex isto grege, qui in negandâ divinitate Christi conspirantes, in cultu atque adoratione ejus non leviter dissenserunt: Spiritus vero non divinitatem solum, sed & personam abnegarunt; ac S. S. Trinitatis dogma tartareo ore afflare ac infandis blasphemias obruere pro ludo habent, quin & Satanæ atque Antichristi commentum vocant, atque à prodromis ejus Christiano populo obtrusum, Tertulliano præsertim, qui ex Montani spiritu & fanaticarum mulierum prophetiâ illud hauserit, atque Athanasio, qui ex odio in Arium novum dogma procuderit, quod Nicænæ synodo omnem suam auctoritatem debeat, ut Christus anno 327. demum Deus factus sit, & Sp. Sanctus A. C. 340. & plura alia calumniantur. Cum tamen veteris Ecclesiæ historia contrarium testetur, atque ante Nicænam synodum Arii dogma non communis Ecclesiæ fides fuerit, nec ab ejus doctoribus usquam trâdita, sed vero Ebionitarum similiumpque hæreticorum sententia, qui publicâ Ecclesiæ voce damnati in angulis atque circulis apud gregales suos hæc videlicet arcana edifferebant.

XI. Socinianos non longo intervallo sequuntur plurimi *Anabaptistæ*; sed *Vt & Anabaptistæ*. qui ipsi non satis inter se concordes longe imperitus hoc argumentum tractarunt: alii enim tres esse divinas essentias, quarum una tantum in cœlis existat, dum reliquæ in terris sunt; alii ejusdem essentiæ tria tantum diversa esse nomina dixerunt; quidam etiam naturam Dei non essentiam, sed sapientiam & bonitatem ejus esse afferuerunt; aliisque sententiarum non satis inter se cohærentium ambagibus atque prodigiis se se aliosque intricaverunt, atque ipsi, dum incultius in rebus adeo sublimibus & loqui & sentire amant, teterim arum interim hæresium spolium fuere.

XII. Quamvis autem varia adeo hæreses hujus conspiciatur facies, & non uno vultu se ostendat, revera tamen in eandem omnes impietatem conspirant; & Valentini Æones, Sabellii trinominis unitas, Arii creatura, per quam Deus omnia condiderit, Samosateni, Photini ac Socini homo deificatus, alternantia sunt unius veritatis adulteria: neque longe adeo discrepant Arius & Photinus, cum uterque Christum rem creatam esse contendat; qua & Socini sententia est: atque adeo omnis Arianus propolito est Photinianus; quamvis propter aperta nimis Scripturæ dicta non

ausit palam istud fateri , sed paulo aliter rem instituat : atque inde dogma ipsorum quoque plausibilius est, & plures semper fuere Ariani quam Photiniani.

Communis omnium causas.

XIII. Est autem unica atque eadem in omnibus erroris causa *Pelagianismus* : supposita enim arbitrii libertate , & salutis causa in hominem potissimum translatam , tollitur una potens Christi redemptio , & Spiritus Sanctus operatio , adeoque nec pro Deo illos habere opus est.

Et contra veritatem sophismata: ex Scripturis.

XIV. Operae pretium vero erit , prater ea quae suis locis contra singulas hujus veritatis partes ab adversariis objecta vidimus , argumenta quaedam ipsorum , quibus in hac causâ utuntur , paucis delibera : pugnant autem tum Scripturis , tum ratione.

Deut. 6:4.

XV. Ex Vet. T. objectant folleme illud Deut. 6: 4. *Audi Israël, Jehovah, Deus noster, Jehovah unus est:* quo quidem loco divinæ essentiae unitas & singularitas , explosâ gentilium Deorum turbâ , docetur , non autem ab ejus participatione persona *ipso se* excluduntur . (Vide Job. 9: 8. *Qui extendit cœlum solus , & calcat celsa maris.* Esaï. 44: 6. *Sic ait Jehovah, Rex Israëlis & vindex ejus Jehovah Deus exercituum : ego primus , & præter me non est Deus.*) Verum ex potius includuntur : agitur enim de Jehova ; cuius nominis mensura unicâ operatione ac beneficio , ac ne simplici quidem personâ expleri nequit : dicit enim cum qui sit quod est , non creando solum , sed & redimendo & regenerando , quique adeo & homo debuit fieri , ac universum salutis opus peragere . Atque ille Jehova , qui tam varie se ostendit & manifestat , tamen Jehova unus est : sic enim melius haec convenient , quam si de simplici personâ id intelligas , eique determinationem unitatis addas ; quod & inane & insulsum fore , & ferè ejusdem generis , ac si dicas , David rex noster David unus est . Credimus ergo Deum esse unum & simplicem ; sed etiam credimus , Deum posse fieri redemptorem & justitiam hominis peccatoris . *Vindicavit Iehovah Jacobum , & in Israële condecorabit se.* Esaï. 44: 23. Et sicut credimus non obstat divinæ unitati & simplicitati , quod habet Spiritum , qui mittitur à Deo , & habet voluntatem & potentiam & nomen idem cum Deo ; ita etiam credimus cum unitate ac simplicitate ejus non pugnare , quod habeat Filium , qui est gloria Patris , & unum cum Patre , & candem voluntatem , gratiam , dominium , potentiam & nomen habet ; cui dedit regnum , & cuius nos heredes ac peculium sumus , quique per Spiritum suum , quem mittit , nos sibi unit .

Ioh. 17:3.

XVI. Ex Nov. Test. potissimum urgent locum Joh. 17: 3. *Hac est vita*







vita æterna, ut te cognoscant illum solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Verum iis verbis à Deitate non excluditur Christus; neque enim dicitur *ινα γνωστωσι σε μόνος τὸν ἀληθινὸν θεόν*, sed *τὸν μόνον ἀληθινὸν* ut articulus *τῷ μόνῳ* præponatur, atque adeo illa restrictio non subiectum, sed prædicatum orationis determinet. Est enim Pater ille solus verus Deus (quanquam non solus, sed unà cum Filio & Sp. S.) exclusis falsis quibuscumque Diis ac idolis, non autem Filio suo: non enim magis sine Filio existere posset, quam sine sapientia ac imagine suâ. Imo manifestè hoc ipso loco Filius cum Patre in salutis nostræ negotio conjungitur, atque in utriusque cognitione vita æterna consistere dicitur; ut non minor honor Filio quam Patri tribuatur.

XVII. Addunt similiter alia loca, in quibus dicitur nobis esse *unus* 1. Cor. 8: 1. Cor. 8:
Deus Pater omnium, ex quo omnia; sicut & unus Dominus, per quem 4-6.
omnia; quique est Mediator omnium. 1. Cor. 8: 4-6. Eph. 4: 6. 1. Tim. Eph. 4: 6.
2: 5. Verum iis aliisque, quæ nonnunquam adducunt locis, vox Deus non sumitur communiter, sed stricte & specialiter pro illâ personâ Patris, qui ibi etiam peculiariter describitur. Unde tamen nullo modo sequitur vocem Deus latius non patere, nec alias personas similiter unum & summum illum Deum dici non posse; quanquam ipsis locis talibus epithetis signetur, ut de Patre solo intelligi possit. Veluti si poëta ponatur pro Homero, non inde tamen sequeretur solum Homerum poëtam dici posse. Contra autem iisdem locis Filius cum Patre conjungitur: & sicut Pater appellatur unus ille Deus, ex quo omnia, quæ prima personæ descriptio est; ita Filius pariter appellatur unus ille Dominus, per quem omnia, quod non minoris dignitatis est. Ita ut personæ hic peculiari suo charactere distinguantur, & uterque, & Deus, & Dominus noster, agnoscatur. In loco autem 1. Tim. 2: 5. *Unus enim est Deus, unus etiam Mediator Dei* 1. Tim. 2:
& hominum, homo Christus Jesus, specialius non de unitate Dei absolutâ & essentiæ, sed de unitate respectivâ & federali agitur. Deum nempe, sublato nunc omni discrimine, non alium gentibus quam Judæis esse, & eundem se omnibus ostendere, & totâ terrâ unum ejus nomen esse. Zach. 14: 9. unde hic locus manifestò desumitus est. Quin, si accuratius hunc locum examines, per *unum illum Deum* non Pater, sed ipse Christus intelligitur, qui solus est Rex ille super totam terram, cuius unius *nomen* nunc toto mundo celebratur, & in quo solo salus existit. *Et non est in illo alijs nomen: non enim est aliud nomen sub cœlo datum in hominibus, in quo nos oporteat salvari.* Act. 4: 12. quique est *unus ille Deus*, atque *unus ille*

Mediator Dei & hominum, homo nempe Jesus Christus. Atque ejusdem commatis errorem etiam in aliis locis committunt, ut in hisce: *Subintrarunt homines impii, qui solum herum Deum & Dominum nostrum Jesum Christum negant.* Jud. v. 4. *Solia posita sunt, & permanens diebus consedit, cuius vestitus erat instar nivis candidus &c.* Dan. 7: 9. *Regi autem saeculorum incorruptibili invisibili, soli sapienti Deo honor & gloria.* 1. Tim. 1. 17. in quibus similiter non de Patre, sed de Filio agitur.

Aliæ quas ex Scripturâ negetur difficultates.

XVIII. Potissimum autem errant adversarii, & rationis suæ intemperiem & abusum in perscrutando hoc mysterio produnt, quod Filii atque Spiritus S. proprietates personales, atque operationes perfectissimas, quæ dicitatem ipsorum validissimè adstruunt, quæque Deo prorsus sunt dignæ, atque non-Dœo convenire non possunt, veluti deitati ipsorum adversas identidem objiciunt. Ex. gr. quod Filius appelletur *Filius Dei, Imago Dei, primogenitus omnis creatura, Mediator, summus Sacerdos, aequalis Deo, sanctificatus a Patre, faciens ejus placitum, nihil faciens à se ipso, videns omnia quæ facit Pater,* quippe coru[m] intimè conscius, *atque ea omnia similiter, h. e. cadem voluntate & potentia faciens, non faciens voluntatem suam, non querens gloriam suam, non glorificans se ipsum, solus non existens, sciens unde veniat, & quo vadat, & similia:* similiterque quod Spiritus S. dicatur procedere, mitti, habitare in fidelibus, scrutari omnia, non à se ipso loqui, ex iis quæ Christi sunt accipere: quæ omnia supra creaturæ modum sunt, & Paracleti officium potentissimè exprimunt.

XIX. Pari modo fallunt, cum quæ de Christo alterius naturæ respesci dicuntur, simpliciter accipiunt, atque eo prætextu vel summas perfectiones de eo negant: ut *quod extremi judicii tempus ignoret, quod non sit credendum in eum, sed in Patrem, quod ipsis non sit dare sedere ad dextram Dei;* quod tamen petitorum istorum respectu solum dixit: vel rursus summas imperfectiones ipsi ut Deo adscribunt, ut *mori, resuscitari &c.* & quod attributa quædam mixta, quæ utriusque naturæ respectu ipsi convenient, quæque pro diverso sensu & divinas perfectiones & humanam imperfectionem dicunt, malignè nimis confundunt & pervertunt: ut ex. gr. *esse missum in mundum, accipere mandata, omnia à Deo ipsi data esse, ipsum resurrexisse, esse Dei, Deum esse ipsius caput,* & similia. Atque hisce observatis, difficultates, quas ex sacris litteris adversarii negetur, facile dissolvi possunt.

*Sophismæ-
raeorum
ex ratione.*

XX. Verum rationem potius jactant, atque in eo campo impotenter exultant. Sed dum profanè nimis cā abutuntur, & ad cœlestem hanc lucem illa





illa solâ duce accedere & infirmos oculos attollere non verentur, omnis eorum fulgor in sumum & meras tendras abiit, quibus tamen se involvunt, & stellis nebulam spargere candidis improbè audent. Et revera, ac si de nugis quibusdam scholasticis ageretur, identidem collectiones quasdam logicas, ac scholare murmur, & vix in pueris ferendas nærias accidunt, & non ferendo in rebus tam sacris ausu, syllogismis quibusdam Christi Dei solium tentare ac sceptrum ejus laceſſere non formidant: quælia sunt trita ista, *unum non posse esse tria: que convenient in uno tertio, ea & convenire inter se, similesque quædam ipsorum conclusiones, non satis ex arte factæ, & insana sophismata, tot ingeniorum labor, quas veluti ignis sui scintillas ac faculas jactant, quibus seſe ipſos infelicissimè amburunt, juxta illud Esai. 50: 11. Ecce omnes vos ardetis igne, accingitis vos scintillis; ite in luce ignis vestri, & in scintillis, quas accendiſtis. à manu mea exſtitit hoc vobis: in cruciatum decumbetis.*


XXI. Nos autem ad argutias eorum breviter respondemus, male inferri ex orthodoxa fide, *ſimil fore unum & tres Deos*: nam hoc quidem queretur, si tres personæ realiter inter ſe forent distinctæ, quarum unaquæque foret summus Deus; in divinis vero eadem numero in omnibus à nobis statuitur essentia. Neque etiam sequitur, *divinam effientiam fore simul unam rem & plures*, si res nempe accipiatur pro effientia, quæ hic unica est; si vero latius istud vocabulum sumas pro modo ac relatione ſubſtantiali, nulla contradic̄tio eſt, unam effientiam abſolutam habere tres modos ſubſtantiales. Pariter peccat illatio, *effientiam divinam fore plura numero, cum pluribus communicetur*; hoc enim ſolum locum habet in iis, quæ pluribus cum ſui diſiōne atque multiplicatione communicantur. Atque ejufdem ſophistices eſt, *quamlibet personam singularem fore trinam, cum qualibet persona sit Deus ille summus, qui trinus eſt*. Habet enim quidem unaquælibet persona totam effientiam divinam, non tamen eam habet omni & quovis ſubſtendi modo, ſed proprio tantum, & peculiari charactere ſignatam. Axioma denique, *que convenient in eodem tertio, ea & inter ſe convenient, limites ſuos habet, atque intelligentum eſt, eatenus illa tantum inter ſe convenient, quatenus in iſto tertio convenient: atque adeo ſi extrema cum illo tertio adæquatè & omni modo convenient, ſimiliter ea & inter ſe prorsus convenient; ſi vero aliquo ſolum modo cum illo tertio convenient, iſto etiam modo inter ſe convenient: quod hic fit, cum personæ in communī atque eadem numero effientiā convenient, ſingulæ autem inter ſe proprietatibus personalibus diverse ſint.*


XXII. Peccant etiam contra leges dialecticas *syllogismi* eorum *expositorum*, quos vocant, cum mediūs terminus ibi non sit incommunicabilis; nam essentia divina, licet naturā suā sit singularissima, in prædicatione tamen de personis ad modum universalis sese habet: atque adeo non sequitur: *Essentia divina est Pater*; *Essentia divina est Filius*; *ergo Filius est Pater*: aliud enim sonat essentia divina in majori, aliud in minori, atque adeo præter vitium ostensum etiam quatuor ibi termini reperiuntur. Quæ etiam fraus est hujus collectionis: *Pater est verus Deus*; *Filius non est Pater*; *ergo non est verus Deus*: præter vitium enim formæ syllogisticæ, *verus Deus* in majori sumitur restrictè, in conclusione vero latè & communius. Idem fucus est, cum inferunt: *Pater est verus Deus*, *Filius est verus Deus*, *Spiritus S. est verus Deus*. At *Pater*, *Filius* & *Sp. S. sunt tres*. Ergo *tres sunt veri dīi*. Peccat enim conclusio; nam inferendum forcit ex antecedenti, non, *tres sunt veri dīi*, sed, *tres sunt, qui sunt verus Deus*: & ita verissima est illatio: cum illi omnes ita sint verus Deus, ut tamen essentia divina non multiplicetur (veluti in humanis, ubi Jacobus, Petrus, Johannes, tres numero distinctos homines efficiunt,) sed eadem numero maneatur. Neque plus denique efficiunt, cum hoc enthymema torquent: *Persona est substantia individua intelligens*: Ergo, *ubi plures persone, ibi plures quoque substantiae sunt*. Etsi enim unaquæque persona sit substantia, non tamen quot personæ tot numero substantiae sunt; hoc enim, ut jam ostensum est, in divinis fallit.

XXIII. Atque hæc sunt illa videlicet arma & tormenta, quibus illi homines S. S. Trinitatem de throno deturbare connisi sunt; quod titanicō prorsus fastu in libri cuiusdam in Transylvaniā editi titulo præscripserunt: cum tamen tantum ludicra quædam tela jaētent, verborum nimirum laqueos & præstigias, & indignas viris argutias, quibus arcem ipsam divinitatis invadentes sacratissimæ huic veritati, quæ non nisi purgatis mentibus sese offert, tantum non stuprum inferre immaniter ausi sunt.

*Nec veritatis S. S.
Trinitatis obstat mysterii sublimitas.*

XXIV. Reliqua autem ipsorum argumenta sere desumpta sunt à rebus naturalibus & finitis, ad quarum naturam mysterium hoc exigere, atque consequentiis & absurdis gravare, ac contradictiones in eo ostendere nituntur; aut etiam à quibusdam nostrorum conceptibus parum accuratis, & modis loquendi, quibus vix ullus sensus aut notio subest, quæ fidei catholicæ imputari non debent. Agnoscendum enim est in hac re Christianæ fidei mysterium, in quo explicando ipsis Scripturæ verbis aut æquivalentibus contenti esse debemus, nec ullum iis conceptum, qui pariter re-
vela-





velatus non sit, superaddere, vel infinitis speculationibus & consequentiis nos dare ; sed omnis inventio humana procul ab eo mysterio arcenda est : cum absurdum sit, velle de re consequentias formare, quam ex parte & confusè tantum cognoscas. Certum enim est, nobis naturâ inditam non esse S. S. Trinitatis ideam , & novam planè naturam à Deo nobis manifestari, unius nempè & trium in unâ essentiâ, quæ cum iis quas cognoscimus nullam cognitionem habeat ; ita ut de eâ tales conceptus formandi non sint, quales de aliis naturis lumine naturali nobis notis formamus , neque ex isto capite mysterium hoc examinandum vel etiam negandum sit.


XXV. Neque etiam movere nos debet difficultas, quod intellectus ^{aut ejus} _{difficultas.} humanus divinam unitatem cum Trinitate conciliare nequeat ; atque adeo cum Dei unitas in Scripturis testatissima sit, illam potius sacrosancte tuendam , quam cum ejus labo ac periculo ex obscuris quibusdam S. litterarum sententiis Trinitatem inferendam. Nam & testimonia de S. S. Trinitate adeo clara ac frequentia sunt, ut ante ostendimus, ut nullo praetextu ea effugere liceat. Nec valida satis causa est, quod intellectus noster mysteria ista non capiat : quis enim infiniti entis naturam perscrutari valeat ? *Quis ascendit in cœlum & descendit ? quis collegit ventum in sinu suo ? quis constringit aquas in toga ? quis constituit fines terra ? quid nomen ejus, & quid nomen Filii ejus, ut id noris ? Prov. 30:4. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.* 1. Cor. 13: 9. quis non ad lucem istam cœcutiat ? quis vel opera ejus, quæ ipsi sentimus & quorum consciuntur sumus, comprehendit ? An non in solâ Dei in nobis operatione cum arbitrii libertate concilianda, ferè ad desperationem adigitur humana ratio ? & in quo Theologæ capite ea non laborat ? tum etiam Trinitas non solum conferenda est cum unitate Dei, cum qua tamen optimè consistit, sed & cum aliis ejus perfectionibus, cum æternâ ejus sapientiâ & potentia , & universo salutis nostræ negotio , quod sine trium personarum economiâ expediri nequit. Ut præteream, nos haud paulo rectius in divina essentia diversas personas concipere posse , quam illi Deum cum accidentibus vel veris, vel analogis, cum partibus quasi & adjunctis, & attributis inter se distinctis, imo adversis, nobis exhibent.


XXVI. Sed neque repugnat rationi unum diverso respectu posse esse trinum : quod vel unico exemplo extensis patet , in quo est longum , latum & profundum ; quæ inter se adeo unita sunt, ut trinum istud in uno, & unum in trino existere dici possit ; in longo nempè latum, in lato

longum, & in profundo utrumque : neque ibi unum est extra aliud, quamvis etiam unum non sit aliud. Et sicut longum, latum & profundum, sunt verè extensa, non tamen ideo tria extensa, sed unum ; & sicut essentia extensi tota est in longo, & non minus tota in lato & profundo : ita hæc imago & umbra quædam sunt ejus quod in divinis reperitur ; quâ eo magis uti liceat, quod Scriptura ipsa longitudinis, latitudinis & profunditatis vocibus & similitudine, ubi de spiritualibus Dei operationibus agit, utatur : *In charitate radicati & fundati, ut valeatis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudine & profunditas & altitudo : & cognoscere eam, quæ cognitionem excedit, charitatem Christi.* Eph. 3: 18, 19. *Numquid per vestigationem Dei assequeris? an usque ad finem omnipotens pertinges? altitudine cœli quid facies? profundius inferno quid nosces?* Longior terra est mensura ejus, & latior mari. Job. 11: 7, 8, 9. atque natura hæc inferior Dei ac essentiæ ejus aliquo modo speculum sit. Quod in mundo atque universo hoc, inque ejus indefinitâ longitudine, latitudine & profunditate (*Si mensurabuntur cœli supernè, & per vestigabuntur fundamenta terræ infra.* Jer. 31: 37.) clarissimum patet, utpote quod Dei opus est : indefinita enim & indeterminabilis ibi est longitudine & latitudine & profunditas ; atque eadem, si mundus infinitus poneretur, essent ibi infinita, nec tamen tria infinita & extensa, sed unum tantum, quod æqualis & indefinitæ, vel infinitæ etiam est longitudinis, latitudinis & profunditatis ; similiter ut in personis divinis, infinito Patre, Filio & Sp. S. non tria sunt infinita, sed unum solum ens infinitum.

XXVII. Atque etiam, si infinitus foret sol, & infinita nostra mens, concipi similiter illa non possent sine operationibus & productionibus suis infinitis, quarum tamen una produceretur interveniente altera. Et sunt hæc quidem, fatemur, non nisi attributa quædam, quæ proclive est plura in uno concipere ; non vero personæ subsistentes. Verum nulla ratio est, cur in divinis illud de personis intelligi non possit, cum Deo perfectissima quæque tribuenda sint, atque ubi in ipso ponuntur productiones, ut sapientiæ, imaginis, spiritus &c. eadem simul perfectissimæ intelligentiæ sunt : ut Sermo, Imago, Spiritus Dei, non minus æterna & substantialia sint quam ipse Deus ; unde ipsorum subsistentia in unitate Dei & personalitas ultro resultant. Præsertim cum non rectè supponeretur, personas perfectius quid esse quam sunt attributa : sed quod hisce convenire concipimus, id in illis quoque nullam repugnantiam dicere, inde aliquo modo colligere possumus.

XXVIII. Mul-





XXVIII. Multo minus *personarum* nomen quenquam abstergere debet: cum de Filio & Spiritu Dei similiter loquatur Scriptura ac de Patre, quam personam esse nemo negat, & eodem prorsus modo, sicut vulgo omnes de personis loqui solemus, quas ab aliis rebus & attributis & actionibus distinguimus.

XXIX. Atque hinc jam patet, quam verè Arianæ hæreses nos insimul ent quidam ex Pontificiis, incommoda quædam nostrorum dicta accusantes, & pessimos istos homines è nostro finu prodiisse criminantes: cum Gribaldus, Gentilis, Blandrata, aliquæ nebulones, non nostri fuerint; sed cum à Pontificiis ad nostros transiissent, & impietatem ex Scholastico- rum, quorum offa impuri hi canes perpetuo obrodebant, nec barbaras & insanias eorum locutiones & quæstiones concoquere satis poterant, lacunis haustam prodidissent, à nostris primum detecti, & tanquam sanctissimæ religionis purgamenta ab Ecclesiæ liminibus ejeciti, & nostrorum scriptis potentissimè expugnati sint: ut Socini stercora ac fôrdes, & impiaæ Racoviensium argutiae, quæ tanto prius cum plausu se efferebant, jam dudum scetere cœperint, neque ulla, nisi quib[us] mens lœva fuerit, placere jam amplius possint.

C A P U T X X X V I .

De Oeconomia trium Personarum, illarumque secundum eam attributis & operibus.

I.  Um Trinitatis mysterium saluti nostræ unicè inserviat, atque ea sine trium personarum Oeconomia & operationibus expediri ac procurari non potuerit, de eo etiam, ut *S.S. Personarum Oeconomia.* præcipuo mysterii hujus scopo ac fine, paucis videndum.

II. Est autem una personarum essentia, & dignitas, & operatio, ac si militer unus & indivisus totius Trinitatis cultus, sive nominetur Pater, *In quest unitas essentie & cultus.* sive Filius, sive Spir. S. sive Deus absolutè.

III. Ordinis tamen primatus quidam est: qui Patri tribuitur, *tum relate ad alias personas, atque operationes internas;* quo respectu ipse, omnis originis ac principii expers, fons Deitatis ab orthodoxis appellatur; *Distinctio autem ordinis.* atque antonomasticè Deus dicitur. *Denum nemo vidit unquam: unigenitus.*

tus Filius, qui est in gremio Patris, ille edifferuit. Joh. 1: 18. *Ita Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* c. 3: 16. *Filius autem ac Spiritus S. Filius & Spiritus Dei appellantur.* Nobis unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos ad ipsum; & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. 1. Cor. 8: 6. *Distinctiones donorum sunt, sed idem Spiritus.* & *distinctiones ministeriorum sunt, sed idem Dominus.* & *distinctiones operationum sunt, sed idem est Deus, qui operatur omnia in omnibus.* 1. Cor. 12: 4, 5, 6. *Unum corpus & unus Spiritus, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & Pater omnium, qui est super omnibus & per omnes & in omnibus vobis.* Eph. 4: 4, 5, 6. *tum ad externa opera & cultum:* unde etiam est, quod in precibus Deum Patrem plerunque salutamus, non solum essentialiter, sed & personaliter eo vocabulo sumto, & ad personam Patris appropriato, quod ipsi ut personæ primæ conveniat prima creationis & adoptionis auctoritas: sicut & in symbolo in ordine ad reliquas personas ipsi divina attributa, & proprietates, & opus omnipotentiae in creatione coeli & terræ attribuitur. Cum autem hæc ordinis solum distinctio sit, nullam personarum præ-eminentiam, aut primatum, vel majoritatem ullo modo infert.

I V. Consideranda vero earum est personarum divinarum in operibus, quæ omnibus ex aequo communia sunt, cum cooperatio, tum distinctus singularum cooperandi modus.

Vnde Personarum distinctio ad extra operam facienda operari. Et cooperatio quidem earum circa omnes operationes ad extra est. *Pater mens usque adhuc operatur, & ego operor.* Joh. 5: 17. *Non potest Filius facere a semet ipso quicquam, nisi quid viderit Patrem facientem.* quæ enim ille facit, hac & Filius similiter facit. v. 19. *Spiritus vos ducet in omnem illam veritatem* (non enim loquetur à semet ipso, sed quæcumque audierit, loquetur) & ventura annunciat vobis. ille me glorificabit, qui ex me accipiet, & renunciabit vobis. c. 16: 13, 14. estque ea individualia & individua, unde unaqueque persona totius operis immediata & perfecta causa est, cum unica & eadem totius Trinitatis potentia & operatio sit. Quin & in ipsis Christi operibus theandricis divina operatio totius trinitatis operatio fuit, & Patri aequa & Sp. S. ac Filio attribuitur. Joh. 5: 19. *Non credis, quod ego sum in Patre, & Pater in me sit?* verba, quia ego loquor vobis, à me ipso non loquor. Pater vero, qui in me manet, ipse facit opera. c. 14: 10. *Si in Spiritu Dei ejicio demonia, utique pervenit ad vos regnum Dei.* Matth. 12: 28. ut male heretici quidam singulis personis seorsim proprias suas operationes adscriferint: illa autem quo-
rum-









rundam distinctio, qua Pater ad extra operari dicitur mediately per Filium & Sp. S. Filius mediately per Sp. S. & Spiritus S. immediately per se, de modo agendi tantum intelligenda est: ceteroquin si de essentiali operandi virtute intelligeretur, proba non esset; illa enim cum una, & simplex, & immediata semper sit, pro diversis personis simul mediately & immediately agere non potest.

VII. Neque obstat, quod externa quedam opera quibusdam personis *etiam in operibus personarum actionis.* peculiariter approprientur, vel earundem in visibilibus quibusdam signis peculiaris apparitio, vel etiam ad nos adventus & in carne manifestatio memoretur. Opus enim nihilominus, per quod ex. gr. illa persona venit vel manifestatur, est semper totius Trinitatis, quæ in eo inseparabiliter praesens est, quanquam hæc vel illa persona peculiarem in eo modum habeat, nec universa Trinitas eo modo in carne visa sit, ut ex. gr. Filius.

VIII. Est enim in illa cooperatione *modus cooperandi* in personis paululum diversus, sive potius distinctus; idque juxta diversum modum subsistendi, qui singulis proprius est, quem proximè consequitur modus agendi.

VIII. Atque adeo distinctus est in singulis cooperandi modis. 1. propter *agendi ordinem*: cuius respectu prioritas Patri tribuitur, quemadmodum & in subsistendo, ut Pater agat à se, per Filium & Sp. S.; sicut Filius operandi modus est à Patre, per Sp. S.; Spiritus autem operandi modus à Patre & Filio per se. Atque hinc Patri rerum adscribitur inchoatio, perandit Filio continuatio, Sp. S. consummatio & perfectio, h.e. creatio, redemptio, medo. & regeneratio. Sic Pater dicitur *Dominus cœli & terra*. Matth. 11:25. & Christus qui descendit & ascendit, alios quidem dedit *Apostolos*, alios *Evangeliſtas*, alios vero *Pastores & Doctores*. Eph. 4: 11. & Salvavit nos Deus per lavacrum regenerationis, & renovationem *Spiritus Sancti*. Tit. 3: 5. *Distinctiones donorum sunt*, sed idem *Spiritus*. 1. Cor. 12: 4. nempe propter similitudinem quandam interni istius operandi modi, atque singularum personarum in humanae salutis dispensatione peculiarem respectum & ordinem. 2. propter *terminum actionis*, & certæ personæ, cuius operatio in aliquo opere potissimum elucet, peculiarem ad illud habitudinem: sicut eo pacto incarnationis ad Filium refertur; licet enim illud opus effectivè totius sit Trinitatis, terminativè tamen Filii duntaxat est. 3. quibus quidam addunt, ob proximum *immediatumque agendi principium*: quo pacto sanctificatio ad Sp. S. refertur.

IX. Neque hæc imperfectionem in divinis dicunt, cum contra per-

fectissima Trinitatis ratio hoc postulet, ut Pater omnia per Filium, neque si-
ne eo quicquam agat, & interveniente denique Spiritu suo omnia potentissimè perficiat. Atque hoc ordine ista sese habent, ut propter æqualem
personarum cooperationem earum tamen nulla sequatur confusio; sicut
etiam ex diverso earum cooperandi ordine nulla earum sequitur sepa-
ratio.

*Sicut &
singulis
peculiares
tribuuntur
actiones.*


*Ut Patri
Creatio.*

X. Atque ut jam singularum personarum actiones, quæ peculiariter
ipsis tribuuntur, lustremus: *Patri*, ut primæ personæ, primum tribuitur
opus, nempe *Creationis*, quâ in Filio, ut Verbo suo, vocavit omnia. *Creditit Abraham Deo, qui vivificat mortuos, & vocat, quæ non sunt, tanquam sint.*
Rom. 4: 17. Omnia per ipsum facta sunt; & sine ipso factum est nec unum, quod factum est. Joh. 1: 3. *Omnia per ipsum & ad ipsum condita sunt.* Col. 1: 16. Ac deinde etiam universi operis *redemptionis* initium &
gubernatio: idque tum propter æternum ipsius decretum & testamen-
tum, quod respectu Filii & electorum fecit. *Ego Testamento vobis do, quemadmodum Pater mihi testamento dedit regnum.* Luc. 22: 29. *Quia in re abundantius volens Deus demonstrare hæreditibus promissionis immu-
tabilitatem consilii sui, intercessit jurejurando.* Hebr. 6: 17. tum quatenus
in tempore peculiariter omne hoc negotium dispensavit, & Filium in
mundum misit. *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut ju-
dicaret mundum, sed ut salvaretur mundus per ipsum.* Joh. 3: 17. ap-
tato ipsi corpore. *Intrans in mundum dicit. Sacrificium & oblationem
non voluisti; corpus autem aptasti mihi.* Hebr. 10: 5. in mortem tra-
didit. *Ita enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret,*
ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Joh. 3: 16.
mundumque sibi in Christo reconciliavit. *Enim eum qui non novit pecca-
tum, pro nobis peccatum fecit; ut nos fieremus justitia Dei in ipso.* 2. Cor.
5: 19, 21. quippe qui in salutis nostræ œconomia personam judicis pro-
priè expresserit, qui peccatum damnare ejusque accusationem tollere so-
lus poterat; unde etiam justificatio illi magis tribuitur, cum Filio & Spir-
S. intercessio potissimum conveniat.

*Filio Re-
demto.*

XI. *Filio* in œconomia operum speciatim attribuitur operis *redemptionis*
peractio; utpote qui solus Mediatorem, Sponsorem & Sacerdotem egerit,
& in carne venerit, ac sacrificio pro humano genere peracto in cœlos rur-
sus redierit, & hæreditatem postulaverit, & potestatem omnem in cœlo
& terrâ acceperit, atque mundi etiam *judex constitutus sit, & Ecclesia*
sua in æternum rex futurus sit: unde quæcuñque in Scriptura de Jehova

Deo



Deo & Sancto Israëlis , Aſſertore ac Vindice populi ſui , Salvatore ac Juſtitia ejus , & unicā ſalutis Rupe, in quo tuto gloriari liceat , Angelo teſtamenti vel Fœderis &c. dicuntur , de Filio ſpeciatim intelligenda ſunt..

XII. Qui peculiariter quoque vocatur in Scriptura, cum Chaldæo interprete, *Verbum* ſeu Λόγος. Non tam , quia respectu originis procedit à Patre, tanquam mentis & intellectus ejus imago ; ſicut verbum internum imago quædam & ſeetus noſtræ mentis eſt : quam potius i. quia Deus in eo locutus eſt, & conſilia ſua formavit ab æterno ; atque per eum æterno iuſſu & nutu quaſi omnia condidit. quo ſenſu Parcoemiaſtes illum *Sapientiam* Patris vocavit. Prov. 8: 12. 2. rurſus quia omnia, quæ unquam ad gloriam ſuam & ſpem noſtram promiſit & dixit , ea in ipſo , & de ipſo , & per ipſum , dicta ſunt. Hebr. 10: 7. Psal. 40: 8. Unde ille loquens dicitur. Eſai. 52: 6. 3. tandem quia ſicut verbum & ſermo mentis eſt interpres, ille etiam Deum & divina nobis, cum dictis, tum factis & operibus ſuis ediſſeruit, atque omnia in ecclesiâ ſuâ locutus eſt.

XIII. Similiter *Spirituſ S.* quo ad ordinem agendi tribuitur rerum conſummatio ; cum in creatione : ubi *Spiritus Dei* ferelatur ſuper aquis. Gen. 1:2. nempe in mundi exordio indigetæ huic moli veluti incubabat, potentissimum atque vivifico fotu rerum omnium ſemina in iſtum, qui poſtea fecutus eſt, ordinem ac ornatum diſponens atque animans ; tum in redēntione (idem enim qui rerum conditor eſt, noster quoque Paracletus & intercessor eſt. Similiter verò & *Spiritus opitulatur* infirmitatibus noſtris ; & interpellat pro nobis, gemitibus, qui ſermone non explicantur. ille verò, qui ſcrutatur corda, novit ſtudium Spiritus : quia ſecundum Deum interpellat pro ſanctis. Rom. 8: 26, 27.) atque creatione ſecundâ, & hominum ac totius mundi innovatione. Et dabo vobis cor novum, & Spiritum novum dabo in medio veftri : & auferam cor illud lapideum ex carne veftra, & dabo vobis cor carneum. Ezech. 36: 26. - Nisi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt intrare in regnum Dei. quod ex carne natum eſt, caro eſt ; & quod ex ſpiritu natum eſt Spiritus eſt. Joh. 3: 5, 6. Ita ut quicquid uſpiam pii ac sancti eſt, atque omnia quæ in Ecclesiâ ac regno Christi geruntur, huic Spiritui accepta ferenda ſint. Quin omnia, quæ in creaturis egregia ſunt, cunctæque ipsorum dotes, ingenium, ſapiencia &c. illa omnia operatur idem Spiritus. Et tu dices omnibus ſapienibus corde, quos implevi ſpiritu ſapiencia, ut faciant veftes Aharoni &c. Exod. 28: 3. Et implevi eum ſpiritu Dei, in ſapiencia & in prudentia, & in omni opere, ſive re faciunda. cap. 31: 3.

XIV. Et sicut à Patre & Filio operatur , atque fidelibus eorum voluntatis & amoris veluti arrhabo ac sponsor atque obses est, ita in istâ economiâ mitti dicitur à Patre & Filio. *Dominus misit me & Spiritum suum.* Esai. 48: 16. *Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobis in seculum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere.* Joh. 14: 16, 17. à Patre quidem, ut Deitatis prima persona est; à Filio vero , non solum ut Deus , verum etiam ut Mediator est , h. e. ut Deus-homo, qui hoc suo merito impetravit.

XV. Speciatim autem mittitur in Nov. Test. quando missus est ut Spiritus adoptionis filiorum. *Subiectus fuit legi Filius Dei, ut eos qui sub lege erant, emtos liberaret : ut adoptionem filiorum acciperemus.* quia vero estis Filii, emisit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra , qui clamat, *Abba, Pater.* Gal. 4: 5, 6. ad lætitiam & gloriationem in animis fidelium creandam , qualis nempe beatissimo isti tempori, procuratâ jam salute & expuncto mundi reatu, conveniebat , talemque affectum & fiduciam in iis generandam , qualis filiis jam consummatis & in paternâ domo summâ cum libertate versantibus competebat. Unde nobis non amplius ut Spiritus servitutis , qualem in Vet. Fœderis Patribus se exhibuit, sed ut Spiritus filiationis datus dicitur. *Non accepistis Spiritum servitutis rursus ad metum; sed accepistis Spiritum adoptionis; in quo clamamus, Abba, Pater.* Rom. 8: 15. Atque hoc respectu antea ne quidem fuisse dicitur. *Hoc dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Nondum enim erat Spiritus Sanctus ; quia Jesus nondum erat glorificatus. Joh. 7: 39. cum isto nempe modo in fidelibus in hac terrâ vulgo non operaretur; sed in N. T. effundendus demum erat. *Et Spiritum meum dabo in medio vestri, & faciam, ut in statutis meis ambuletis, & iudicia mea observetis & faciatis.* Ezech. 36: 27. *Et dabo Spiritum meum in vobis, & vivetis, & constituam vos in terra vestra. & cognoscetis, quod ego locutus sum, & fecerim: ait Jehovah.* c. 37: 14. *Ego vobis sum, ait Jehovah, cum Verbo, quod promisi vobis, cum exiretis ex Ægypto; & Spiritus meus stat in medio vestri.* Hagg. 2: 4. 5. 6 nempe paratus se effundere in omnem carnem. quod impletum est Act. cap. 2. atque illustriori modo tum, cum etiam in gentes effusus est. *Comederunt, scilicet gentes (& adorarunt) omnia opima terre.* coram ipso curvantur omnes descendentes pulverem; & est, qui animam suam non vivificavit. Psal. 22: 30. *Et cura adhuc loqueretur Petrus verba haec, illapsus est Spiritus Sanctus in omnes qui audiebant hunc sermonem.* Actor. 10: 44. qua effusione Christus unctus, & publicat



Christus ac Dominus de cœlo monstratus ac veluti inaugurus est. *Dextra igitur Dei exaltatus, cum promissionem Spiritus Sancti accepisset a Patre, effudit hoc quod nunc videtis & auditis. Certo igitur sciat tota domus Israël, quod Dominum & Christum eum Deus fecerit.* Act. 2: 33, 36. Ut in Oeconomia N. T. illud latius exhibetur. *Unxit eum Deus Spiritu & potentia.* Act. 10: 38.

XVI. Est ergo ille perpetuus Ecclesiæ custos & rector, ac veluti Spiritus ejus, quo animante ea vivit, atque sancta ac egregia omnia perficit, & sanctissimis institutis impio huic orbi, in quo peregrina degit, veluti accessa de cœlo face, prælucet: estque individuus ejus in terris hisce comes ac dux, & Paracletus ac advocatus, cum apud Deum, religiosos motus atque affectus in fidelibus ciendo, & tenerum balbumque ipsorum os figurando, præcesque ipsis veluti præformando. Rom. 8: 26, 27. tum Dei apud homines. Joh. 14. & 15. & 16. quibus divini amoris sigillum ac pignus est. *Ne contristate Spiritum Sanctum Dei, quo obsignati esis ad diem redemptionis.* Eph. 4: 30. *Qui & obsignavit nos, & dedit arrabonem Spiritus in cordibus nostris.* 2. Cor. 1: 22. Ut id faciat Spiritus apud nos, quod Filius apud Deum: sicut enim ille pro nobis intercedit apud Patrem, nobisque ipsius animum & amorem conciliat; ita reconciliacionem & pacem jam factam nobis applicat & suavissime insinuat Spiritus.

XVII. Quem Spiritum fideles nonnunquam *contristant*. Eph. 4: 30. dum parum reverenter eum habent, ut non possit solitas delicias ipsis facere, atque eos solari & Spiritum lætum atque bonum se se præbere. *Spiritus tuus bonus ducet me in terram planam.* Psal. 143: 10. Infideles autem dolore afficiunt, ipsique resistunt. *Vos semper Spiritui Sancto resistitis, ut patres vestri, ita & vos.* Act. 7: 51. Et ipsi inobedientes extiterunt, & dolore affecerunt Spiritum Sanctum ipsius, & versus est ipsis in inimicum. Esai. 63: 10. Apostatae verò blasphemant & singulari modo in eum peccant. *Quanto, putatis, deterius supplicium mereri judicabitur, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo Sanctificatus est, & Spiritum gratiae contumelia affecerit?* Hebr. 10: 29. *Quisquis fuerit loquutus adversus Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Matth. 12: 32. Sicut contra nostri officii est, eum glorificare, colere, ipsique collætari, ipsum in omnibus ducem sequi, & nos ipsos in templum ipsi consecrare, ut ita communione suavitatis plenissimam, sublato omni reatu & effectibus ejus, cum Patre & Filio & Spir. S. habeamus; quæ fidelium in hac vita consummatio


est: quem in finem mysterium Trinitatis & admiranda illa personarum Oeconomia nobis revelata sunt.

*Vi misteriorum S.S.
Trinitatis ad primum
maxime faciat.*

XVIII. Ut mysterium hoc usus suos practicos præcipue etiam habeat: cum Patrem ut Creatorem, Filium ut Redemptorem, Spiritum S. ut Paracletum, atque amoris divini arrhabonem & pignus, dulcissimo affectu suspicimus ac colimus, & in perfectissimâ Trinitate acquiescimus: in qua fides nostra tantum non gloriatur, de diuinâ gratiâ ac benevolentia deque aeternâ salute unice secura. Longe aliter ac miseri gentiles, qui in tam immensâ Deorum turbâ de eorum amore ac erga se studio & affectu semper incerti degebant, nullum habentes Deum foederatum, & cui tanquam filii creatori animas suas credere poterant, nullam cum eo exercentes communionem, quæ creaturæ intelligentis unicæ deliciæ sunt; unde perpetui terrores, & nunquam securus ac gaudens animus, sed semper pavitans ac trepidus, & de summa rei ac aeterno statu suo desperabundus. *Recordamini quod fueritis in tempore illo sine Christo, ab alienati a republica Israëlis, & hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, & sine Deo in mundo.* Eph. 2: 12.

*Quare meus
adversarii
everint.*

XIX. Unde & Sociniani, mysterium hoc & personarum divinarum operationem negantes, Christianorum spem ac fidem non parum concutiunt; quin omnem ipsorum consolationem tollunt, cum Christum solo exemplo Salvatorem faciunt, qui nobis viam salutis monstraverit, non vero ipse nostra salus existat; & Spiritum S. pium animi motum & affectum, interpretantur, cui tamen resistere possumus, atque eum extinguere, adeoque una cum hoc spiritu perire; & similiter Patrem, cum nec ab aeterno homines amaverit, aut de aeterno eorum statu infallibilitè decreverit, nec in tempore aliter quam per Filium ac per Sp. hunc, eo quo vidimus eos velle modo, operetur, nec in aeternum & ad finem denique eos amet, non satis idoneum ac præsentem salutis auctorem faciunt, sed imbecillem prorsus, & consilii atque electionis suæ semper dubium ac incertum, & Deum aliquem instar Jovis Homerici, ipsos deorum filios ad Trojam laborantes liberare plerunque imparis & invalidi, adversantibus videlicet fatis; & tandem hominem ipsum præcipuum salutis suæ architectum ac fabrum consti-tuunt. Ita luxato hoc capite omnem religionem veluti emasculant, & ipsum salutis nostræ opus prorsus evertunt: cum hoc mysterium ritè agnitus, ut Ecclesiaz Catholicae est vexillum & Orthodoxorum *τεμπλον*, ita spei nostræ rupes ac firmamentum sit immobile, sine cuius fide nemo servari potest.





LOCUS QUARTUS

De Consilio & Prædestinatione divinis.

C A P U T X X X V I I .

De Consilio & Decreto Dei in genere.

I. **P**ost naturam Dei sequuntur consideranda ejus *opera*: quæ *Operum*
vel *personalia* sunt, vel *essentialia*: atque hæc rursus du-
plicis generis; *immanentia*, seu *interna*, & *transcendentia*, sive
externa. Priora nomine consilii & decreti Dei de creatu-
ris veniunt; posteriora sunt Dei in creaturis vel circa illas operationes, &
proprie dicta ejus opera: illa æterna sunt, hæc fiunt in tempore. De illis
ergo prius nunc agendum.

II. Tribuitur Dco *consilium*. *Qui definiti sumus secundum proposi-* CONSI-
tum ejus, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis sua. Eph. 1: LIUM
11. *Dicere, Consilium meum stabit, & omne meum beneplacitum faciam.* Dei.
vocans ab oriente volucrem, à terra longinqua virum consilii mei. Simul
loquitus sum, simul adducam illud; formavi, simul faciam illud. Esai. 46:
10, 11. *Hunc definito illo consilio & præcognitione Dei deditum quum acci-*
pissetis, manibus sceleratis cruci affixum interemistis. Act. 2: 23. dicitur
que Dei manus & consilium determinare, quid fieri habeat. ibid. c. 4: 28.
Quia in re abundantius volens Deus demonstrare heredibus promissionis im-
mutabilitatem consilii sui, intercessit jurejurando. Hebr. 6: 17. nimirum
non ratione inquisitionis vel deliberationis; sed respectu judicij, quo
omnia consultò facit, & sapienter ac decorè ordinavit. Quo sensu Deo
מְלִיט molitus & machinatio adscribitur (ut cum *Jehovah* dicitur *habuisse*
sapientiam *initium vie sue* רְאֵת מִזְרָחָה ante molitiones suas. Prov. 8:22.)
in ordine ad opus externum, quod נֶשֶׁב in Scripturis appellatur. Et
מְלִיט machinationem *Jehova* non intuentur, כַּי־נֶשֶׁב opus manuum ejus
non vident. Esai. 5: 12.

III. Vulgo *decretum* Dei appellatur: quæ vox à Vulgato interprete *Quod De-*
interdum pro divino præcepto, 1. Reg. 8: 61. interdum pro ritibus Mo-
saicis, Eph. 2: 15. usurpatur; hic autem definitam Dei sententiam notat

de rebus omnibus pulcherrimo ordine efficiendis & ad finem suum deducendis.

*In quo
confi-
randa.*

*1. Divina
mentis
conceptus,
qui idea
dicitur.*

*& à Scho-
lasticis
statuitur
ipsa Dei
essentia.*

*Quæ ab
essentia
Dei non
differt.*

*Vnde idea
unica tan-
tum est.*

Et quidem

IV. Cum vero decretum in suo conceptu tria involvat: 1. conceptum rei in mente. 2. voluntatis complacentiam. 3. finem ac scopum propositum: tria hæc in divino decreto quoque consideranda sunt.

V. *Conceptus mentis divina*, qui in decretis ejus intelligitur, nomine *idea* venire solet: sicut in artifice extra se agente ex consilio idea præ-existere solet, juxta quam agit; ita in Deo omnium rerum efficiendarum exemplaris est causa, voce illa desumptâ ex loco Exod. 25:40. *Et vide & fac בְּנֵנִיתָם in forma illorum, quæ tibi demonstratur in monte.* conf. Hebr. 8:5. *Oraculo monitus est Moses, quum crederetur effet Tabernaculum, vide, inquit, facio omnia tuæ & tuorū secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte.*

VI. Scholasticis idea omnium rerum statuitur ipsa essentia Dei, prout à Deo intelligitur ut imitabilis à creaturis: quod eatenus verum est, quatenus essentia divina continet omnes perfectiones, ut inde Deus omnium creaturarum ideas formandi potestatem habeat; ita ut essentia Dei omnium rerum idea sit, non ut cognita, quod Scholastici videntur velle; unde & fabulosum Trinitatis speculum excuderunt, in quo ipsi in cœlo beatissimi Deo placet, rerum omnium imagines & eventum contemplentur; sed potius ut cognoscens, sive potius ut volens; quæ Dei de omnibus rebus possibilibus cognitio, vel volitio, perfectissimum rerum exemplar est.

VII. Non ergo idea hæc, vel ideæ in Deo, ab essentia ejus revera, vel instar modorum aliquorum distinctæ sunt, quemadmodum eæ, quas homo, dum artificiè aliquid molitur, in mente sibi præformat; sed sunt ipsa Dei essentia, ratione tantum ab illa distinctæ. Neque eadem aliunde ipsi adveniunt, vel à rebus desumuntur, ut in hominibus fieri solet; sed res potius ipsæ ad eas efformantur & exprimuntur, atque summi istius exemplaris imago & similitudo sunt. Omnia enim prius sunt in mente divina, quam in semet ipsis. Quo solo errores omnes de merito, fide prævisa &c. collabuntur.

VIII. Unde etiam est unica tantum rerum omnium idea; quæ tamen propter varios ad res ideatas respectus varia & multiplex concipitur: atque isto sensu verum est, ideam unius rei non esse ideam alterius; easdemque inter se esse connexas, ac ordinem prioris atque posterioris ad se mutuo habere.

IX. Et quidem tantum omnium in creaturis perfectionum in Deo dantur

dantur idæcæ : non vero imperfectionum, quæ talium ; quæ ex oppositis ^{folarum} .
perfectionibus à Deo cognoscuntur. ^{perfectio-}
^{nus.}

X. *Voluntatis* autem actum , seu complacentiam in Deo quod attinet, illa similiter non instar accidentis alicujus, sed perfectissimo modo in eo concipi , nec ab essentia ejus divelli debet. Sunt enim ibi hæc tria distingua: 1. actus voluntatis divinæ, quæ est ipsa Dei essentia, per modum actus vitalis, quæ est intellectio & volitio, considerata, quæque ab eâ ne quicquam differt ; cum Deus in sua ipsius essentia omnia & velit & videat. 2. tendentia & relatio ejus ad extra, sine ulla tamen Dei mutatione, ^{in qua tria} ^{distin-}
^{guenda.} vel essentiæ ejus perfectione : illa enim nihil nisi externum respectum & relationem ad creaturam, sine ulla internâ vel additione vel alteratione, Deo superaddit. 3. ipsum objectum & res decreta. Priori modo decretum Dei est necessarium, & æternum, & unicum ; aliter ac in homine, ubi non solum mutabilis est actus secundus, seu tendentia voluntatis ad res objectas, verum etiam ipse actus primus, quatenus in homine est : si vero tendentiam ad objecta respicias, idem decretum Dei, nostro considerandi modo, est liberum & multiplex: ferè instar circuli, cuius centrum unicum est, linea autem inde educere variæ & sibi mutuo nonnunquam contraria.

XI. Cumque voluntas Dei prima omniam rerum causa sit, hinc sequitur, causam quidem dari posse effectuum divinæ voluntatis, non vero ipsius voluntatis Dei, sive illa sumatur secundum entitatem suam incretam, sive secundum terminationem ad effectus inde profluentes : atque hinc Deus quidem voluit omnia ex causis & propter causas existere, sed ipsum velle Dei non existit ex causis præter ipsum, nec aliunde moreri vel regi potest, cum in Deo dependentia à causis locum non habeat : unde figura voluntatis Dei antecedentis & consequentis, & quæcunque in creaturis prævisa, quæ ipsius voluntatem impellant vel moveant, cadunt.

XII. *Finis & scopus* Deo propositus, quatenus ille ipsi tribui potest, est 3. *Finis.*
ipsius gloria. *Omnes tractat* *Jehovah* יְהוָה ad responsum suum , cum omnibus agit convenienter, vel ut sibi respondeat omnium exitus, & laudem ejus publicet, etiam improbum tractat, parat, format ad diem mali. ita illum regit, ut per convenientissimas rationes & occasionses tandem incurrat in suum exitium , q. κατηρπομένος & omnibus modis aptus. Prov. 16: 4. *Definivit nos ad adoptionem filiorum*, ad laudem glorie gratie sue. Eph. 1: 6.

*Confiliū
divini
PROPRI-
ETATES.
Eternitas*

XIII. Consilii divini proprietates sunt. 1. *Eternitas. Sicut elegit nos
in ipso ante fundationem mundi. Eph. 1:4. Nota & scita, sive judicata à
seculo sunt Deo omnia opera ipsius. Act. 15:18. Salvos nos fecit secundum
proprium propositum, & gratiam, qua data est nobis in Christo Iesu
et xρων αιώνων ante tempora secularia. 2. Tim. 1:9. Sed loquimur
sapientiam Dei in mysterio, quæ recondita fuerat, quam prædefinierat Deus
ante secula ad gloriam nostram. 1. Cor. 2:7. Consilium enim Dei non
differt ab essentia, intellectu, voluntate & sapientia ejus, quæ ab eterno
fuerunt. Quod notandum contra Vorstium & Socinum, qui Deo decreta
horaria tribuunt, quas ex rerum humanarum occasione vel sumat, vel mu-
tet, ad omnes rerum motus veluti intentus, eosque de cœlo continuo ob-
servans: contra est Num. 23:19. *Deus fortis non est homo, qui mentiatur, ne-
que Filius hominis, ut pœnitiat eum; num quid ipse dixerit, & non faceret?* similiter *Perpetuitas Israëlis* (h. c. is, in quo vitam eternam Israël habet)
non mentitur, & non pœnitit eum: non enim homo est, ut pœnitiat cum.
1. Sam. 15:29. *Non cogitationes meæ sunt cogitationes vestræ, & non via
vestræ sunt via meæ, ait Jehovah.* Esaï. 55:8. Quod autem de cœlo res
hominum videre & inspectare in S. litteris dicitur, non ad formanda de-
mum vel mutanda pro occasionibus consilia facit; sed id jugem Dei provi-
dentiam dicit, & continuam mediorum administrationem, per quæ res jam
decretæ ad præstitutos fines promoveantur.*


Sapientia.

XIV. 2. *Sapientia;* cuius tamen ratio nobis est impervestigabilis. *O
altitudo divitiarum & sapientie & cognitionis Dei! quam imperscrutabi-
lia judicia ejus & impervestigabiles vie ejus! quis enim cognovit mentem
Dominii? aut quis consiliarius ejus extitit?* Rom. 11:33, 34.

Libertas.

XV. 3. *Libertas summa & independens.* *An non habet potesta-
tem figulus lutii, ex eadem massa ut faciat aliud quidem ad honorem
vas, aliud verò ad ignominiam?* Rom. 9:21. *An, ut figulus hic, non
potero facere vobis, dominus Israël?* ait Jehovah. Ecce, ut lutum est in ma-
nu figuli, sic vos in manu mea, dominus Israël. Jer. 18:6. *Etiam Pater, quia ita
placuit tibi.* Matth. 11:26. Quæ libertas tamen non ipsum decreti divi-
ni actum respicit, quasi is indifferens fuisse, ac potuisse non esse; Deus
enim sine ullo actu esse non poterat, non magis quam sine voluntate; at-
que necessarium erat ut aliquid decerneret, saltem hoc, se non velle
creaturam producere: verum qua in re illa libertas Dei posita sit, vid.
Cap. xxii. §. vi.

Amplitudo. XVI. 4. *Amplitudo.* Unde omnia ambitu suo complectitur, atque
ipsa



ipsa adeo peccata, quæ Deus saltem permittere decrevit; nam quamvis illud quod permittur malum sit, permisso tamen & gubernatio ejus bonum quid est. Neque etiam quidquam, vel minimum, existere vel fieri potest, quod non à Deo dependeat, atque ejus nutum observare non debet; alioquin enim illud ipsum notionem Dei ad se traheret, atque ita vel duo, vel plura principia introducerentur.

XVII. 5. *Immutabilitas.* *Consilium meum stabit, & omne meum beneplacitum faciam.* Esa. 46: 10. *Ut facerent quicunque manus tua & consilium tuum prædefinivit ut fierent.* Act. 4: 28. *Consilium Domini, hoc stabit.* Prov. 19: 21. unde decretum Dei summè efficax est. *Deus noster est in cælo.* *Omnia, que voluit, fecit.* Psal. 115: 3. *Omnia, que vult, Dominus facit in cælo, & in terra, & omnibus abyssis.* Psal. 135: 6. *Fu-ravit Jehovah Deus exercituum,* dicendo: *Si non, quemadmodum cogi-tavi, vel de'ineavi, ita exstiterit, & quemadmodum consului, illud ipsum sta-bit vel stat.* Esa. 14: 24. Quæ tamen vis ac efficacia nullam rebus futuris imponit necessitatem, sed eventus tantum certitudinem infert. Imo tan-tum abest, quod voluntas Dei res omnes durâ ac fatali necessitate constrictat, quod ea potius omnis libertatis & contingentie, quæcunque in re-bus est, unica causa sit: nam nisi Deus atque supremum aliquod nu-men forct, & nisi ipse foret agens summum ac liberimum, ne umbra quidem libertatis in creaturis foret, sed omnia cœcâ necessitate ferrentur, & nulla causa liberè ageret.

XVIII. *Objectum* decreti Dei, si in genere consideretur, tanquam de- O B J E -
creto Dei præ-existentis, est purum nihil, nec aliud quicquam concipi po- C T U M.
test: si vero objectum intelligatur illud, de quo adducendo decretum Dei factum est, tum illud est omne id quod Deus fecit & faciet, sive possibile, sive actuale & futurum, cum à Dei decreto omnes rerum conceptus, sive possibiles, sive futuri, pendeant.

XIX. Quod attinet res possibiles nunquam futuras, ex hypothesi ta-men aliqua consecuturas; ille nexus, cum quid positivum sit, non potest à Deo independens esse, atque adeo ab aliquo decreto Dei, in quo conti-netur, fluit, ac voluntati ejus subest: videt enim Deus, ut est sapientissi-mus, & approbat omnem veritatem, ex consilio suo profluentem. At-que hinc etiam promissiones vel comminationes conditionatas creaturis proponere potest, utpote verissimas, quamvis forte conditio, ad quam sequuntur sunt, nunquam extitura sit.

XX. Atque consilium hoc in Deo *unicum* tantum est, idque abso-lutum:

hoc in Deo lutum : non enim longæ deliberationum moræ, διάτεροι φεγγίδες, secundæ unicum & ac meliores curæ, aut μεταριθμεῖαι ac poenitudines in Deum cadunt : neque absolutum est. rerum momenta denique ac occasiones speculatur, atque ex iis pendet; non enim *videt* Deus ac consilia agitat *ut homo*. Job. 10: 4. *Sed ipse sibi tempora creat & format. O altitudo divitiarum & sapientia & cognitionis Dei ! &c. Rom. 11: 33. Tunc vidit eam (sapientiam) & recensuit eam & dispositus & perscrutatus est. Job. 28: 27. Videre in possibiliitate, est sapientia ; recensere & disponere, consilii, five ταῦτα ; perscrutari & γνῶσσα scientiae five cognitionis. Ut pessimè Episcopius, post Vorstium, multas & diversas, quin contrarias in Deo ponat volitiones, quarum aliqua certo tempore desinant ; five effectus suos jam attigerint, five potioribus cogitationibus oblitterentur.*

licet objec-
tetur vari-
um.

Hinc de-
cretorum
ordo.

XXI. Objectivè tamen & terminativè varia consilia (*Domine confitebor nomen tuum, quia fecisti mirum, נִזְעָן consilia à longinquo, veritatem, fidelitatem.* Esai. 25: 1.) & diversæ cogitationes (*Nam non cogitationes meæ sunt cogitationes vestrae.* Esai. 55: 8.) & *בְּחַנְכֹתִים h. e. laborantis atque operi sese accingentis animi molitiones,* (*Jehova habuit me principium via sua קָרְבָּלָיו ante molitiones suas.* Prov. 8: 22.) Deo attribuuntur, quæ pulcherrimo & sapientissimo ordine inter se cohaerent. Quin pro nostro concipiendi modo non solum ordinem in rebus ipsis decretis, sed & in cogitationibus ac molitionibus Dei quasi concipimus ; non quod diversi ibi revera actus sint, vel unus altero prior, sed quod ejusdem consilii Dei diversas quasi partes concipimus, & illos debito ordine inter se connectimus, quo omnem Dei sapientiam perfectius lustremus ac exhaustriamus. Cumque nec rectum, neque decens Deo sit, unum sine altero decernere, humanum ex. gr. genus, sine ullo consilio sese in ejus conditione glorificandi ; sic enim non sapienter, sed frustra illud condidisset : vel etiam finem absque mediis, vel media absque fine ; hinc diversas ejusdem decreti partes distinguimus, atque unam quasi cogitationem Dei causam esse alterius dicimus : atque adeo ab una ad aliam argumentari licet, exemplo Apostoli. *Qui proprio Filio non pepercit, quomodo non etiam cum eo omnia nobis gratificabitur ?* Rom. 8: 32. item : *Quos prænoverit, etiam prædefinivit conformes imaginis Filii sui ; quos vero prædefinivit, hos & vocavit ; & quos vocavit, hos & justificavit ; quos autem iustificavit, hos & glorificavit.* ibid. v. 29, 30.

Qui est fi-
nis & me-

XXII. Cumque in decretis Dei non alias ordo concipi possit, quam finis & mediorum, hinc ita & concipere & loqui solemus, Deum prius



prius velle finem quam media ad eum , & inter media prius illa quæ fir-diorum.
nem proprius attingunt ; atque ista etiam humanæ prudentiæ regula de
ipso usurpatur, quod primum est in intentione, ultimum esse in executione :
quod tamen non de diversis in Deo volitionibus & cogitationibus intelli-
gendum est, quasi alia ibi sit prior, alia posterior, atque una alterius causa
sit; sed de re voluntà, ut apud Deum volitio & sapientissima coordinatio
sit prioris & posterioris rei, præcipuè mediorum & finis, quæ aptissimè
& liberimè inter se connexuit, ut tamen nec ipse, nec decretum ejus ab
ullâ re, vel conditione, vel mediis pendeat. Unde decretum ejus, sicut u-
nicum est, ita hinc necessario summopere *absolutum* est, quamvis con-
ditionata possit esse executio, & effectus, & prædictio : quæ tamen omnia
ex decreto Dei unico & absoluto dependent.

XXIII. Sequuntur nunc adversariorum errores, præcipuè Sociniano-
rum, in quibus reliquorum est compendium, qui Dei consilia ad huma-
ni ingenii modulum exigunt, & divitias ac profunditates sapientiæ ac co-
gnitionis ejus improbè, contra Apostoli monitum, perscrutari conan-
tes, vias ac cogitationes ejus non multò sapientiores nobis exhibent quam
SOCIINIA-
NORUM.
ex quæ sunt hominum. Sic autem instituunt.

XXIV. 1. Decretum Dei *ipfis accidens* est: cum tamen sit ipsa sapien-
tia & voluntas Dei, sine quâ nunquam esse potest, quæque ab ejus essentia
nec differt, nec etiam differre potest. Atque adeo se ipso & suis divitiis per-
fectus & beatus est, non perfectione aliunde accedente.

XXV. 2. Negant *decreta Dei esse æterna*, præter pauca quædam, hæc
videlicet, de condendo mundo, eoque regendo & conservando,
Christo mittendo, & salute danda iis qui ipsius legibus obediunt; reliqua
autem, circa hominem præcipuè & res singulares, temporaria esse volunt.
Ita Deum ab æterno multarum rerum incogitantem & ignorantem fa-
ciunt, ut nec ab æternō quicquam certi apud ipsum fuerit, atque plurimæ
& maximæ perfectiones in tempore ipsi demum accesserint: cum tamen
Deo ab omni ævo omnia opera sua cognita dicantur. Act. 15: 18. tanta-
que ejus semper fuerit sapientia ac scientia, ut sine flagitio statui non pos-
sit, eam in tempore ex quotidianis rerum eventibus incrementum capre
posse; quod ab adversariis tamen ex ista hypothesi affirmari debet.

XXVI. 3. Distinguunt ea in *absoluta*, ut ex. gr. creare mundum, & *Ex ea per-
conditionata*, qualia præsertim sunt ea, quæ circa hominem ejusque sa-
feram di-
ludem æternam versantur: item in *efficacia & peremtoria*, ut quæ sunt *singulare
prioris generis*, atque *inefficacia & infirma*, quæ videl. aliqua conditione
in *absoluta & condi-*
ni-

rionata, & efficacia & infirma. nituntur, quæ non semper præstetur. Verum hæc in varias Dei per-
fectiones impingunt. Cum enim sit primus & summus, atque ipse rerum
omnium statum atque ordinem supremo arbitrio disponat, atque omnia
solus sciscat ac dispenset, ut ab eo solo rerum fata dueantur, hic contra
inverso planè ordine à rebus extra sese, præsertim ab incertâ creaturæ vo-
luntate, ipsis non subjectâ, dependere, & tantum non necessitari ponitur:
quoniam & in tempore eonsilium capere, idemque pro diverso rerum eventu
mutare, atque aliter decernere statuitur; ut nihil in ejus consilio mansu-
rum vel fixum sit; neque etiam rerum, quæ ab hominis arbitrio pendent,
eventus antequam fiant certo præsciri atque prædicti possint. Contra autem
omnia apud Deum sunt absoluta & certa. *Omnia, quæ voluit, fecit. Psal.*
115: 3. Consilium meum stabit, & omnem meam voluntatem faciam.
Esaï. 46: 10. Cognovi, quòd omnia potes; & non est ardua pre te cogita-
tio. Job. 42: 2.

*(Remon-
strantium
decretum
commo-
dum ad
circum-
stantias)*


XXVII. Neque magis congruit Remonstrantium decretum, quod po-
nunt, *congruum ad circumstantias*; sicut & gratiam & vocationem con-
gruam similiter ponunt: quia nempe Deus præviderit, ad has vel illas cir-
cumstantias commodas, hominem sese conversurum, atque hinc decreta
sua ordinaverit. Verum illa æquè manebunt incerta: cum quæcumque
ponantur circumstantiae congruae, illæ tamen necessario hominis volun-
tatem determinare non queant, salvâ ejus libertate, pro qua adeo pugnant
adversarii; unde omnia, ipsumque adeo decretum Dei, manebunt ma-
xime incerta.

*in antece-
dens &
conse-
quens; ge-
nerale
& speciale.*

XXVIII. 4. Pari arte distinguunt decretum Dei in *antecedens & conse-
quens; generale & speciale*: prioris generis est, Ex.gr. omnis qui crediderit,
servabitur; alterius, Petrus, quia credidit, servabitur. Verum hæc pariter
dolosa sunt. Prius enim decretum, antecedens videlicet & generale, nulli usui
est, cum illud subsecuturum ponatur aliud & specialius decretum, ad prius
illud restringendum & tantum non corrigendum: nec quicquam in rerum
naturâ ponit: imo tale ab adversariis ponitur, ut Deo penitus indignum
sit: apud illum enim nihil generale, nihil indeterminatum & pendulum
est: neque perfectioni ejus convenit, antecedenti & generali decreto, ex.
gr. omnibus hominibus ex æquo destinare salutem; quod nunquam even-
turum est.

*Hinc de-
creta Dei
mutabilis,
& sibi*

XXIX. Atque juxta hæc omnia decreta Dei sæpe mutari ajunt, quin
& sibi mutuo nonnunquam *contraria* ponunt: quod sine multiplici im-
perfectione de Deo affirmari non potest; cum ipse, ut est perfectissimus,
nec





nec ab aliquâ re extra se pati quicquam potest, ita quoque sit immutabi- contraria statunt.
lis. Ego Jehovah יְהוָה non sum diversus factus, ut veritas mea, ita statuit.
gratiosa mea voluntas mutata non est. Mal. 3: 6. Est Pater luminum, a-
pud quem non est οὐδεποτέ, ἀπό τοῦ δοκιμασμοῦ. Jac. 1:17. Quod ipsum
de decretis ipsius, quæ semper sunt sapientissima, peculiariter affirma-
tur. *Consilium meum stabit, & omnem voluntatem meam faciam.* Esai.
46: 10. *Consilium Domini in eternum constat; cogitationes cordis ejus in
etatem & etatem.* Psal. 33: 11. *Deus demonstravit heredibus promissionis
τὸ ἀμετίτην τὸ βελᾶς immutabilitatem consilii sui, quum intercessit iure-
jurando.* Hebr. 6: 17.

C A . P U T X X X V I I I .

*De divina Prædestinatione, & speciatim
Electione.*

I. **D**ecretum Dei in genere consideratum excipit specialior PRÆDE-
STINATTIO. consideratio Prædestinationis: quo nomine venit peculiare
Dei consilium circa creaturas rationales. Qui communis
omnium errantium fuit scopulus: cum tamen ex hoc capi-
te universa salutis humanæ œconomia & methodus pendeat; ita ut eo
malè explicato non parum ea perturbetur, & multiplici errore Christia-
na religio descedetur; recte autem explicatum veræ fiduciæ, humilitati &
gratitudini generandæ unicè inserviat.


II. Vox Prædestinationis, προετοιμᾶς, abstractè sumta est αὐγεθό-, Vocis illius
quamvis verbum προετίκτων sit ἵγεαφον; quod ab ὕετίκτων deductum no- acceptio
varia.
tat certum aliquem finem determinare, vel de re aliquâ in ordine ad fi-
nem suum antequam existat statuere. Sumit autem Scriptura vocem il-
lam interdum latius, pro decreto providentiae: *Ut facerent quaecunque
manus tua & consilium tuum ἀπέστει πρædefinivit ut fierent.* Act. 4: 28.
Quam sapientiam προετοιμᾶς πρædefinivit Deus ante secula ad gloriam no-
stram. 1. Cor. 2: 7. interdum strictius pro decreto electionis. *Quos pra-*
novit, καὶ προετοιμᾶς etiam πρædefinivit conformes imaginis Filii Sui. εἰ δὲ
προετοιμᾶς προετοιμᾶς πρædefinivit, hos & vocavit. Rom. 8: 29, 30. *προετοιμᾶς*
προετοιμᾶς πρædefinivit nos ad adoptionem filiorum. Eph. 1: 5. *προετοιμᾶς*

qui definiti sumus secundum propositum ejus, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis sua. v. 11. Commode autem medio significatu pro decreto circa creaturas rationales vel salvandas vel damnandas apud Theologos accipitur; ut inde duæ prædestinationis, sive species, sive partes emergant, electio & reprobatio. Appellatur etiam πρόγνωσις Christus deditus est definito consilio τῇ προφητείᾳ ἡ ἡρά & præcognitione Dei. Act. 2: 23. Electis τῷ προφήτῃ, secundum præcognitionem Dei Patris. 1. Pet. 1: 2. οἱ προφῆται quos ante agnovit, etiam ante definitivit. Rom. 8: 29. προφῆται, propositum. Omnia cooperantur ad bonum illis, qui τῷ προφήτῃ secundum propositum vocati sunt. Rom. 8: 28. ubi harum vocum veluti sedes est. Notum fecit nobis arcannum voluntatis sua, secundum beneplacitum suum, in προφητείᾳ quod proposuerat in se. Eph. 1: 9. Qui definiti sumus τῷ προφήτῃ secundum propositum ejus, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis sua. v. 11. Secundum propositum faculorum, quod fecit in Christo Iesu Domino nostro. c. 3: 11. εὐδοκία, beneplacitum. Etiam Pater, quia εἴπεις εὐδοκία ἵματος σου ita placuit tibi. Matth. 11: 26. & prædestinati προφήται, Act. 13: 48. & προφηταὶ προφήται. Jud. v. 4. dicuntur.

*Quæcilius
ad repro-
bationem
pertinet.*

III. Licet autem vox Prædestinationis electioni potissimum accommodetur, tamen eam ad reprobationem quoque pertinere, cum usus ipsius vocabuli in Scripturis (*Filius hominis abit τῷ προφήτῃ*, secundum definitum. Luc. 22: 22. *Hunc definito illo consilio & præcognitione Dei deditum quem accepissetis.* Act. 2: 23.) tum similius vocum usus, atque adeo res ipsa evincit. Non ἡρά posuit nos Deus ad iram, sed ad lucrandum salutis per Dominum nostrum Iesum Christum. 1. Thess. 5: 9. Confiteor tibi. Pater, quod hac occultaveris a sapientibus & intelligentibus, & revelaveris ea infintibus. Matth. 11: 25. Deus tulit in multa longanimitate vase iræ aptata ad interitum. Rom. 9: 22. inobedientes, ad quod etiam possunt. 1. Petr. 2: 8. Subintrarunt homines impii, qui olim ante scripti sunt ad hoc judicium. Jud. v. 4. Ut non recte inter Pontificios & Lutheranos quidam Prædestinationem de solis electis accipiant; reprobos autem potius præscitos dicendos velint: quæ controversia olim acriter agitata fuit in causa Godschalci, seculo nono, tuente Johanne Eriogenâ Scoto, in libro de unicâ Prædestinatione, eam electioni tantum convenire; rectius autem Godschalco ac Lugdunensibus, atque eorum nomine Remigio Episcopo ad reprobationem eam quoque extendentibus.









IV. Similiter non satis rectè quidam ex Pontificiis Prædestinationem volunt tantum esse intellectus, non vero voluntatis; quod ad reprobationem à Scholaisticis præsertim applicatur, qui illam ideo potius appellant præscientiam: cum tamen, si usum vocabuli species, *πειρωσις*, sive prævisio & præscientia de electione potius usurpetur. vide Rom. 8: 29. *Quos esse intellec-*
præconavit, etiam prædefinivit. Ita Petrus scripsit electis secundum præagni-
tionem Dei. 1. Epist. c. 1: 2. sicut & verbum *noste* pro curare & amare sumitur. Nam cognovi cum, *Abrahamum*, ut præcipiat. q. d. ideo ipsius rationem habui & cum non præterii, sicut multos alios, ut præcipiat &c. Gen. 18: 19. *Tantum vos cognovi*, vos aspexi, vestri rationem habui, *ex omnibus familis terra.* Amos. 3: 2. *Novit Dominus viam iustorum.* Psal. 1: 6. *Tunc profiteor eis, nunquam novi vos.* Matth. 7: 23. *In hoc glo-*
rietur, qui gloriatur, animadvertere & nosse me. Jerem. 9: 23. *Hec est vi-*
ta eterna, ut cognoscant te. Joh. 17: 3. *Malum non cognosco.* Psal. 101: 4. Non enim dicit Apostolus, quorum fidem prævidit, ut necesse fuisset, si adversariorum sensum exprimere voluisse, sed de personis, quos prævidit, h. e. ab æterno dilexit: ita ut præcognitio illa & æternus Dei amor sit ratio consequentis decreti, prout in mente divina existit; præsupponit enim illum ætum voluntatis, ita ut prædestinatio ipsa propter illam facta sit. Similiter & reprobatio non præscientiam solum & prævisionem aliquam, sed & decretum voluntatis dicit, idque non solum de actionibus, sed & de personis ipsis. vid. Jud. v. 3, 4. ubi *sancitis, quibus fides tradita est*, opponuntur *homines impii*, qui olim ante scripti sunt ad hoc judicium. atque hoc sensu etiam *πειρωσις* de illis usurpatur. *Hunc definito illo consilio* & *præcognitione Dei deditum quum accepissetis, manibus sceleratis cruci affixum interemisis.* Aet. 2: 23.

V. Est ergo Prædestinatio decretum Dei de speciali gloria sua mani- *Quid si?*
 festatione in creaturarum rationalium statu æterno. *Non posuit nos* Deus ad iram, sed ad *πειρωσιν τοπιας*, ad lucrandum saluti, per Domi-
 num nostrum Jesum Christum. 1. Thess. 5: 9. Si verò volens Deus offendere iram, & notam facere potentiam suam, tulit in multa longanimitate vasa ira aptata ad interitum; & ut notas faceret divitias glorie sua in
 vasa misericordie, que preparavit ad gloriam: non habet potestatem? Rom. 9: 22, 23. estque quasi destinatio mediorum in ordine ad istum finem.

VI. Eam dari cum Scriptura docet, in genere: *Deo ab aeo cognitis Eros dari*
sunt omnia opera ipsius. Aet. 15: 18. & in specie ac explicite; *Prædefi-*
doct, cum *Scriptura;*


niens nos ad adoptionem filiorum per Jesum Christum sibi, secundum beneficium voluntatis sue. Eph. 1: 5. Quos pranovit, etiam prædefinivit conformes imaginis Filii sui ad hoc, ut sit ipse primogenitus in multis fratrum ratio. Rom. 8: 29. tum ratio: cum enim Deus sit perfectissimus, idemque summus, & ab alterâ parte creaturæ, earumque actiones, à se ipsis provenire non possint, sed à causa majori pendeant, manifestum est, sapientissimo Dei consilio; cui omnia sunt præsentia, quique omnem æternitatem intuetur & pervidet, omnia ordinata & disposita esse.

Est ea Angelorum & hominum: duabus partibus constat.

ELECTIO quo sensu veniat in Scriptura?

VII. Cum autem creaturæ rationales sint vel angeli, vel homines, ad angelos etiam pertinere prædestinationem liquet ex 1. Tim. 5: 21. ubi Angelii electi dicuntur, Jud. v. 6. ubi agitur de Angelis, qui non servarunt suum principium, & ad judicium magnæ diei vinculis æternis sub tenebris servantur. Prolixius autem Scriptura agit de hominum prædestinatione; quæ duabus quasi partibus constat, electione videlicet & reprobatione.

VIII. Cum autem electio hæc fiat vel æternâ prædeterminatione, vel actuali vocatione & separatione (*Dominus הָפֵלֶל separavit prius sibi*. Psal. 4: 4.) utroque sensu ista vox in Scripturis occurrit. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Joh. 15: 16. Quia ex mundo non estis, sed ego vos elegi ex mundo, ideo odit vos mundus. v. 19. Ego novi quos elegi. Joh. 13: 18. Non multos nobiles, sed quæ stulta sunt mundo elegit Deus, ut pudefaciat sapientes &c. 1. Cor. 1: 27, 28. Posteriori modo sumitur à Petro: Electis secundum prægnitionem Dei Patriis in sanctificatione Spiritus &c. 1. Epist. 1: 1, 2. Frequentius vero apud Paulum priori modo pro electione æternâ, seu decreto Dei accipitur, ut cum dicit: Sicut elegit nos in ipso ante fundationem mundi. Eph. 1: 4. Scientes, Fratres dilecti, a Deo electionem vestram. 1. Thess. 1: 4. Ut quod secundum electionem est, Dei propositum maneret. Rom. 9: 11. Reliquie secundum electionem gratia extiterunt. c. 11: 5. Quis accusationem intentabit electis Dei? c. 8: 33. Induimini, ut electi Dei, visceribus miserationum. Col. 3: 12. Omnia prefero propter electos, ut & ipsi salutem consequantur. 2. Tim. 2: 10. Paulus Apostolus secundum fidem electorum Dei. Tit. 1: 1. Multi vocati, pauci verò electi. Ita & Matth. 20: 16. 22: 14. Propter electos dies illi ἡγιασμένοι: mūtilabuntur. Matth. 24: 22. Marc. 13: 20. Non possibile est seduci electos. Matth. 24: 24. Vindicabit Deus electos suos. Luc. 18: 7. Cum agno sunt vocati & electi & fideles. Apoc. 17: 14. Studete firmam facere vocationem & electionem vestram. 2. Petr. 1: 10. Unde & metonymicè electi ἐκλογὴ appellantur: Electio consecuta est; reliqui verò occalluerunt.





runt. Rom. 11. 7. ut male Remonstrantes electionem æternum Dei decretum notare negent.

IX. Definiri potest, quod sit prædestinatio certorum quorundam hominum, ut in iis manifestetur gratia Dei gloria. *Eius definitio.* Sicut elegit nos in ipso nūlio. ante fundationem mundi, esse nos sanctos & inculpatos coram ipso in charitate, prædefiniens nos ad adoptionem filiorum per Jesum Christum sibi, secundum beneplacitum voluntatis sua, ad laudem glorie gratie sua, qua nos gratia cumulavit in dilecto. Eph. 1: 4, 5, 6.

X. Consideranda autem in eâ sunt hæc quatuor. 1. *Actus in Deo.* Consideratur in eâ, 2. ejus objectum. 3. causa. 4. attributa & adjuncta.

XI. Ante omnia vero removenda est vocis ambiguitas. Quidam enim electionem, & analogicè reprobationem, latius accipiunt, pro omni decreto Dei circa hominem, in ordine ad summum ejus finem: alii strictius eam sumunt pro decreto de hominibus ex communi lapsu erigendis. Priori sensu in electione Dei concipi possunt duo quasi actus, 1. decretem de fine, de manifestandâ videlicet in certis hominibus gloria sua gratia, justitiâ temperatâ. 2. decretem de medio, quo ad finem istum pervenitur: quo pertinent, hominum creatio, permisso lapsus, redemptio per meritum Christi, vocatio efficax, justificatio, sanctificatio, glorificatio; quæ omnia partes sunt unius medii integri seu aggregati, cum vel uno eorum deficiente Deus finem suum non obtineat. Quamvis enim illa inter se comparata ordinem aliquem & successionem, quin etiam mediorum ac finis subalterni rationem habeant, respectu tamen actus divini, atque finis ultimi, nempe manifestationis gloriae Dei, omnia ista media sibi invicem coordinantur, atque tantum unici & completi medii rationem habent; nullum autem eorum, nec tota eorum collectio respectu decreti divini finis notionem accipere ullo modo potest.

XII. Atque ita est hic duplex quasi actus, quorum prior exprimitur ACTUS PROV. 16:4. *Omnes trahunt Jehovah ad responsum suum, etiam improbum quasi duo ad diem mali.* Item: *Definiti sumus secundum propositum ejus, qui omnium operatur secundum consilium voluntatis sua.* Eph. 1: 11. posterior Rom. 8: 30. *Quos autem prædefinivit, eos & vocavit; & quos vocavit, eos & justificavit; quos vero justificavit, eos & glorificavit.* 2. Thess. 2: 13. Nos autem debemus gratias agere Deo semper de vobis, fratres dilecti a Domino, quia legit, sive assumptus, vos Deus ab initio ad salutem in sanctificatione Spiritus & fidei veritatis. Electio juxta priorem actum notat destinacionem certorum hominum ad misericordiam justitiâ temperatam; posteriori


riori modo notat destinationem eorum ad salutem ; quæ plurimum differunt. Itemque prædestination , quantum ad primum actum, prout dicit decretum de fine , non propriè actus misericordiæ & justitiae , sed beneplaciti & libertatis seu independentiæ divinæ est : aliud enim est destinare ad exercitium justitiae & misericordiæ , aliud justitiam & misericordiam exercere ; hoc justitiae & misericordiæ , illud vero beneplaciti & independentiæ divinæ est : & ita vox miserandi metonymicè pro destinatione ad misericordiam sumitur : *Cujus vult, misereatur ; quem autem vult, indurat.* Rom. 9: 18.

*Eius OB-
JECTUM*, XIII. Atque hinc jam patere quoque potest , quodnam sit prædesti- nationis , & speciatim electionis , *objectum* : quod *sublapsarii* statuunt esse hominem creatum & lapsum ; *supralapsarii* autem homines creabiles , non quidem omnes , quos pro absolutâ suâ potentia ereare Deus potest , sed indefinitè isto vocabulo sumto , homines nempe duntaxat creabiles , hos videlicet & illos , pro beneplacito eligentis.

*si latiori
sensu voca-
bulum
prædesti-
nationis
accipiatur,
est homo
creabilis :* XIV. Et quidem ubi prædestinationem accipimus pro omni decreto Dei circa hominem , in ordine ad supremum ejus finem , atque adæquatum ejus objectum quærimus , illud non aliud erit quam homo prædestinabilis ad omnia , homo nempe creabilis , seu possibilis tantum : includit enim hoc decretum ipsam creationem , & reliqua omnia , quæ tanquam media ad supremum istum finem ordinata sunt. Ubi vero strictiori sensu prædestinationem consideramus ad singulos ejus actus , atque eam denominamus à peculiaribus ejus quasi partibus , quas in eâ concipi strictiori , pimus , ut ex. gr. cum electionem vocamus voluntatem quosdam salvandi è miseriâ suâ , tum objectum prædestinationis isto sensu illud debet statui , quod est objectum illorum actuum , quodque necesse habemus præsupponere in creaturâ , ut Deus actus istos dignè circa eam exequi , atque etiam discernere possit : & ita objectum electionis , sive voluntatis salvandi , erit homo miser ; sine eo enim electio ista ne quidem concipi potest. Priori autem sensu Apostolum ad Rom. cap. 9. prædestinationis decretum considerare , ex omnibus circumstantiis liquet.

*Quipra-
ferendus.* XV. Atque etiam commodius ita ordinatur objectum prædestinationis , quam si illud inchoetur à lapsu , ut quidam faciunt ; creationem & lapsum , quia cum electioni , tum reprobationi communes sunt , non tanquam media prædestinationi subordinantes , sed per modum conditionis in objecto requisitæ illi præsupponentes. Verum non satis rectè isti opera Dei ordinant. Nam creatio & lapsus hominis , cum ipsa quoque





prædestinata sint, non potest prædestinatio inde demum inchoari; nisi Deum nullo fine & ferme frustrâ ista decrevisse, & humanum genus condidisse, & lapsus ejus sivisse dicamus; cui ipse eventus repugnat. Finis autem Deo dignus istorum operum ne cogitari quidem potest, nisi illa ut media partialia, ad summum prædestinationis finem ducentia considerentur, quo etiam manifestò tetenderunt. Dicere enim finem creationis atque lapsus fuisse in communii manifestare gloriam Dei & infirmitatem creature, non satisfacit: cum posterius illud non Dei propriè, sed hominis potius finis sit; & communis ille conceptus de illustrandâ Dei gloriâ in genere nimis vagus est, atque Deum æque incertum ponit, nec cum naturâ ejus convenient; cum Deus intenderit specialiter misericordiæ atque justitiæ suæ gloriam exercere, ad quem ipse quoque lapsus specialem respectum atque ordinem habuit; quo in ordine una cum reliquis mediis poni, atque illi fini subordinari debet.

XVI. Neque magni adeo momenti sunt quæ ab adversâ parte producuntur. In peccato quidem concepti erant gemelli isti, quos Apostolus Rom. 9: 11. tanquam prædestinationis typos & exempla producit; verum tales eo loco non considerantur, sed ut *qui neccundum boni nec mali quicquam fecissent*; & merum tantum Dei beneplacitum ac propositum secundum electionem Apostolus ibi urget. Similiter *vasa iræ & misericordiæ* appellantur; verum etsi ira vel misericordia circa hominem actu exerceri non possit, nisi creatus & lapsus sit, ad misericordiæ tamen & justitiæ Dei gloriam destinari poterat, etsi nondum creatus vel lapsus, nec ut talis consideratus fuerit.

XVII. Atque hactenus quidem discrepant duæ istæ sententiæ, in ordinandis videl. & disponendis decretis Dei, vel ejusdem decreti quasi partibus: cæteroquin neutra pars decretum creationis & permissionis lapsus negat, verum altera illud ad prædestinationem, ut mediorum ejus partem, altera verò alio pertinere statuit, atque alio tantum ordine digerit. Ita etiam utraque sententia homines Deo prædestinanti objicit tanquam pares & æquales; & ita à Pelagianismo pariter longissimè absunt: estque in hac re summus Orthodoxorum consensus; ut levem, qui apud eos in altissimo hoc doctrinæ capite restat, dissensum, non adeo extollere & criminali Remonstrantes debuerint.


XVIII. Sequitur Electionis *cäusa*. Efficiens ejus est Deus, Pater, Filius, & Sp. S. Cum enim consilium hoc gratiæ exercendæ à Deo ab interno dispositum sit per modum Testamenti seu voluntatis immutabilis,

Pater, & quasi ultimæ, quâ apud se ipsum designavit hæredes justitiae & regni sui; Testamentum hoc respectu Patris est Electio, respectu Filii Sponsio de qua, ut & de Testamento hoc, suo loco: unde Patri passim tribuitur electio. *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nobis omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, quemadmodum elegit nos in ipso ante iacta mundi fundamenta &c.* Eph. 1: 3,4,5. Omne, quod dat mihi Pater, Testamento, proposito gratiae, id ad me veniet. Joh. 6: 37. *Quemadmodum dedisti ipsi potestatem omnis carnis, ut quodcunque dedisti ipsi, ei det vitam aeternam.* c. 17: 2. ut & Filio. *Ego novi quos elegerim.* Joh. 13: 18. *Nos vos me elegistis, sed ego elegi vos.* c. 15: 16. *Ego vos elegi ex mundo, ideo odit vos mundus.* v. 19. De Sp. S. idem ex ob-signatione & divinis ejus circa electos operibus colligitur. *In quo etiam credentes ob-signati estis Spiritu promissionis sancto.* Eph. 1: 13. Ne contristate Spiritum Sanctum Dei, quo ob-signati estis ad diem redemtionis. c. 4 Quod genitum est ex Spiritu, spiritus est. Joh. 3: 6. *Dixit Spiritus Sanctus, separate mihi Barnabam & Saulum ad opus ad quod eos vocavi.* Act. 13: 2. Sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini Jesu, & in Spiritu Dei nostri. 1. Cor. 6: 11.

Filius,

sp. s.

Causa ejus non in homine. XIX. Causa electionis impulsiva nulla quoque est præter Deum, cum impulsiva. primum Dei opus & voluntatis ipsius actus sit, atque inde alia omnia dependent ejusque effectus sint. Non enim in homine illa querenda est, sive dicatur causa, sive ratio, sive conditio, sive qualitas aliqua in homine requisita; sed omnia in solidum divino beneplacito adscribenda sunt. *Confiteor tibi Pater, quod occultaveris haec a sapientibus & intelligentibus, & revelaveris ea infantibus.* Etiam Pater, quia ita placuit tibi. Matth. 11: 25, 26. *An non licet mihi facere quod volo in meis?* c. 20: 15. Ergo igitur non volentis est, neque currentis, sed gratificantis Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: *in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te vim meam, & ut annuncietur nomen meum in universa terra.* Igitur, cui vult, gratus est; quem autem vult, indurat. Rom. 9: 16, 17, 18. *An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa ut faciat aliud quidem ad honorem vas, aliud verò ad ignominiam?* Si verò volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam, tulit in multa longanimitate vasa iræ aptata ad interitum; & ut notas faceret divitias gloria sua in vasa misericordie, quæ preparavit ad gloriam: non habet potestatem? ibid. v. 21, 22, 23. *Ne metue parve grec, quia libuit Patri vestro vobis dare regnum.* Luc. 12: 32. Atque haec Augustini, ac perpetua Ecclesiæ sententia fuit, ostendit.



o. v. i. p. p. 17

ostendente id præcipuè Corn. Jansenio, in libro cui titulus, Augustinus: quam secuti sunt Thomas Aquinas, Durandus, ac Dominicani; frustra repugnantibus Jesuitis.

XX. Nihil ergo Deus in electis prævidere potuit, quo moveretur ad eorum electionem, sive id minoris malitiae, sive cessationis à malo, sive congruentia ad auxilium, sive probitatis, sive parvitatis & humilitatis, sive fidei & bonorum operum, sive quocunque alio boni nomine appetetur.

XXI. Ac proinde fides & perseverantia non fuit electionis conditio antecedens, sed eam consequens; non illius causa & fundamentum, sed medium duntaxat ex eâ fluens, ad salutem hominum ordinatum; eodemque decreto simul electi sumus ad finem & media eo requisita, ad gloriam & ad gratiam; pariterque ad fidem & perseverantiam. *Quos præconivit, etiam prædefinivit conformes imaginis filii sui, --- quos vero prædefinivit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit, hos & glorificavit.* Rom. 8: 29, 30. *Elegit vos Deus ab initio ad salutem in sanctificatione spiritus & fidei veritatis; ad quod vocavit vos per Euangelium nostrum.* 2. Thess. 2: 13, 14.

XXII. Finis electionis in sua latitudine sumtæ est gloriae Dei manifestatio, qualē supra indicavimus. Eph. 1: 5, 6. media autem licet in ordine ad hunc finem sibi mutuo non subordinentur, sed coordinentur potius, ut partes unius medii integrales, tamen aliunde non repugnat ea inter se comparata, mediorum quoque ac finis subalterni rationem induere. Unde de electis non dubitat dicere Apostolus, *iis omnia ad bonum* (h. c. ad salutem) cooperari. Rom. 8: 28. Et *ad lucrandum saluti positi* dicimur, 1. Thess. 5: 9. *ad salutem electi.* 2. Thess. 2: 13. *Electi ut essemus sancti & inculpati in confessu ejus in charitate,* Eph. 1: 4. & *creati in Christo Iesu propter bona opera, quæ ante preparavit Deus, ut in iis ambularemus.* Ibid. c. 2: 10. *Prædefiniti conformes imaginis Filii.* Rom. 8: 29. Sicut & *præagnitio Dei Patris in sanctificatione Spiritus.* 1. Pet. 1: 2. & *finis fidei nostræ salus animarum esse* dicitur, Ibid. v. 9. uterque autem finis conjungitur. Rom. 9: 23. *Ut notas faceret divitias glorie sue in vasa misericordie, quæ preparavit ad gloriam.*

XXIII. Attributa electionis hujus sunt; quod unica fuit respectu totius Christi mystici, h. e. Christi, & eorum qui sunt in Christo. Secundum rationem autem distinctè concipimus primū Christum electum fuisse ut caput, deinde nos ut membra in ipso. *Sicut nos elegit in ipso.* Eph. 1: 4.

Christi & 1:4. *Qui salvos nos fecit & vocavit vocatione sancta: non secundum opera nostra, sed secundum proprium propositum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora secularia.* 2. Tim. 1: 9. *Quos pranovit, etiam prædefinivit conformes imaginis Filii sui ad hoc, ut si ipse primogenitus in multis fratribus.* Rom. 8: 29. *Consilium enim hoc exercendæ gratiæ à Deo dispositum est, ut diximus, per modum Testamenti; Testamentum autem de hereditibus Dei sine Mediatore & Sponsore Testamenti factum non est, cui primo dispositum est regnum, & in illo ac per illum nobis. Et ego dispono vobis, sicut Pater mihi dispositus, regnum.* Luc. 22:29. *Potioris Testamenti est Mediator.* Hebr. 8: 6. *In tantum melioris Testimenti iheruS Sponsor extitit Jesus.* Ibid. c. 7: 22. *Propter hoc Testamenti Novi Mediator est, ut morte obita, ad redemtionem, quæ sub priori Testamento erant, transgressionum, promissionem accipiant vocati æternæ hereditatis.* c. 9: 15.

*non tamen
intuitu
meriti
ejus: ut
Lutherani
volunt.*


XXIV. Non quasi meritum Christi sit causa electionis nostræ, quatenus est decretum & actus voluntatis Dei, prout Lutherani hæc concipiunt; qui Christum causam electionis ipsius meritoram statuunt, quam factam volunt intuitu meriti Christi, & propter ipsum: cum non solum actus ille voluntatis Dei nullam causam externam, à qua moveatur, admittat; sed & diserte Christus datus dicatur ex dilectione Dei erga homines, Joh. 3: 16. ut Deus jam ante humanum genus dilexerit, & decretum electionis fecerit, cuius exequendi Christus minister destinatus est, & simul electus Dei servus, Esai. 42: 1. qui electionem non precedit ut causa, sed eam consequitur ut simul electus. Atque ita in ipso electi sumus, Eph. 1: 4. h. e. in ipso benedicendi & servandi, & simul cum ipso, ut primogenito & capite nostro, qui propterea Princeps salutis nostræ dicitur Hebr. 2: 10. *Præcognitus ante jaæta mundi fundamenta.* 1. Pet. 1: 20. qui gratiæ ac gloriæ nobis destinatae causa meritaria est, & salutis nobis conficiendæ summus auctor & arbiter.


*Quibus
pejus sen-
tient Re-
monstran-
tes.*


XXV. Pejus autem hæc detorquent Remonstrantes, qui Christum, prout vel fide admittitur, vel infidelitate rejicitur, electionis pariter & reprobationis faciunt fundamentum: cum non solum prædestinatione præcedat destinationem Christi, ut vidimus; sed multo magis hominum in ipsum fidem, quæ pariter prædestinationis hujus fructus & consequens est, & sine ea in homine nec produci nec concipi potuit.


*11. quod
debet ser-*

XXVI. Electio hæc quoque immobilis est, certa, & immutabilis. Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: *novit Dominus,* qui









qui *sui* sunt. 2. Tim. 2: 19. unde *αὐτοις δικαιούσι*, dicitur hoc decretum *titulus e-*
Dei, h. e. sine paenitentia Dei, etiam metaphoricâ. *Αὐτοὶ προσέδεσθαι τῷ κατεύθυντι* *jus obiecti-*
σηματά τῷ οὐκ ελλήσις & 918. *Sine paenitentia* sunt *dona gratiae* & *vocatio Dei.* va.
Rom. 11: 29. quo facit similitudo inscriptionis in libro. *Tempore illo*
evadet populus tuus, omnis inventus scriptus in libro. Dan. 12: 1. *Gaudete*
potius quod nomina vestra scripta sunt in cœlis. Luc. 10: 20. *Deleantur*
ex libro viventium & cum justis non scribantur. Psal. 69: 29. *Opitulare*
ipſis --- quorum nomina sunt in libro vita. Phil. 4: 3. *Qui vincit, hic a-*
micietur vestibus albis, & non delebo nomen ejus ex libro vita. Apoc. 3: 5.
Adorabunt eam (bestiam) *omnes habitantes in terra;* *quorum nomina*
non erant scripta in libro vita agni. Ibid. c. 13: 8.

XXVII. Unde & electorum numerus certus & determinatus est, nec
incrementi nec decrementi capax, cuius typus quidam fuit in Israëlitarum
recensione in deserto, quā iteratō factā idem utrobique capitum nu-
merus, cum singulari proportione, repertus fuit. vide Exod. 38: 26. cum
Num. 1: 46. quam imaginem Sp. S. & usurpat & sequitur, Apoc. 7: 4.
ut manifestum sit electionem vel salutem nostram non dependere à vo-
luntate ipsorum hominum, cum ab eorum conspiratione certus ille nu-
merus, & proportio illius, proficiisci non potuerit.

XXVIII. Datur similiter electionis certitudo subjectiva (sicuti illud *& subje-* *conf. 273.1.202*
suo loco ostendetur) eaque non conjecturalis, sed firmissima. *Gaudetis diva.*
quod nomina vestra scripta sunt in cœlis. Luc. 10: 20. *Elegit nos in ipso.*
Eph. 1: 4. ex signis videlicet infallibilibus aliisque electionis in nobis effectis,
qualia sunt vocatio efficax, fides, regeneratione &c. Ut hic analytica metho-
do procedere oporteat, ab effectis ad decretum ipsum. Causæ enim electionis in cœlo,
signa autem ejus in terrâ querenda sunt: sicut perversa me-
thodo alli salutis causas in terra, & rursus indicia ac signa ejus in cœlo
requirunt. Lutherani autem, sicut recte electionis certitudinem tue-
ntur, ita dum eam à finali electorum perseverantiâ suspendunt, quam
incertam & dubiam faciunt, nimis manifesto sibi ipsi contradic-
cunt. *X conf. 268.1.7.*

C A P U T XXXIX.

De divina Reprobatione.

*Electioni
opponitur
REPRO-
BATIO.*

I.  Equitur divina reprobatio, quam Scriptura una cum electione repræsentat, eique opponit. *Nonne frater Esavus Jacobo erat? ait Jehovah; & dilexi Jacobum. At Esavum odi.* Mal. 1:2,3. Necdum enim natis, quumque non egissent quicquam malum aut bonum (*ut, quod secundum electionem est, Dei propositum maneret, non ex operibus, sed ex vocante*) dictum est: major serviet minori. Sicut scriptum est Jacobum dilexi, Esavum autem odio habui. Rom. 9: 11, 12, 13. *Igitur, cui vult gratiosus est; quem autem vult, indurat.* Vide & 22,23. Electio autem consecuta est; reliqui vero occalluerunt. Rom. 11: 7. Non posuit nos Deus ad iram, sed ad lucrandum saluti. 1. Thess. 5: 9. Qui offendunt ad sermonem non obedientes; ad quod etiam positi sunt. vos autem estis genus electum. 1. Pet. 2: 8,9.

II. Ut supervacuum sit querere, an detur reprobatio? & an in Deo sit consilium non miserendi, sicut in ipso est voluntas miserendi. *Quemadmodum & in Osea dicit: vocabo non populum meum populum meum, & non dilectam dilectam.* Rom. 9: 25. conf. Hos. 1:10. 2:22. Præterquam enim quod ex electione manifestò ea sequatur, cum illa sine reprobatione reliquorum, qui electi non sunt, intelligi non possit; Deus sine summâ imperfectione sine tali consilio statui non potest: sic enim de maximâ parte humani generis, deque præcipuis suis operibus, deque exercenda justitia & judicio, nihil ab æterno decrevisset, & temporaria tantum ex datis occasionibus consilia sumeret; quod dictu indecens est.

III. Est autem reprobatio certorum quorundam hominum prædestinatio, ut in iis justitiae divinæ gloria manifestetur. *Volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam, tulit in multa longanimitate vas in æ aptata ad interitum.* Rom. 9: 22. *Qui pœnam pendent æterni exitii, à facie Domini & gloria virium ipsius.* 2. Thess. 1: 9. *Subintrarunt homines impii, olim ante scripti ad hoc judicium.* Jud. v. 4.

Ejus defini-

tio. IV. Ad naturam ejus intelligendam considerabimus itidem 1. ejus actus. 2. objectum. 3. causam. 4. attributa seu adjuncta.

Actus

V. *Actus* hujus decreti, similiter ac in electione vidimus, duplex intel-
ligi





ligi potest: unus de fine, alter de mediis ad finem istum ducentibus. Prior *hujus dœ-*
est, destinatio hominis ad exercitium justitiæ divinæ; ita ut finis Dei pro- *creti dœ-*
priè non sit perditio creaturæ, sed manifestatio justitiæ Dei, quæ in meritâ plex.
 creaturæ perditione elucet: alter est, destinatio ejus ad damnationem; quo
 pertinent & reliqua media justitiæ Dei in reprobis manifestandæ, quæ ple-
 raque sunt negativa, ut non-redemtio. *Sed vos non creditis: non enim estis*
ex ovibus meis. Joh. 10: 26. non-vocatio, vel saltem non-efficax vocatio.
Multi sunt vocati, pauci vero electi. Matth. 20: 16. 22: 14. non-datio
 fidei. *Propterea non poterant credere, quia rursus dixit Esaias,* *Excœca-*
vit ipsorum oculos, & obstupefecit eorum cor, ut non videant oculis, & anim-
advertant corde, & convertantur, & sanem eos. Joh. 12: 39, 40. peccati
 permisso & derelictio in eo. *Igitur, cui vult gratiosus est;* quem autem
 vult, indurat. Rom. 9: 18. *Et propterea mittet Deus ipsis efficaciam er-*
roris, ut credant mendacio: ut judicentur omnes, qui non crediderunt ve-
ritati, sed beneplacitum habuerunt in iniustitia. 2. Thess. 2: 11, 12. &
 peccatorum non-remissio. *Amen dico vobis, quæcumque ligaveritis in*
terra, erunt ligata in cœlo Matth. 18: 18. *Quorum peccata retinueritis,*
retenta sunt. Joh. 20: 23. quæ tamen omnia per actum voluntatis di-
 vinæ positivum decreta sunt.


VI. Atque hinc jam patet similiter, quodnam sit reprobationis *objec-* O B J E-
Etum. Si enim primum ejus actum intelligas, prædestinationem nempe C T U M.
 hominis ad manifestationem justitiæ divinæ, & decretum hoc latissimo
 sensu accipias, pro toto decreto Dei circa hominem in ordine ad ultimum
 istum finem, ejus objectum erunt homines creabiles, hoc est, possibles
 tantum: si vero intelligas actum ejus secundum, seu destinationem ad
 mortem æternam, & decretum hoc cum quibusdam strictius sumas, pro
 consilio peccatorem in communi lapsu & promeritâ damnatione relin-
 quendi, jam objectum ejus est homo creatus & lapsus. Nos autem priori
 & latissimo sensu illud potius accipimus: neque tamen alterum illud de-
 cretum, quod pro objecto habet hominem lapsum, negamus, sed de me-
 diis tantum esse arbitramur ad finem illum ultimum ducentibus. Non
 ergo peccatum solum hominem reprobabilem facit, cum & citra illud ho-
 mo reprobabilis, h. e. ad exercitium justitiæ divinæ destinabilis fuerit,
 omnemque ab æterno Deo prædestinanti objecti fuere tanquam pares.

VII. Neque tamen omnes homines creabiles adæquatum reprobatio-
 nis objectum sunt, sed hi & illi, pro beneplacito reprobantis: & quidem
 multi, tum in se, tum respectu electorum. *Lata est porta & spatiofa*
via

via quæ adducit in exitium, multique sunt qui introeunt per eam. Matth. 7: 13. *Iisque præsertim ex sapientibus & potentibus hujus sæculi. Cernitis vocationem vestram, fratres, vos videlicet non esse multos sapientes secundum carnem, non multos potentes, non multos nobiles. verum quæ stulta sunt mundo elegit Deus ut prædefaciat sapientes: & quæ sunt infirma mundi, elegit Deus, ut prædefaciat valida: & quæ ignobilia sunt in mundo, & prænibili habitu, elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt aboleat.* 1. Cor. 1: 26, 27, 28. *Neque illi solum positiva incredulitate Christum rejecturi, ut Remonstrantes ex falso hypothesis, qua omnes & singulos jubent credere se à Christo esse redemptos, asserunt; unde & gentilibus in peccatis morientibus non aliam quam penitentiam damni decernunt; sed & omnes ex adultis negativè increduli, quanquam nihil unquam de Christo audiverint: hoc enim ipsum de Christo nihil inaudivisse, certissimum reprobationis signum est.* *Qui non credit, jam judicatus est, quia non credidit in nomen unigeniti Filii Dei.* Joh. 3: 18. *Qui Filio non obedit, non videbit vitam, sed ira Dei manet in ipso.* v. 36. *Confiteor tibi, Pater, quod hec occultaveris à sapientibus & intelligentibus.* Matth. 11: 25. *Quemadmodum scriptum est: dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos, ut non videant; & aures, ut non audiant.* Rom. 11: 8. *Deus enim in morte æternâ, per peccatum ingressa, summo jure potuisset omnes relinquere, si voluisset, & revera plurimos in eâ reliquit; quod ex locis Joh. 3: 36.* *Qui non obedit Filio, ira Dei manet in ipso.* 1. Joh. 2: 9. *Qui fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc.* & 3: 14. *Nos scimus nos transivisse ex morte ad vitam, quia diligimus fratres. qui non diligit fratrem, manet in morte,* patet.

conf. c. 40. 9.
de infantibus quid statuerimus?

VIII. *De infantibus fidelium bene sperandum est. Sanctificatus est vir infidelis in muliere, & sanctificata est mulier infidelis viro. alioqui liberi vestri impuri essent. Sed sancti sunt.* 1. Cor. 7: 14. h. e. ad ipsos pertinet promissio, Act. 2: 39. quæ Abraham edita est, *Ego Deus tuus & seminis tui post te.* Gen. 17: 7. *De infidelium autem liberis quanquam nostrum non sit definire, quid Deus pro liberrimâ suâ potestate de iis statuerit, cum tamen talia promissa de iis non occurrant, atque illi extra foedus nascantur, & propter peccatum originale Deo reprobabiles sint, atque adeo nullum signum, ex quo corum electio probabiliter possit colligi, in Scripturâ extet, male Remonstrantes, et si eos cœlo asserere non audent, propter dictum 1. Cor. 7: 14. tamen nullam eorum reprobationem agnoscent; peccatum videlicet originis, propter quod reprobabiles sint, ne gan-*





gantes ; sed medium potius statum & pœnam damni iis assignant : sicut & alii , cum ex veteribus , tum ex recentioribus , illis cœlum addixere ; contra 1. Cor. 7:14. & Rom. 5:14. Sed regnavit mors ab Adamo usque ad Moïsen , etiam in eos , qui non peccaverant ad similitudinem transgressio- nis Adami : qui est typus futuri .

IX. Causa reprobationis efficiens principalis est Deus . Nec dum enim Reproba-
natis , quumque non egissent quicquam malum aut bonum (ut quod secun-
dum electionem est , Dei propositum maneret , non ex operibus , sed ex vocan-
te) dictum est ei : major serviet minori . Sicut scriptum est : Jacobum di-
lexi , Esavum autem odio habui . Rom. 9:11, 12, 13. Argentum impro-
bum vocati sunt , quia reprobavit Jehova ipsos . Jer. 6:30.

X. Et similiter causa ejus impulsiva nulla est præter divinum benepli- impulsiva.
citum . Quem vult indurat . Dices igitur mihi : quid adhuc queritur ? vo-
luntati ejus quis resistit ? Enimvero , ô homo , tu quis es , qui responsas
Deo ? Numquid dicet figuratum ei , qui se fixit : quid me fecisti sic ? Aut
au non habet potestatem figulus luti , ex eadem massa ut faciat aliud qui-
dem ad honorem vas , aliud verò ad ignominiam ? Rom. 9:18, 19, 20, 21.
Pater , occultaisti hec à sapientibus , quia ita tibi placuit . Matth. 11:25, 26.
& Luc. 10:2 1. An non licet mihi facere quod volo in meis ? Matth. 20:15.
Non autem peccatum propriè ejus causa est : hoc enim negat Apostolus
Rom. 9:11, 12, 13. Atque illud post ipsum hoc decretum demum conse-
quitur ; adeo ut ante illud præsupponi , & à Deo prævideri , & causa
ejus esse , non potuerit ; prævisio enim Dei decreto ejus ordine po-
sterior est .

XI. Diversi tamen in hoc decreto Dei actus distingui possunt ; tum
actus Dei ut ~~avengementum~~ & domini , tum ut judicis : tum actus negati-
vus , sive præteritio , tum affirmativus , vel prædamnatio : tum etiam ab-
solitus , tum comparatus , respectu hujus potius quam illius : tum deni-
que considerari hic potest actus Dei vel primus , destinatio videl . ad exer-
citium justitiae , vel secundus , destinatio ad damnationem . Et quidem si
reprobationem sumas pro actu primo , & pro actu Dei ut summi domini ,
hominem ad exercitium justitiae suæ ordinantis , & in donanda misericor-
dia sua liberrimè eum prætereuntis , peccati nulla omnino in eo habetur ra-
tio : si autem eam sumas pro actu secundo , pro actu Dei judicis , hominem
ad damnationem destinantis , pro actu quasi affirmativo , & pro præ-
damnatione , sic adscribenda ea est peccatis : si quidem ea absolute summa-
tur ; cum Deus neminem damnnet , neque etiam damnare decreverit , nisi

peccatorem. *Exsecurati, abiit à me in ignem aeternum, esuriri enim & non dedistis mihi quo vescerer &c.* Matth. 25: 41, 42. *Stipendia peccati mors.* Rom. 6: 23. *Deus tulit in multa longanimitate vasa irae aptata ad interitum.* Rom. 9: 22. *Propter hac enim venit ira Dei in filios inobedientie.* Eph. 5: 6. Si autem idem ille actus rursus comparatè sumatur, & ratio queratur, cur Deus hunc præ illo reprobârit, nullam habet item causam præter merum Dei beneplacitum & *invictus*, sine ullâ præfitione, vel incredulitatis, vel peccati, in hoc homine præ alio. >

*conf. J. 1:4 / 1:2.
Finis, glo-
ria Dei.*

XII. Causa reprobationis finalis est gloria Dei, in declarandâ potestate suâ ac jure, & liberrima voluntate, ac speciatim justitiâ & irâ suâ, in vindicandis peccatis. *Omnes tractat Jehovah ad responsum, etiam improbum ad diem mali.* Prov. 16: 4. *Dicit enim Scriptura Pharaoni: in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem, & ut annuncietur nomen meum in universa terra.* Rom. 9: 17. *Aut an non habet potestatem figulus lutti? &c. v. 21. Volens Deus offendere iram, & notam facere potentiam suam, tulit in multa longanimitate vasa irae aptata ad interitum.* v. 22. *Non licet mihi facere quod volo, in meis?* Matth. 20: 15.


*non vero
damnatio
hominis.*

XIII. Ut mera sit adversariorum calumnia, finem nobis reprobationis aut etiam creationis esse hominis damnationem, atque adeo etiam hominem in tempore esse creatum ad damnationem & exitium aeternum. Aliter enim loquitur Scriptura, Prov. 16: 4. ac finis illius tantum est ostensio gloriæ divinæ in executione justitiæ sue, non vero damnatio hominis propter peccata. Nec enim reprobatio propriè est ad damnationem, sed ad gloriæ divinæ demonstrationem, in justâ peccatorum damnatione; creatio autem, peccatorum permisso, atque hominis propter ea damnatio sunt pariter media reprobationis ad finem illum ultimum ducentia: neque etiam creatio ad peccatum & damnationem ordinata esse dici potest, cum illa omnia instar unius medii aggregati consideranda sint, neque mediis & finis inter se rationem habeant, sed omnia illa pariter unicum, sint medium ad communem finem deducens.

ATTRIBU-
TUM
Reproba-
tionis, quod
si immu-
tabilis.

XIV. *Attributum reprobationis est, quod decretum hoc sit immuta-*
bile; tum ex parte Dei, qui permanet, & semper idem est. Psal. 102: 27, 28. *Ego Jehovah non sum diversus filius.* Mal. 3: 6. *tum ex parte homi-*
norum reprobatorum. *Qui non obedit Filio, non videbit vitam;* & ira Dei
manet in ipso. Joh. 3: 36. *Ex nobis exierant; sed non erant ex nobis: nam,*
si fuissent ex nobis, manifissent utique nobiscum; sed ut manifesti fiant;
quia non sunt omnes ex nobis. 1. Joh. 2: 19. Unde & reproborum certus
& de-





& definitus est numerus, Deo tantum notus. *Et congregabuntur coram eo omnes gentes, & separabit eos, alteros ab alteris, ut pastor separat oves ab ovis.* Matth. 25: 32. *Sed vos non creditis; non enim estis ex ovibus meis.* Joh. 10: 26. vide etiam Rom. 9: 11, 12.

XV. *Signa autem ejus respectu hominum sunt negatio beneficiorum,* *Ejus signa. v. 1. 5.* quæ electionem necessariò consequuntur, ut vocationis, cum externæ, tum præcipuè internæ, fidei salvificæ &c. contra in peccatis induratio & excusatio, denique de misericordiâ divinâ desperatio, & similia; quæ tamen reprobationem non arguunt infallibiliter, nisi ad extremum usque vitæ perdurent. Ut alia hic reprobationis sit ratio ac electionis, cuius quis in hac vitâ prorsus certus esse potest, quod in reprobatione, excepto peccato in Sp. S., locum non habet. Similiter ab alia parte cum eâ consistere possunt dona quædam eximia, ut naturæ lumen, vocatio externa, fides simulata, historica, temporaria & miraculorum. vide Matth. 13: 19. & seqq. ut *gustus doni cœlestis* &c. Hebr. 6: 4, 5.

XVI. Atque hæc quidem hujus doctrinæ summa est, quam brevi *Hæc do-*
compendio ex Scriptura, quæ de eâ parcus agit, traditam adversarii in-
fandum in modum, ut duram, crudelem ac Deo indignam, calumniari
non desinunt: & reproborum adversus Deum suscepτâ causâ, ipsum in-
justum, tyrannum, acceptorem personarum, peccati auctorem, simula-
torem denique immanni convitio criminantur: atque doctrinam hanc ut
consolationi, pictati, & religioni omni inimicam proscindere non ve-
rentur.

XVII. Verum etsi nostrum non sit rationes judicij Dei perscrutari; *littere subli-*
cum hic obtineat illud Davidis: Mirabilis est cognitio pra me, sublimis mis-
est, non valeo ad ipsam pervenire. Psal. 139: 6. & v. 14. ubi se *tremendis mo-*
dis separatum fatetur; atque modum ostendere quo pacto justitia cum
misericordia ejus contemperetur ac conveniat, quæ utraque infinita atque
humano intellectui impervia sunt, & ne singula quidem à nobis perva-
ri possint, multo minus modus ac concursus utriusque; neque etiam Deus
hominibus pro se se respondere teneatur; facile tamen est ab istis hominum
criminationibus Deum liberare, & rationem humanam insanientem ac
obstreperam compescere.

XVIII. Non enim *injustus* est Deus: ut qui neminem damnet, nec *Non facit*
ad damnationem ordinet, nisi propter peccatum, ac ante habitu respectu *Deum in-*
eius; atque sic justitiam suam satis tuetur. Alterius autem generis est re-*injustum,*
probatio, sive præordinatio ad exercitium justitiae suæ, quæ non est actus

ab eorum
crimina-
tionibus
vindica-
tur.

jūdicii, ut damnatio, sed summi dominii Dēi, cuius jus Paulus, ut modō vidimus, Rom. 9: 18, 20, 21, 22. abunde contestatur : ut illud nullo modo, ab homine saltem, qui ex nihilo creatus est, quique ita à Deo creatore dependet, ut ne suus quidem propriè dici possit, in controversiam vocari possit ; cum inter ipsum & creatorem suum tale juris commercium, quale inter homines sibi mutuo æquales intercedit, locum non habeat.


crudelēm, XIX. Nec crudelis est Deus : cum crudelitas oriatur à metu, metus à propriæ imbecillitatis ac alterius potentia conscientia ; quæ in Deo omnipotente, beatissimo, nulliusque egeno locum non habent.

personarum accēptorēm, XX. Nec personarum acceptor : liberrimè enim dona sua distribuit, nec ullâ re hominum movetur, nec quicquam in iis tanti facit, ut ideo huic præ illo gratiam suam largiatur, sed qualescumque externas prærogativas, qua homines à recti ac justi tramite abduci solent, veluti *stercore* reputat. Phil. 3: 8.

peccati auctorēm, XXI. Nec auctor peccati est : cum reprobatio ejus causa non sit; quamquam peccati permissionem decreverit, ut justitiam suam ejus gloriosâ condemnatione ostendat: longè enim illa differunt, peccatum ipsum, & permisso ejus. Et quanquam necessario peccatum atque hominis damnatio ad illud decretum consequantur, illa tamen non nisi interveniente hominis liberâ voluntate & arbitrio, idque ex eodem illo decreto, consequuntur: quod unum ad omnem peccatori excusationem demen-dam sufficit.

inf. f. 22. l. 17. aus. l. 7. p. 2. c. 2. c. 1. l. 25. 175. 1. 2. 25. 27. l. 1. e. 44. l. 14. 45. 31. 3 XXII. Nec simulatorem agit Deus, reprobis nihilominus gratiam suam ac salutem offerendo : præterquam enim quod eadem difficultas adversarios tangat, quorum reprobi non minus à Deo prævisi ac nostri ab ipso destinati sunt, quibus tamen nihilominus salutis & vitæ promissa offerruntur ; valeret hæc objectio, si Deus homines resipiscentes, vel resipiscere conantes, à salute excluderet, eo solo quod æterno decreto ad exitium destinati forent : nunc vero reprobis serio officium eorum proponit, quod facere debent ut vitam habeant, & serio ipsis illam conditionem offert, in quâ cum ipsis deficiant, nullâ equidem simulatione falluntur.

nec querēta homini causa est, XXIII. Nec habent quod querantur improbi, vel *impotentiam suam* causentur, & immite ac crudele fatum accusent, quod ferreā veluti vi ipsis constrictos teneat, quo minus officium faciant : valerent enim ista, si vel per subtractionem virium injustè factam, vel per impedimentum actionum externalium, manente nihilominus inclinatione ad ipsos actus, pec-









peccarent: nunc vero & liberrimè & summa cum delectatione peccant, & naturæ suæ semina sequuntur, ac protervè gratiam Dei conculcant, nec aliter secum sese rem habere velint. Ut, si qua hic querela audiatur, illa sit servi istius nequam & *μητιμοίς*, qui dicit Domino: *noveram te hominem durum esse, qui metas ubi non sevisti, & inde cogas ubi non sparsisti* &c. Matth. 25: 24. cui respondendum est ex Esaï. 5:4. *Quid faciendum amplius vineæ meæ, quod non fecerim in eâ? quare, exspectavi ut fructueret uvas & fæcit labruscas.*

XXIV. Nec etiam *consolationi* vel *pietati* hæc doctrina inimica est: nam contra nihil aliud æque afflictum animum solari potest, quam quod Dei amorem æternum & immutabilem, & decretum ejus de æterno hominum statu certum ac immobile esse cogitemus; quæ illi omnia versabilia & ab incertâ hominis fide ac perseverantia pendentia statuunt. Atque si quis jam electionis suæ signa in se ipso deprehendat, maxima hinc consolatio orietur: sin eam non deprehendat, ad salutis suæ studium acuetur; cui si digno affectu incumbat, ad sensum amoris divini & summam in hac vita *consolationem* sensim proficiet; si vero illud negligat, & veluti re desperatâ omnem salutis curam abjiciat, atque illam tanti non ducat, ille vero ne minima quidem consolatione dignus est, atque eâ justissimè carebit.

XXV. Denique si nihilominus *dura* & humano intellectui gravis videatur hæc doctrina; hoc ipsum non erroris, sed veritatis in eâ argumentum est, cum eandem invidiam passa sit Apostoli de hoc capite doctrina. *Quid igitur dicemus? numquid injustitia est apud Deum? abfit.* & : *Dices igitur mibi: quid adbuc queritur? Voluntati enim ejus quis resistit?* Rom. 9: 14, 19. Quam accusationem cum adversariorum doctrina non sustineat, quæ ad captum humanum tanto artificio *accommodata* est, demto & negato quicquid in hoc fidei capite triste & *immobile* & humano intellectui ingratum occurreret (quod ipsorum etiam in reliquis fidei capitibus perpetuum studium fuit, unde quicquid in fide mysticum ac sublime erat abnegando religionem tandem omnem corruperunt atque emascularunt) hoc ipsum non levem erroris suspicionem contra ipsos præbet.

*nec consola-
tioni vel
pietatis
inimicæ.*

*Ejus ut dia-
re accusa-
tio, verita-
tis argu-
mentum.*

C A P U T X L .


De Erroribus circa Prædestinationem.


Huic doctrina aduersantur **I.**  Xplicatâ Ecclesiâ de æternâ Dei Prædestinatione doctrinâ & fide, sequitur præcipuorum circa eam errorum *ανεπιστήμη & ἀλεξίς.*

(missis Origenistis) **II.** Atque inter veteres; ut *Origenistarum* somnia de animarum antequam corporibus unirentur in cœlo statu & earum demeritis vel bonis vel malis, unde earum prædestination ad vitam vel mortem *Pelagiani.* consecuta sit, prætermittam; damnandi ab unâ parte *Pelagius & Pelagiani*, qui prædestinationem à prævisis hominis meritis & operibus, quæ per liberum voluntatis suæ usum patraturus erat, suspendebant: quo au- rigabantur reliquæ eorum hypotheses, in negando peccato originali, simili- literque efficaciâ gratiæ divinæ, & afferendis naturæ humanæ viribus, ac perfectione hominis in hac vita. Quæ à Pelagio, Cœlestio, Juliano, eo- rumque sequacibus, asserta, ab Augustino, Prospero, Fulgentio, aliisque Ecclesiæ doctoribus potenter dejecta sunt.

Massilienses Semi-pelagiani. **III.** Secuti hos sunt *Massilienses*, Pelagianæ hæreseos tradux, qui, mutatâ paulisper vèlificatione, admittebant quidem peccatum originale, & gratiam Dei; cui saltem initium boni in homine adscribebant; in quo à Pelagio differebant: tamen Deum, cum in animo haberet universis hominibus sine exceptione gratiam suam & salutem per Christum offerre, prædestinationem ac electionem ordinasse statuebant, prout prævidebat hos vel illos credituros, & in bono perseveraturos; continuationem enim in bono liberi arbitrii viribus, per bonum usum gratiæ, à Dco, in ejus initio videl. jam datae, cum Pelagio rursus adscriberant: sicut & par- vulos hoc pacto prædestinatos volebant ex prævisâ eorum fide vel infide- litate, si ad idoneam ætatem supervixissent: & ut admonitionibus locus esset, prædestinatorum numerū augeri & minui posse docebant. Hic *Semi-pelagianismus* erat, qui utcunque se tegebat, salutem tamen non ex salvante, sed ex iis qui salvantur, deducebat; unde ab Ecclesiâ constanter rejectus est.

Prædestinatiani. **IV.** Ab altera parte repudiandi sunt *Prædestinati*, seu *Prædestinationiani*, si modo tales in V. Ecclesiâ unquam fuerint hæretici, statuentes, piè vi- ven-





ventibus non prodesse bona opera, si ad mortem prædestinati sint; nec improbis obesse flagitiosam vitam, si ad vitam fuerint electi. Meminerunt eorum Gennadius Massiliensis, Hincmarus, Godscalci adversarius, quem istius videl. hærefoes invidiâ pariter gravabant, A. C. 840. Sigebertus Gemblacensis, in Chronico ad A. C. 415. ac nuper in scenam rursum eos produxit Jacobus Sirmonodus Jesuita, ex auctore anonymo M.S.S. à se edito.

V. Verum hæreticos tales in Ecclesia nunquam fuisse, sed ipsam Augustini doctrinam ab adversariis, quo eam cum orthodoxis suis sectatoribus odiosam redderent, hoc infami titulo traductam esse, à viris doctissimis, non solum ex nostris, verum ex ipsis quoque Pontificiis, multis argumentis, hic brevitatis causa non repetendis, pridem demonstratum est, & simul turpis Sirmundi impostura, qua ementitum auctorem in sua ipsius officina cursum orbi propinare & scruta sua divendere conatus est, in lucem protracta. Ut causam non habuerint Remonstrantes, quod avide adeo calumniam hanc exciperent, nobisque istam videlicet hæresin in veteri Ecclesia damnatam objicerent.

VI. Sequuti sunt sequioribus saeculis Scholastici; quorum alii aperte ad Pelagium deflectunt, prædestinationem ex previsorum meritorum & bono liberi arbitrii usu suspendentes; alii excogitatis diversarum distinctionum strophis, praesertim inter prædestinationem ad gloriam & ad primam gratiam, quarum priorēm operibus, alteram divino beneplacito deputant, verum ita, ut reliqui gratiae effectus rursus hominis viribus & meritis nitantur, non satis se expedient.

VII. In duas autem præcipue partes ac familias divisi fuere, Domini canonum nempe & Franciscanorum; quorum lites & controversias callido consilio præteriit Concilium Tridentinum, & argumentum hoc generalibus & ambiguis verbis comprehendit. Hodie Pelanianis & Semi-pelanianis accedunt Scotista & Jesuita plerique, atque istas partes contra Thomistas, Dominicanos & Jansenistas acerrimè tuentur, & de veritate veluti victa, ac ipso Augustino, tantum non damnato, triumphant: sed in glorio triumpho: quemque revera in maximam sui cladem vertere quotidie magisque experiuntur.

VIII. Pessimè autem imprimis sentiunt Sociniani, qui sic procedunt: Prædestinationem primò distinguunt, vel potius divellunt ab electione, & ante mundum conditum factam esse statuunt; atque esse decretum Dei generale, quo statuit credentes & mandatis Euangelicis obtemperantes fal-

*Quales tam
men hæreti-
cici in Ec-
clesia non
fuerunt.*

inf. 1/21.22.

*& quidem
duplici
classe.*

conf. 1/21.19.

conf. 1/21.19.

Sociniani.

conf. 1/21.22


salvare, atque inobedientes damnare, non denotatis tamen certis personis in individuo; quippe cum futurorum præscientiam Deo auferant; ita ut prædestinatio illis sit potius rei, quam personarum, conditionis, quam hominum. *Electionem* autem fieri in tempore volunt, ubi quis videlicet credit: quia autem electi desicere possunt, ea ipsis totâ vitâ infirma & conditionalis est; donec Deus aliquos ad finem perseverantes electione demum firmâ & peremptoriâ beat. Prædestinationem, quam sic ab electione distinguunt, à mero Dei beneplacito, talem vitâ donandæ conditionem eligentis; electionem autem à bono liberi arbitrii usu, deducunt. Plura dicere omittimus.


IX. Quæ insana dogmata, è Pelagii lacunis hausta, multa præterea absurdâ invehunt: ut inter alia electionem quandam *indefinitam*, quæ nihil de personis singulatim statuerit, quod Deus ne quidem potuerit, cum futurorum præscientiâ careat; quaque omnes non magis ad vitam quam ad mortem prædestinati intelliguntur. Contra dictum Eph.1:4,5. *Sicut elegit nos in ipso ante fundationem mundi, ut essemus sancti & inculpari in conspectu ejus in charitate; dum definitivit nos ad adoptionem filiorum per Jesum Christum ad se, secundum beneplacitum voluntatis sue.*

X. Pariter inferunt illa electionem *conditionatam* ac mutabilem, quæque, cum ex hominis obedientiâ pendeat, tota in hominis potestate sit, qui potius se ipsum eligere & discernere dicendus est, cum in eo prorsus sit vel eligi vel non eligi, imo cum pro arbitrio suo Dei electionem refugere & mutare possit: contra dictum Act.15:18. *Nota à seculo sunt Deo omnia opera ejus.* Ut Deo nihil prorsus relinquatur, quam conditionis istius electio, & viæ ad salutem ducentis manifestatio. Ut decreta temporaria & horaria, atque alia istius sententiæ probra omittam.

XI. Pariter aberrant *Anabaptistæ*, qui illud ex Pelagii scholâ de electione conditionatâ & incerta etiam servant; atque decretum de dandâ certis personis salute non aliter à Deo factum esse, quam intuitu fidei ac perseverantiæ statuunt; electionem autem ipsam, quæ firma & immutabilis sit, in tempore fieri; unde consequenter nullos agnoscent ad salutem electos nisi adultos, eosque non ante mortem, nullos vero in infantia morientes. Atque simili modo de reprobatione quoque sentiunt.

Lutherani, triplex classe. XII. Nec satis recto pede incedunt *Lutherani*; qui pariter suos errores hic habent. *Crassissimi* inter ipsos æternum in Deo consilium de omnium hominum salute per Christum fide apprehendendum atque adeo universalem electionem statuunt; quæ nitatur tribus veluti fundamentis,





tis, universali Dei misericordia & amore, universalis Christi merito, & universalis vocazione : quorum coryphaeus fuit *Huberus. Crassiores*, ut *Jacobus Andrea, Hunnius, Mylius* &c. electionem à fide prævisa suspendunt, cum Pontificii aliisque urgeant prævisa opera; & mortem Christi omnibus vindicant; atque electionem mutabilem faciunt, volentes numerum electorum augeri & minui posse : cum longè aliter docuerint primi Reformatores usque ad *Ægidium Hunnum*, circa A.C. 1580. & *Lutherus* hominem ut nondum lapsum consideraverit, nedum ut fidellem, quod faciunt degeneres ipsius discipuli. *Saniores* nobiscum faciunt, nisi quod nullam reprobationis causam præter peccatum agnoscant ; & in ordine potius decretorum , quem non satis benè disponunt, quam in re ipsa impingant.

XIII. Verum multipliciter errant, præsertim priores illi. 1. ponunt *Varii horum errorum res.* falsum fundamentum universalis Dei atque Christi misericordiæ, in vocandis ac salvandis hominibus. 2. cui necessario subjungunt voluntatem antecedentem, qua omnes illos elegerit; cuius voluntatis implatio à voluntate humanâ prorsus suspenditur; & consequentem qua voluit tantum salvare fideles & damnare infideles. 3. perperam decreta ordinant, cum volunt Deum prius decrevisse Filium dare, antequam reprobaret vel eligeret. 4. Nec recte loquuntur, cum dicunt Deum paratum omnibus, qui verbum audiunt, largiri fidem & Spiritum, nisi ei resistant: ita enim fides ab hominiis arbitrio suspenditur, atque homo ipse salutis suæ architectus & faber constituitur; cum ipsi tamen omnia gratiæ tribuant. Semper enim manebit quæstio, quid hominem discernat ab alio, & cur gratiam oblatam accipiat vel repudiet hic magis quam ille. Si homini hęc tribuamus, jam Pelagio accedimus: si Deo, quod & ipsi faciunt, jam elec̄tio universalis & voluntas conditionata prorsus concidunt. 5. Nec ipsorum fides prævisa magis stare potest. Nam vel previdit eam Deus ex nobis orituram, vel à se donandam: prius non admittent adversarii; tum enim homo salutem suam sibi ipsi deberet. *Quis te discernit? quid autem habes quod non receperis? quod si etiam accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* 1. Cor. 4:7. *Gratia salvati estis per fidem.* & hoc non ex vobis. *Dei donum est.* Eph. 2:8,9. *Deus enim est, qui operatur in vobis & velle & operari, propter beneplacitum.* Phil. 2:13. Si autem posterius, sicuti asserunt, atque hoc à Remonstrantibus sese distinguunt, Deum quidem elegisse hominem ex fide prævisa, sed quam ipse Sp.S. productus foret, jam sibi obloquuntur: nam hoc pacto electio fidei causa est,

non vero fides , utcunque prævisa , causa electionis , verum ejus effectus . Si vero electionem secundum præscientiam fidei perseverantis factam dicentes , ut in nupero colloquio Cassellano loquebantur , intelligunt de fide perseverante antecedenter ad ipsam glorificationem , concedi hoc potest ; non verò si eam ipsum prædestinationis decretum præcedere velint : cum econtra ex illo fides ipsa , & quicquid in nobis boni est , dependeat .


6. Atque *aristoteles* præsertim loquentur , cum ab una parte electionis in fidelium animis certitudinem docent ; & nihilominus electorum numerum mutabilem ponunt : quod tamen in colloquio Cassellano mitigare annisi sunt , ubi affirmabant , excidere posse *sanc&tificatos* , non vero *electos* secundum præscientiam fidei : in quo haec tenus bene , quod amorem Dei & consilium ejus immutabile faciebant ; verum male fidem ab electione divellebant , ac si non omnis fides foret electorum , nec omnis perseverans , neque etiam omnes Dei Spiritu sanc&tificati atque ab eo apprehensi forent electi .

XIV. Verum et si non leviter in hisce cespitent Lutherani , longè tamen alia erroris ipsorum facies est ac Remonstrantium , quibus se se accenferi quoque non patiuntur . Cum si alicubi in dogmate tam sublimi aberrant , errorem prospere non sinant ; & sicubi ille maximè virus suum exereret , ut in negotio de gratiâ & libero arbitrio , mox obicem illi posnant , atque omnia in solidum gratiæ denuo adscribant . Quanquam hoc ipso tamen sibi ipsis sèpius obloquantur , atque *aristoteles* doceant ; quod in hoc argumento non semel ipsis accidere necesse est .

Arminianus. XV. Succedunt ultimo loco qui hanc controversiam postremum tantis animis renovarunt , à duce suo *Arminio* dicti *Arminiani* ; atque à Remonstrantiâ , seu libello supplice , Ordinibus Hollandiæ A.C. 1610. oblatto , cui summa doctrinæ suæ de prædestinatione & capitibus annexis quinque articulis incluserant , *Remonstrantes* appellati . Quorum articulorum hæc erat summa : non posse soli gratiæ acceptam ferri singulorum electionem divinam , donationem Christi in mortem , vocationem ad salutem , & perseverantiam in amore Dei ; sed salvandorum ac damnandorum discrimen à libero ac recto usu communis istius gratiæ , quæ etiam aliis non salvandis æque præsto sit , præcipue pendere .

(*Contro-*
versia ori-
gini.) *& erroris*
processus) XVI. Primarius autem articulus fuit de Prædestinatione ; quæ malè intellecta ceteros quoque errores secum traxit . Negatâ enim tali prædestinatione , quæ solius Dei liberum opus sit , quæque singulares quoque homines respiciat , eorumque salutem atque omnem ejus ordinem immobili





bili decreto disponat; negatur simul pro certis hominibus Christum in mortem esse traditum, eosque Deo reconciliasse; negatur quoque divinæ gratiæ ex æternâ ista prædestinatione efficacia; atque omnis denique perseverantia tollitur, & hominis arbitrio ista omnia transcribuntur. Prædestinatione verò divinâ rite agnita, reliqua ista beneficia, tanquam media ex eâ profluentia, simul agnoscantur.

XVII. Primam autem controversiam movebant de voce *Electionis*, an illa ex usu Scripturæ æternum Dei de gratiæ suæ dispensatione decretum denotet, an verò actualem salvandorum in tempore segregationem; quod potius volebant Remonstrantes, quia videlicet nullam ponebant electiōnem peremptoriā, atque ita per electionem ad gratiam nihil aliud quam externam vocationem intelligebant. Quanquam autem actualem segregationem illâ voce nonnullis locis denotari agnoscamus, quibus tamen æterni decreti consignificatio pariter includitur, attamen frequentius pro æterno electionis consilio illa vox in Scripturis venit; ut sine omni controversiâ ex loco Eph. 1: 4. *Sicut nos elegit in ipso ante fundationem mundi*, appetit: cui similes sunt alii. *Sic ergo & in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ existierunt*. & *Electio consecuta est: reliqui verò occalluerunt*. Rom. 11: 5, 7. *Ut, quod secundum electionem est, Dei propositum maneret*. Rom. 9: 11. *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi*. Matth. 20: 16. & 22: 14. *Vindicabit Deus electos suos*. Luc. 18: 7. *Quis accusationem intentabit Electis Dei?* Rom. 8: 33. *Indumenti, ut electi Dei, visceribus miserationum*. Col. 3: 12. *Omnia perfero propter electos, ut & ipsi salutem consequantur*. 2. Tim. 2: 10. *Paulus Apostolus secundum fidem electorum Dei*. Tit. 1: 1. *Cum agno sunt vocati & electi & fideles*. Apoc. 17: 14. Sicut & voces Synonymæ *προετοπίας, πειθαρίας, πείρων* disertè præ-existentem & æternam Dei actionem notant.

XVIII. Maximè autem aberrant circa rem ipsam: ubi præcipiuus error est; conditionem in homine ad electionem prærequisitam, & veluti causam ejus esse fidem, inquit eâ perseverantiam; & similiter reprobationis causam unicam esse in homine, infidelitatem ejus & perseverantem contra Euangelium contumaciam.

XIX. Atque ex hoc errore reliqui profluxere: hinc enim factum est, quod, conceptu admodum vago & indefinito, voluntatem Dei de servandis fidelibus, in fide ejusque obedientiâ perseverantibus, totum electionis decretum esse volunt; & rursus voluntatem de infidelibus perse-

Altera de re ipsa fidem, de nempe & infideleitate prævis


errorum profluxus.


verantibus sub irâ relinquendis & æternum damnandis, esse totum reprobationis decretum. Quodque electionem & reprobationem statuerunt multiplicè, nec unius generis; aliam *indefinitam* & *generalem*, aliam *definitam* & *particularem*, eamque vel *incompletam* & *non-peremtoriam*, vel *completam* & *peremtoriam*, *revocabilem* vel *irrevocabilem*; *absolutam* aliam, aliam *conditionatam*; aliam *ad gloriam*, aliam *ad gratiam*, aliam *ad salutem*, aliam *ad fidem*. Quod denique subjectum prædestinationis tam arcte circumscrubunt, nec ullos prædestinatos agnoscent, nisi quibus gratia Dei in tempore oblata est; atque adeo infantes, surdos, amentes, rabirosos & plerosque gentiles ab eâ excludant.


XX. Primum autem eorum errorum, & qui reliquorum in hoc argumento caput est, quod attinet, Deum, dicunt, hominem in eligendo considerasse non simpliciter ut hominem, sed ut fidelem; fidem, si non ut causam, saltem ut conditionem prærequisitam, & Deum moventem, considerantes: unde eam electionis fructum, ex ea promanantem, negant esse, sed electioni eam præstruunt; & hanc unicam causam dant, cur Deus hunc præ illo elegerit, quod in hoc præviderit conditionem fidei, in illo non: ut omnia tandem in hominem & fidem ejus prævisam, quam tantopere sonant, recedant: qui merus Pelagianismus est, dum à bono liber arbitrii usu, quoconque nomine, sive prævisorum operum, ut Pelagius loquebatur, sive fidei, ut Massilienses Semi-pelagi, hic utantur, omnia tandem suspenduntur.

Qui redarguntur ex Scriptura.

XXI. Repugnat vero his erroribus S. Scriptura, quæ longè alium rerum ordinem in divinâ prædestinatione nobis ob oculos ponit, & Deum aliter decernentem & de humano genere liberrimè disponentem introducit. Nam 1. electionis causa ibi nulla alia statuitur, quam Dei propositum, beneplacitum & mera gratia. *Occultasti hac sapientibus, & revealasti infantibus; quia ita tibi placuit.* Matth. 11: 25, 26. *Ne metue, parve gress, in evanescere iustitiam, quia beneplacitum est Patris vestri dare vobis regnum.* Luc. 12: 32. *Salvos nos fecit & vocavit vocatione sancta: non secundum opera nostra, sed secundum proprium propositum & gratiam quæ nobis data est in Christo Je, n ante tempora saecularia.* 2. Tim. 1: 9. *Nec dum natis: quumque non egissent quicquam malum aut bonum (ut, quod secundum electionem est, Dei propositum maneret, non ex operibus, sed ex vocante) dictum est ei.* Rebeccæ: major serviet minori. *Sicut scriptum est Jacobum dilexi, Esavum autem odio habui.* Rom. 9: 11, 12, 13. *Mos enim dicit:* (Exod. 33: 19.) *Gratiosus ero, cui gratiosus ero; & miserebor,* cuius









enjus miserebor. Ergo igitur non volentis est, neque currentis, sed gratificantis Dei. Ergo igitur, cui vult, gratiosus est; quem autem vult, indurat. Ibid. v. 15, 16, 18. 2. Atque homini omnis prorsus dignitas adimitur. Non in justitia tua & rectitudine cordis tui tu venis ad hereditandum terram eorum &c. Deut. 9: 5, 6. Effosio tua & genitura tua ex terra Canaan si est: pater tuus ille Amorreus, & mater tua Chittae. Ezech. 16: 3. Rom. 9: 11. 3. Quin fides, obedientia, perseverantia, & quicquid in ipso boni est, amore atque electione Dei posteriores, atque ejus fructus dicuntur. Elegit nos, ut essemus sancti & inculpati in conspectu ejus in charitate; dum definitivit nos ad adoptionem filiorum. Eph. 1: 4, 5. Quotquot acceperunt eum, dedit eis facultatem, ut filii Dei fierent, h.e. ut pro filiis Dei se gercent, vel tanquam Filii Dei agerent apud Deum. Joh. 1: 12. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu propter bona opera, que ante preparavit Deus, ut in iis ambularemus. Eph. 2: 10. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet. Joh. 6: 37. Sed vos non creditis, non enim eftis ex oibis meis. Ibid. c. 10: 26. Paulus Apostolus secundum fidem electorum Dei. Tit. 1: 1. Et crediderunt quotquot erant οἰκουμένοι ordinati ad vitam eternam. Act. 13: 48. Quos pranovit, etiam prædefinitivit conformes imaginis Filii sui ad hoc, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Rom. 8:29. Exceptiones corum ad præcipuos horum locorum omittimus.


XXII. Verum, obstat etiam universæ religionis analogia; cum talis ex fidei fit hæc prædestinatio, ut præcipua fidei capita non uno modo infringat, & in Deum hominesque pariter iniqua, ac Deo summopere indigna sit. Elec̄tio enim illa, quam adversarii docent, talis est, ut magnam hominum partem excludat, infantes videlicet & immaturâ morte interceptos, de quibus Deus nihil gratiosè decreverit, imo ut ne quidem omnes verè conversos, & in seriâ conversione morientes, qui non aliquandiu perseveraverint, & conversioni suæ supervixerint, admittat. Deinde, ubi jam facta ponitur, perpetuo incerta & mutabilis est, cum à re incertâ & mutabili, fide videlicet & perseverantiâ hominum, dependat; quod decretis Dei indignum est, & Apostolo contradicit.. *Firmum Dei fundamentum stat, habens signaculum hoc: novit Dominus, qui suis sunt.* 2.Tim.2:19. Ut quod secundum electionem est, Dei proposum maneret, non ex operibus, sed ex vocante. Rom. 9: 11. Imo, cum hominem ad finem usque perseverantem & in fide morientem pro objecto habeat, potius post destinatio quam præ-destinatio dicenda erit. Denique nihil ex eâ boni ad hominem profluit, nec tam electio, quam per fidem ad Deum acceden-

tium admisſio & acceptio eſt: ut nihil magni adeo momenti contineat, cur magnifico iſto gratiæ nomine venire debeat.

XXIII. Utque Deo hominique non uno modo injuria eſt, & amo-rem ac gratiam ejus tollit vel inanem reddit, ita præfertim corrupto ho-minis ſtatui unicè ad blanditur. Quicquid enim de gratia ut auxilio Dei adverſarii cavillentur, cauſa tamen cur communi iſta gratiâ Petrus me-lius uſus fuerit, ex. gr. quam Judas, foli homini deputanda erit. Ut talis clectio gravifſimum religionis caput de gratiâ Dei vel maximè violet, & corruptæ naturæ mirificè ſupparafitetur.

XXIV. Et vero ex iſto capite venenum traxit universa Remontran-tium Theologia, nec quicquam fani in eâ ſuperereſſe potest: non enim ſolum in decretis Dei explicandis haſerunt, in qua ſublimi materiâ excuſatiuſ peccarent, ſed, derivato hinc errore, naturæ corruptionem, Dei gra-tiam, & quicquid in ſalutis mysterio præclarum ac maſculum eſt enerva-runt: atque iſipsum fiduci noſtræ apicem, justificationem hominis peccato-ris coram Deo, quo omnis religio collimat, atque ubi unicè vim ſuam ex-plicare debet, defoedarunt, & ſimiſ labi infecerunt; dum objec̄tum elec-tionis ad vitam posuerunt tale, quod neceſſario infert justificationem, non ex merito Christi imputato, ſed ex novæ obedientiæ operibus ad fi-nem uſque præſtitis; unde Christo in electione talem quoque ordinem aſſignarunt, qui hiſ erroribus conveniret; nec tam Christum & ejus meri-tum, quam fidem in Christum & obedientiam in eum, nec tam Dei, ac quidem hominis iſpius opus in electionis ac ſalutis negotio conſiderant.

XXV. Perperam autem ordinem executionis cum ordine intentionis confundunt, cum urgent, quales Deus in tempore ſervat & perdit, tales ab æterno ſervare vel perdere decreviſſe; folos autem in fide perfeverantes in tempore ſervare. Alius enim eſt ordo executionis, & diversæ ibi cauſæ intercedere poſſunt, quæ tamen in ipſo decreto Dei locum non ha-bent: quæ non ſatis diſtinguunt adverſarii; atque hic perpetuus iſporum, in hac materia paralogismus eſt. Reliquorum errorum ſecundariorum conſutationem nunc miſſam facimus,



a *Citca*, orationes omnes in genere ejus
attestatae esse a Rt Belcamp. H. Cap.
Mornant.

LOCUS QUINTUS

De C R E A T I O N E.

C A P U T X L I.

De Creatione in genere.

I.  Xposito Dei consilio, quo res omnes ante sæcula OPERUM sibi objecit easque deformavit, & velut è longin- DEI EX-
quo in penitissimo sacrario suo adorato numine, TERNO-
progrediendum nunc ad opera ejus externa, & ex RUM
ista immensæ æternitatis caligine transcendum ad
tempus, atque ad illa quæ Deus secundum consi-
lium suum in tempore facit & operatur; in quibus
sese proprius mortalium oculis conspicendum præbuit. *Deus noster in ca-*
lo est, quicquid voluit fecit. Psal. 115: 3. *Omnia operatur secundum con-*
silium voluntatis sue. Eph. 1: 11.

II. Externa illa opera duo sunt: *Creatio*, & *Providentia* actualis. Pri- Primum
mum omnium est creatio; in qua ex æternitate suâ primum prodit Deus, CREA-
& omnium eorum, quæ ab æterno sapientissimè molitus est, executio- TIO.
nem orditur. De qua primo agemus in genere, tum in specie.

III. Mundum hunc à Deo conditum esse, cum *Dei*, entis perfectissimi, Mundum
præter quem nihil esse potest, quod ab ipso non sit & dependeat; qui- conditum
que solus habet existentiam necessariam: tum ipsius mundi, qui sese tam
posse non esse quam esse, & per se tantum possibilis esse existentia, at- esse doceat
que adeo se ab alio factum & productum esse, proclamat, natura abunde
testatur.

IV. Quod speciatim in præcipuis ejus partibus appetit: res enim cor-
porales, cum actuositatē nullam habeant, sed ab aliis moveri atque affi-
ci debeant, multo minus seipſas producere potuerunt: res autem spiri-
tuales, et si in sese aliquam agendi potentiam deprehendant, nullius ta-
men creandi potentia sibi conscientiae sunt, adeoque nec illam possident;
alioquin si eam in sese deprehenderent, omnes illas perfections, quas sibi
deesse sentiunt, sibi ipsis præcipue darent, adcoque omnes forent perfe-
ctissimæ,

Etissimæ, utpote à nullâ externa causa cohibitæ & limitatæ. Adeo ut hæc ipsa rerum omnium imperfectio alium mundi atque originis nostræ auctorum extra nos, qui singulas creaturas in proprio ordine ac sede in hoc rerum creatarum universo collocavit, singulisque proprias perfectiones dedit, manifestò ostendat.

*Tutius tam
men fides.*

V. Atque ita ex ipsa ratione mundi hujus creatio non difficulter ostenditur. Tutius tamen & compendiosius eam fides nobis exhibet. *πίστη νοήσις μετανοεῖ, fide consideramus aptata esse secula verbo Dei &c.* Hebr. 1:3. Quanquam enim ex ipsis rebus creatis ea pateat, atque hic articulus ex eorum genere sit, quæ simul sunt *πίστη ψάχνη ἀποστολή*; attamen *νέοις* & consideratio illa, quæ homini naturali & corrupto defuit, per verbum Dei & fidem ejus in nobis excitatur.

*Quod osten-
dum Phi-
losopho-
rum erro-
res.*

V I. Quod apparuit ex Philosophorum erroribus: quorum alii, magnifici adeo operis admiratione perculsi, mundum atque immensum hoc, quod videmus & palpamus, ipsum esse Deum dixerunt, ut *Plinius*: ali et si auctorem aliquem hujus mundi faterentur, non recte tamen ad eum assurgere valuerunt: sed, cum ex nihilo nihil posse fieri arbitrarentur, isto axiome decepti, vel mundum hunc æternum esse docuerunt, quæ *Aristotelis* sententia fuit, qui Deum non efficientem, sed finalē mundi causam statuit. Cum autem inde sequeretur, posita hæc mundi dispositione, infinitus atque æternus animarum numerus; *Pythagoras*, ista difficultate victus, animarum *μεταμόρφωσιν* commentus est, quem plures philosophi secuti sunt: vel contraria via cum *Epicuro* mundum nec æternum, nec eundem semper esse dixerunt, sed cum ex atomis sèpius construxerunt, atque in easdem rursus dissolverunt; & non Deum, sed casum mundi architectum fecerunt; unde neque Dei, neque etiam propriè hominum causa eum factum voluerunt. Cum tamen opus adeo magnum atque elegans longè aliis quam fortunæ manibus extructum esse, vel cœcuenti pateat.

*Quibus
principiis
medetur
Verbum
Dei.*

VII. Ex hoc autem labyrintho non datur compendiosior exitus, quam apprehenso filo verbi Dei; quod hac in parte laboranti hominis corrupti rationi succurrit, eamque firmat ac fulcit. Sicuti Moses sine ulla ambagiis creati mundi originem atque natales initio sacræ histriæ pandit, & brevibus verbis infinitas ac molestissimas hominum cogitationes & quaestiones in hac materia præscindit; cuius rudera ac reliquæ quædam in philosophorum atque poëtarum scriptis adhuc hodie extant.

VIII. Cre-

VIII. Creatio in Scripturâ , per verbum **בָּרָא** expressum, notat CREA-
propriè productionem rei novæ , atque adductionem ejus ex non esse ad TIO est
esse, idque per meram vocationem & imperium Dei : ut hic omnis alia productio
causa operans præter Deum excludatur ; sive ea res ex nihilo , sive ex ma- per imper-
teria qualicunque facta sit (illud enim non ex vi vocis , sed ex loci & rei
circumstantiis judicandum est;) pari enim modo & potentia utrobique
Deus agit , solo nempè jussu ac imperio suo, vocando res quæ non sunt,
tanquam forent. Atque ita creatio *vocatio* dicitur. *Credit Deo, qui vo-*
citat, quæ non sunt, tanquam sunt. Rom. 4:17. qua vocatione illud quod
Deus vocat, eo ipso præsto est, & ad nutum ejus comparet : & ita creatio
tanquam adductio rei per solum Dei imperium passim describitur.
Aptata sunt secula verbo Dei. Hebr. 11:3. *Omnia fert verbo potentiae*
sua. Hebr. 1:3. *Et dixit Deus, existat lux;* & exsistit lux. Gen. 1:3.
Ipse dixit, & exstitit: ipse praecepit, & stetit. Psal.33:9. *Non pane solo vi-*
vit homo, sed omni eo quod exire ex ore Domini. Deut.8:3. *Solum loquere*
verbum, tantum verbo jube, & sanabitur puer meus. Matth. 8:8. *Qui*
vocat generationes à capite. Esai. 41:4. *Quicquid voluit, fecit.* Psal.
115:3. *Tu condidisti omnia, & propter voluntatem tuam sunt, & condita*
sunt. Apoc. 4:11.

IX. Solet autem creatio bifariam considerari, *activè* & *passivè*. Priori
modo de Deo , posteriore de creaturis usurpatur.

X. *Activè* considerata non differt ab ipsa Dei essentia , vel volitione *Creatio*
ejus. Non enim concipi debet vis aliqua à Deo veluti exire , vel mundus *considera-*
hic creatus esse per virtutem à Deo distinctam : hoc enim cum Dei perfe-
ctione atque immutabilitate pugnat ; nec concipi posset , qualis hæc vis
foret, an finita an infinita , an creata an vero increata ? Est autem hic ni-
hil aliud quam ipsa Dei essentia , considerata in suâ actuositate æternâ,
qua omnia decrevit , voluit & ut in tempore essent effecti : quæ ejus æ-
terna voluntas & efficax jussio est ipsa rerum creatio: neque hic quicquam
aliud intervenit vel accedit, sed per eam solam in tempore factus est
mundus ; ita ut ipsa creatio hoc pacto æterna sit, quatenus ille jesus & illa
voluntas Dei æterna sunt ; quanquam nihilominus tum demum creatio
appelletur , cum consideratur in actuali suâ tendentiâ & relatione ad
objecta , scilicet cum coexistentiâ effectus sui in tempore : & sic creatio for-
maliter est in tempore , quanquam alioquin re ipsa ab æternâ Dei volun-
tate, ut vidimus, non differat.

XI. Creatio *passiva* consideratur in creaturis, & per modum mutatio- & *passivè*,
M m nis

nis in iis concipitur, quatenus creatura per efficacem Dei voluntatem iussa existere jam existit, & à non esse transit ad esse. Quæ transitio non dicit aliquid diversum ab essentia creaturarum, sed dicit ipsum earum essentiam, in quantum ea dependet in ortu suo à Deo, adjecto ei duntaxat modo considerandi. In Deo autem nulla omnino mutatio est, utpote qui semper manet in statu æternæ suæ immutabilitatis & quietis, & cui ex creatione nihil accedit nisi relatio & denominatio externa, qua ad creaturas à se conditas refertur.

*Mundum
conditum
ex Ni-
hilo,
Scriptura
docet.*

*Cui non
repugnat
ratio.*


*CAUSA
creationis:
solus Deus.*

XII. Quum ergo creatio per solum Dei iussum & merum vocantis imperium facta sit, non ex aliquâ præjacente materia, sed ex nihilo mundum hunc creatum esse apparet: cum Deus, ut infinitum agens, nulla ad operandum materia vel subiecto indigeat, sed omnipotente iussu ac verbo solo *ea quæ non sunt vocet tanquam sint*. Rom. 4: 17. unde Apostolus, Hebr. 11: 3. mundum dicit compactum & structum *verbo Dei*, ejusque solius efficacia, *καὶ οὐ φανούσιν non ex apparentibus*, h. e. Scripturæ phrasí, ex iis quæ non sunt nec existunt, idque fide percipi, cum rationi difficile sit eo penetrare.

XIII. Quanquam ne eâ quidem invitâ Scriptura hoc doceat: cum quæcumque hic præsupponeretur materia, ea vel creata, vel increata fore; si creata, eadem perpetuo redibit quæstio; increatum autem atque æternum nihil præter Deum ipsum existit. Cum igitur in rerum natura præter Deum & mundum hunc nihil concipi possit; mundus autem hic creatus fit; ex nihilo eum primum prodiisse necessario consequitur. Atque adeo falsum est, in prima rerum productione, istud axioma, ex nihilo nihil fit, ut non aliter quam ex nihilo fieri potuerint omnia.

XIV. Causa creationis efficiens est solus Deus, eique soli attribuitur. *Creavit Deus cælum & terram.* Gen. 1: 1. *Auxilium nostrum in nomine Domini, factoris cæli & terra.* Psal. 124: 8. *Quis mensus est pugillo suo aquas? & cælum spithame aptavit? & mensuravit trientali pulverem terræ? & appendit in libellâ montes & colles in bilance?* *Quis aptavit Spiritum Domini? & consiliarius ipsius faciet ipsum gnarum?* Esaï. 40: 12, 13. *An non audivisti? Deus seculi est Jehova, creator finium terre, non defatigabitur.* v. 28. *Sic dixit Deus potens Jehovah, qui creavit cælos & illos extendit, qui expandit terram & nata ejus, qui dat halitum populo super illa, & spiritum ambulantibus in ea.* *Ego sum Jehovah: hoc est nomen meum: & gloriam meam alteri non dabo &c.* c. 42: 5, 8. *Ego sum Jehova, qui feci omnia, qui terendi cælos solus, qui expandi terram a me ipso.* c. 44:





24. *Ego Jehova creavi illa*, c. 45: 8. *Dii, qui celum & terram non fecerunt, peribunt de terra. At Jehova Deus veritas, qui fecit terram viribus suis, & intelligentia sua extendit cælum &c.* Jer. 10: 11, 12, 13. Ut hinc cadant profana veterum hæreticorum somnia & fabulæ de duobus principiis, deque Angelis mundi conditoribus; à quo commento etiam hodie *Judei & Antitrinitarii* non abhorrent. Sicuti olim etiam Ariani & Duliani, mundum à Christo factum esse tanquam Patris instrumento, blasphemabant. Contra est: *Et dixit Deus, faciamus hominem in imagine nostra, secundum similitudinem nostram.* Gen. 1.

26. *Celebrent nomen Domini, nam ipse præcepit & creatas sunt.* Psal. 148: 5. *Qui extendit cælum solus, & calcat celsa maris.* Job. 9: 8. Omnes dii gentium sunt res nibili. Sed Dominus cælum fecit. Psal. 96: 5. *Ego feci terram, & hominem super illa creavi ego, manus meæ extenderunt cælum, & omnem exercitum illorum imperavi.* Esai. 45: 12. Sic ait *Jehovah: creator cœlorum is est Deus; qui formavit terram & fecit illam &c.* Ego *Jehova & non est amplius.* v. 18. *Manus mea fundavit terram, & dextra mea ad palmos extendit cælum. clamabam ego ad illos, stabant pariter.* c. 48: 13. Quibus accedunt *Remonstrantes* quidam, qui virtutem creandi creaturis faltem communicari posse docent: sicut eam sic satis ipsis communicatam esse, in Missæ sacrificio, *Pontificii credunt.* *non creat.*

XV. Quanquam autem non facile determinari queat, quid à creatura fieri vel non fieri possit, cum creaturæ vires Deus magis ac magis perpetuo augere queat, neque nos ejus fines ac limites capere possimus, quod in miraculorum patratione præsertim observandum est: hoc tamen certum est, creaturæ potentiam, quounque affurgat, semper fore limitata & finitam. Atque hæc vera causa est, cur creatura non possit creare; quia scilicet ad creandum, h.e. ad solo nutu ac verbo vocandum ea quæ non sunt tanquam sint, virtus requiritur infinita & omnipotens, quæ in creaturam non cadit.

XVI. Sed & repugnat hic conceptus sibi met ipsi. Si enim creaturæ à Deo facultas creandi concessa foret, quandocunque illa creare ponitur, tum vel Deus similiter volet, ut propter voluntatem creaturæ hoc vel illud incipiat esse, atque illi vocanti veluti appareat, & præsto sit; vel quietescat, ac nihil aget, & non volet. Si prius, jam non creatura, sed Deus ipse creabit, cum non ad creaturæ, sed ad Dei ipsius voluntatem & nutum res illa proventura sit: imo ipse potius à creaturâ atque nutu ejus dependebit, cum ad voluntatem atque jussum ejus, quandocunque se exerit, Deus similiter

res illas vocare necessario ponatur. Sin contra Deus quiescat, ac nihil agat, vel non velit, tum nec Deus erit, cum hoc perfectioni ejus repugnet; nec creatio succedet, nec res creata proveniet; cum non volente Deo nihil existat, nec existere possit.

Nec instrumenti in creatione vicem prestat.

XVII. Multo minus creature aliqua ut creationis causa *instrumentalis* considerari potest. Talis enim causa in creatione locum non habet, cum omne instrumentum materiam & subjectum aliquod requirat, in quod propriâ suâ vi operetur, & agenti principali inserviat: ubi autem nulla materia vel subjectum est, & solo voluntatis imperio res agitur, ibi si quæ causa instrumentalis fingatur, ea in principalem necessario transit, quæ abusu & fraude vocabuli solo nomine instrumentalis est.

Vnde cōdant Pontificorum figura- de Saera- mentorum operatione & verbis confe- rationis.

XVIII. Quæ Pontificiorum fragmentis de Sacramentorum operatione ad producendam gratiam & verbis consecrationis in transubstantiatione, applicanda sunt. Quæcunque enim hic fingatur *potentia obedientialis* in creature ad quemlibet effectum, etiam creationem, vel *elevatio instrumenti*, divina virtute facta, nullus ipsis vocabulis conceptus subest, & manifesta contradictione laborant; cum talis potentia obedientialis, quam vocant, nihil aliud sit quam mera omnipotentialia, quæ in creaturam cedere non potest; neque instrumentum aliquod, quacunque vi adjutum & elevatum, in tali creatione, qualem hic introducunt, locum habere possit.

Causa proegumen- na creationis.

XIX. Causa creationis impulsiva similiter non est quærenda extra Deum; estque sola libera ejus voluntas & bonitas. *Propter voluntatem tuam sunt, & condita sunt.* Apoc. 4: 11. *Et vidit Deus omnia, quæ fecerat, & ecce erant valde bona.* Gen. 1: 31. *Quum cernerem cœlos tuos, opus digitorum tuorum; lunam & stellas, quas dispositi.* *Quid est homo, quod memor es ipsis? & filius hominis, quod visitas ipsum?* Psal. 8: 4, 5.

Finis crea- tionis.

XX. Finis creationis est gloria Dei, h. e. manifestatio divinitatis, potentiaz atque omnium virtutum ejus in creaturis. *Propter eum sunt omnia, & per eum sunt omnia.* Hebr. 2: 10. *Ex ipso & per ipsum & ad ipsum sunt omnia.* Rom. 11: 36. *Jehovah, Domine noster, quām ingens est nomen tuum in totâ terrâ! quod est ponere majestatem tuam supra cœlos.* Psal. 8: 2, 10. *Cœli enarrant gloriam Dei omnipotentis: & opus manuum ejus indicat expansum.* 19: 1. *Sit gloria Domino in seculum; latatur Dominus in operibus suis.* 104: 31. *Celebrent nomen Domini, nam ipse pracepit & creata sunt.* 148: 5. *Omnis tractat Jehovah ad responsum suum.* Prov. 16: 4. *Dignus es, Domine, accipere gloriam & honorem & poten-*

potentiam: quia tu condidisti omnia. Apoc. 4:11. Unde necesse fuit, inter res creatas existere quoque creaturam, quae capere ac intelligere posset excellentiam atque virtutes Dei, quas in creatione voluit exercere; cuique reliquæ creaturæ testarentur gloriam creatoris, ac laudes ejus enarrarent; quæque creaturis omnibus uti, & Deo ipso, ut vero bono ac fine suo, frui posset. *Tollite sursum oculos vestros & videte: quis creavit haec? qui educit in numero exercitum illorum: universos nomine citat præ multitudine sufficientie & cognitione virium; nullus deest.* Esai. 40: 26. *Nam invisibilia ipsius a creatione mundi, rebus factis animadversa conspicuntur, ejus tum eterna potentia tum divinitas.* Rom. 1: 20.

XXI. Speciatim autem in magnifico hoc opere ostendere Deus voluit *potentiam*, Rom. 1:20. & *sapientiam* suam, 1. Cor. 1: 20, 21. quarum illa primum omnium sese prodit, & ubique intuentibus sese offert; haec vero ultimo loco; cum pars sapientiæ Dei sit sese occultare: ita ut stulta interdum videatur, & humanos oculos variâ suâ luce non oblectet magis quam offendat; in quo tamen ipso magnitudo ejus elucescit. *Videtis vocatem vestram, fratres, quod non multos sapientes secundum carnem, sed stulta mundi elegerit Deus, ut pudeceret sapientes.* 1. Cor. 1:26, 27.

XXII. Particularium vero creaturarum fines nec capere nec perscrutari humana ratio valet; nedum ut ita nos ipsos deamemus, ut propter nos solos omnia esse condita velimus: cum vastum ac immensum hoc manuum Dei opus, quod videmus ac stupemus, & quod ne intellectu quidem capere possumus, longè alios ob fines sese conditum esse proclamet, quam unius hominis causa, qui tam exiguum ejus partem videt ac capit, & cui maxima naturæ pars adhuc latet. *Quos fines Deus solus novit, ex iisque omnibus tandem summam gloriam suam perficit; ad quam homo quoque omnia referre, atque eo respectu universo hoc mundo aliquo modo quoque uti potest.*

XXIII. Adjunctum creationis est tempus: quod in genere exprimit *Creationis* Scriptura, omnia creata dicens in *principio*; quod sicut principium est operum Dei, ita quoque verborum ejus initium est. Novitatem enim mundi omni modo urget Scriptura, atque **רִאשׁוֹת** & **רָאשׁ**, rerum initium & exordium, & **קְרֻמִי אֶרֶץ** primordia terræ commemorat. *In principio creavit Deus celum & terram.* Gen. 1: 1. *Qui vocat attates ab initio.* Esai. 41: 4. à *seculo uncta sum, à capite, à principiis terræ*. *quum nondum essent abyssi, genita sum &c.* Prov. 8: 23, 24. *In principio erat sermo.* Joh. 1: 1. *Glorifica me Pater ea gloria quam habui apud te*

ADJUN-
CTUM
tempus.

antequam hic mundus esset. Joh. 17: 5. *Antequam montes gignerentur;*
& produceres terram & frugiferam, imò à seculo ad seculum tu es, &
Deus omnipotens. Psal. 90: 2. Sicut ejusdem interitum & finem quoque
 docet. Quin Judæi tam firmiter eam tenent, contra Sabæorum, quibus-
 cum Abrahamus disputasse fertur, errores, ut eam fere inter articulos fun-
 damentales numerent, & contra sententes pro hæreticis habeant. Quod
 enim non-nunquam fabulantur de septem rebus, antequam crearetur
 mundus, conditis, nimirum lege Mosis, Gehenna, Paradiso, Throno glo-
 riæ, Sanctuario, Resipiscètiâ, & nomine Messiæ, allegoricè à Magistris
 exponitur; quorum hoc verbum est: *antequam crearetur mundus,* erat
 solus Deus benedictus ac nomen ejus. Ut malè nostro sæculo Vorstius,
 Aristotelem ac Platonem fecutus, materiæ æternitatem docuerit, eamque
 Deo coævam statuerit.

*An mun-
dus potue-
rit esse ab
æerno?*

XXIV. Verum alia movetur quæstio: an mundus saltem ab æterno
 esse potuerit? Quod Scholastici ingenti dissensi in scholis suis disputant,
 in Aristotelis sui gratiam, ut ille, si mundus ab æterno esse potuerit, &
 sola fide ejus ortus ac initium constet, ratione saltem non aberrasse censea-
 tur, æternum illum statuens. Nos etsi eos qui possibilem mundi æterni-
 tatem asserunt, difficulter refelli putemus, iis tamen aggregare nos malu-
 mus, qui absque principali tempore condi aliiquid potuisse negant.

*Tempus
rebus con-
creatum.*

XXV. Una ergò cum mundo creato acceperunt omnia suum *αιώνα*
& tempus, quod illis admensus est Deus, quodque ipsis veluti concre-
 vit. Πίστει νοέμενοι κατηγορίᾳ τοὺς αἰώνας πάντας διὰ fidei consideramus aptata
 esse secula verbo Dei. Hebr. 11: 3. Inanis enim est Socinianorum argu-
 tia, tempus non esse creatum, cum videl. illud vel in tempore foret crea-
 tum, quo pacto in infinitum iretur, vel ab æterno: verum tempus non
 propriè creatum, sed rebus concreatum est, cum sit tantum duratio rei
 creatæ, imò potius modus cogitandi, quo rei creatæ durationem mensura-
 mus: quales etiam sunt numerus & mensura, quæ quantitat̄is mensuræ
 sunt; ut non solum præsupponat res creatas, verum etiam mentem cogi-
 tantem atque eas mensurantem. Ita ut ante rerum ortum nullum tempus
 fuerit, imo ne cogitari quidem possit; cum non magis tempus & duratio-
 nem sine creaturis existentibus imaginari nobis possimus, quam spatiū
 sine corpore. Unde & in Scriptura à principio, vel à sæculis, ante terram
 conditam, ante abyssos &c. suisse, meram æternitatem notat. Psal. 90.
 Prov. 8. Joh. 1.

An mun-

XXVI. Ad quæstionem, an Deus mundum non potuerit citius crea-
 te,



May a fide regnante minima durasse ultra 700000 annos, g.
ultra 1000000 d'gypti fide reges nrae a 7000 annis
egipto regnasse.

re, quam fecit? si de ætate ipsius mundi id intelligas, equidem indubium illud est. Si verò illud citius condere mundum ad aternitatem reseratur, cum absurdum sit in ea quid citius vel tardius, prius vel posterioris conciperet, eo sensu Deum citius potuisse condere mundum dici nequit. Quod autem ante tam pauca annorum millia magnificum hoc opus struxerit, nec longioris ævi inducias ipsi indulserit, in eo liberrimam voluntatem ac sapientiam suam ostendit. *Non est vestrum scire tempora aut opportunitates quas Pater posuit in propria potestate.* Act. 1: 7. *Propter voluntatem tuam sunt & condita sunt.* Apoc. 4: 11. *Deus noster in cœlo est, quicquid voluit fecit.* Psal. 145: 3.

XXVII. Etsi autem ipsum mundi conditi initium atque annus ejus, *Mundi antiquitas.* veluti natalis, exactè inveniri non possit, atque ea res propter molestissimas Chronologorum controversias fere desperata sit; satis tamen è sacro Mosis & Prophetarum calculo constat, mundum non adeo antiquum esse, ut ejus ortus ab immenso sæculorum intervallo repetendus sit, sed esse recentiorem, ut juxta chronologorum communem calculum nondum sex mille annorum ætatem attigerit. Si qui vero populi annales suos ulterius extendant, vel meræ illæ fabulæ sunt, & mentientis famæ ludibria, vel anni menstrui vel quadriimestres, non verò solares, intelliguntur.

XXVIII. Quod in specie de tempestate anni, in qua mundus conditus fit, disceperant, an vere, an verò autumno, quod alii malunt, id in genere, respectu universi mundi, frustra queritur, cum omnia anni tempora juxta varias mundi plegas simul existant. Neque etiam magni adeo usus est, de particulari aliqua regione, vel terrâ Canaan, vel herto Edenis, quæ ipsa loca à se invicem distant, nec sub eodem sidere degunt, illud determinare. Si vero de cœli signo, in quo Sol primum conspectus sit, illa quæstio intelligatur, prout convenientissimum est; communior sententia est autumno mundum conditum esse, sole in librâ versante: quod ex anno Israëlitarum civili, qui & Patriarcharum retro ad primam mundi aetatem usque annus fuit, quique mense Tifri incepit: *Et observa festum messis primitiarum operum tuorum quæ severis in agro, & festum collectionis in exitu anni, quum collegaris opera tua ex agro.* Exod. 23: 16. conser. c. 34: 22. *Et festum septimanarum facies tibi, primitiarum messis triticea, & festum collectionis* שׁוֹבֵת תְּבִרֵבָה *ineunte anno, & ex annis Sabbaticis, qui æquinoctio autumnali pariter inchoabantur, non improbabiliter colligitur.* Atque idem anni tempus respectu paradisi suffic plerisque videtur, utpote quod

ex arborum fructibus, atque omnis generis fructibus tum maturis, constat.

Res condita, que dicuntur κόσμος, MUNDUS, οὐρανός, ciāvās,

XXIX. Quod ad res conditas attinet, earum universa compages ab ornato κόσμῳ & mundi voce exprimitur. Κενηματία δὲ τηταβολής κόσμου. occulta a fundatione mundi. Matth. 13:35; ὁ κόσμος mundus per ipsum factus est. Joh. 1:10. Hebreis autem Πλάνη, ob durationem, non quidem æternam, sed longam, appellatur: quod Scriptores N. T. imitantur vocabulis αἰών & αἰώνιος. *Messis vero, οὐ πέλεια ἐπὶ αἰώνιος consummatio seculi est.* Matth. 13:39. Sic erit in consummatione seculi hujus. v.40. Ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem ἐπὶ αἰώνιος seculi. Matth. 28:20. Per quem τὸν αἰώνα secula fecit. Hebr. 11:3. Fide consideramus τὰς αἰώνας νυμένας secula esse concinnata verbo Dei. Hebr. 1:3. Quæ non tantum seculorum seriem, sed & res ipsas, quas seculis metimur, id est, mundum hunc ipsum, ut est in continuo fluxu, notant. Hæ autem res non eodem modo omnes sunt creatæ. Propriè enim tantum creatum dici potest, quod per se subsistit, & per se concipitur, quodque nulla alia causa præter Deum ad subsistendum indiget, prout soli Deo creatio adscribitur, ut *corpus*, seu extensum, & *Spiritus*, seu cogitatio.

XXX. *Accidentia* & modi, quæ præter Deum præsupponunt substantiam creatam, cum ad creationem nulla alia concurrat causa, concreata, sive adcreata sunt, una eademque actione cum substantiâ suâ, quæ sine modis suis, nec esse nec creari poterat. Similiter concreata sunt *locus*, sive spatum, quod ab extenso sive corpore non differt nisi cogitatione nostra; ut spatum mundo præ-existentis aut eo latius patens concipere contradictione sit: & *tempus*, quod pariter à re durante non distinguitur, sed potius in nobis cogitandi quidam modus est. Idemque de omnibus rerum essentiis, veritatibus, legibus, ordine, quorum nihil nec actu nec potentia fuit, nisi dependenter à Deo, judicandum est.


Mundus UNICUS est.

XXXI. Atque mundus hic, seu rerum creatarum compages, non nisi unicus est; ac plures mundi, sive successive, sive simul, non nisi ineptissime cogitari possunt.

Rabbino- rum com- mentum de mundis successivè pluribus:

XXXII. Successive plures mundos existere delirarunt cum aliis qui busdam Rabbini, atque ex prima littera Geneseos, quæ secunda alphabeti est, hunc secundum esse mundum, atque secundam semitam, argutantur: quin singulis mille annorum septenariis, qui mundo huic veluti anni Sabbatici sunt, illum destrui ac rursus innovari fabulantur.

Et Epicu- reorum de plurimi inter veteres, præsertim Epicurus, Metrodorus, ac reliqui ex ista



Centra & omnes linacicas latit diffitatis
pag. 134.

familia Philosophi. Quia in re distinctio adhibenda est. Velenim de pluribus mundis seu orbibus particularibus terræ, huic nostræ similibus, hoc intelligebant; in quo nulla absurditas vel contradic^{tio} est: vel plura universa, ac rerum compages à se invicem separatas ac distinctas concipiebant; qui conceptus absurdus & sibi ipsi repugnans est. Cum enim discreti statuantur isti mundi, sicut Epicurus sua intermundia statuebat, vel aliquid inter illos interjacebit, vel nihil: si nihil, ne quidem discreti erunt; si aliquid, hoc vero ipso erunt continui; corpus enim hoc interjacentis veluti communi vinculo compagem istam conjunget, adeoque rursus unum tantum erit universum. Spatium enim imaginarium, quod inter duo ista universa interjungunt, non ex vero est, sed merum phantasma & aberrantis mentis ludibrium.

XXXIV. An vero plures sint mundi particulares, sive corpora, terræ, quam nos incolimus, similia, in quibus aut homines aut aliæ creaturae viventes degant; & an non reliqui planetæ, qui circa solem feruntur, eiusdem cum hoc nostro naturæ sint; ac an non & aliæ stellæ tales orbes secum vehant, qualis hic noster est; an vero in immenso isto cœlorum spatio inanæ ferantur; nec temere affirmandum, nec negandum est: cum Dei opera ac fines maximam partem ignoremus, neque nimis tenuerit de illis sentiendum sit. Lunam saltem, quæ proprius nobis imminet, terræ nostræ esse persimilem per artificiosâ specula jam dudum deprehensum est. Ut hic tantum præjudiciis laboremus, & proprio amore veluti mente capti nos solos Dei delicias putemus, & nostram terram mundi totius angulum amoenissimum, & universæ naturæ compendium, ac solum Deo dignum theatrum statuamus, omniaque unicè propter nos & propter illam facta esse temere, & non sine reliquorum operum Dei contemtu, judicemus. Contra homines tamen, aliorum mundorum incolas, hactenus Scriptura præscribit, quod cum curatè visibilia Dei opera recenseat, nusquam aliorum hominum meminit: quin & Deum *ex uno sanguine fecisse τῶν ἡθελόντων τοῦτον & omne genus hominum,* *κατατίθει τὸν τῶν αὐτούς τοὺς γῆν afferat, A&t. 17: 26. Vid. & Esai. 45: 18.*

XXXV. Quamvis tamen mundus hic unicus sit, nihilominus diversas partes suas habet, ex diverso motu ipsi indito, quo omnia variè ci- *Mundi*
entur, & varia corpora efficiunt, factas & coagmentatas. Ut unus sit ex partium aggregatione, atque omnium inter se ordine ac fine à sapien-
tissimo conditore constituto.

XXXVI. Atque hic repudiandum est istud figmentum veterum, quod *Rejectione*


f i g m e n t u m d e c o m m u n i m u n d i a n i m a & n a t u r a u n i v e r s a l i . n u p e r u s P h y s i c æ ad verbum Dei reformatæ scriptor renovavit , dari mundi , veluti animantis cujusdam , communem quandam animam ac naturam universalem , quæ intima sua præsentia illum totum permeet , & tot corporum partes ac diversas naturas particulares arcano nexu colliget , atque incommoda omnia & adversa potentissimè vel vitet vel tollat . Manifestum enim est , mundum non esse totum animatum , sed per partes quasdam duntaxat , quæ se ultro offerunt & à reliquis diversæ apparent . Nec anima aliqua aut natura spiritualis cogitari potest alia quam intelligens , qualis hominum vel angelorum est , quæ in præcipuis mundi partibus non appetet ; unde nec illis spiritus talis communis adscribendus est . Imo ne quidem ulla propriè datur forma materiæ ab ea distincta , ut vulgo concipitur , sed forma cuiuslibet rei est ejus essentia ; multo minus talis forma universi ab ipso mundo distincta introducenda est . Denique non sine probro & injuria in Deum ipsum ponitur talis anima , quæ toti mundo cunctisque ejus partibus infusa , ac magno se corpore miscens , molem istam continuo agitet , & Dei ipsius vices , cum in primâ rerum productione , instar fabri (hunc enim istum Spiritum volunt esse , de quo Gen . 1:2. *Spiritus Dei ferebatur super aquis.*) tum in quotidiana mundi gubernatione suppletat ; Deus enim ipse conditor atque artifex hujus mundi est , solusque omnibus rebus præfens adest , nec tali auxiliari spiritu opus habet . Ut reliqua sententiae istius incommoda & dedecora præteream : nam spiritum hunc per omnia sparsum pro variis rerum speciebus varium ponunt , imo & animam humanam inde decerptam ajunt , quam gradu duntaxat animis brutorum superiorē statuunt , ita ut spiritus naturalis , vitalis , animalis & mentalis sint idem ille mundi spiritus , puritatis & perfectionis gradu tantum differentes .


**Mundi
FINI-
TUDO.**

que inde-
finita .

XXXVII. Adjuncta mundi sunt 1. *Finitudo* , quæ variè intelligitur . Aliud est enim infinitum , aliud indefinitum : atque infinitum rursus , aliud est perfectione , ut solus Deus ; aliud mole , sive extensione , de quo proprie queritur .

XXXVIII. Atque hoc sensu , mundum quod attinet , statuendus ille est indefinitus , h. e. talis in quo nos nullos terminos deprehendere ac intellectu concipere possumus . *Si mensurabuntur cœli supernè , & pervergabuntur fundamenta terræ infra ; etiam ego rejiciam omne semen Israëlis &c. Jer. 31: 37.* quod non ex mentis humanæ imbecillitate vel impotentiâ proficiuntur , sed ex positivo conceptu , quo tales mundi ideam in nobis experimur , ut nullos in ea terminos nobis imaginari possimus , sed quo-





Quocumque mundi fine posito semper ultra tendimus, atque ulteriore extensionem concipimus: quod & falsus spatii imaginarii extra mundum in infinitum extensi conceptus testatur; cum quocunque spatium concipiatur, illud non nisi ut extensum, ac ut corpus concipi possit. Quae mundi idea cum non sit orta ex præjudiciis, nec aliunde hausta, necesse est ut à Deo nobis sit indita, & per consequēns vera, & naturam ejus representans.

XXXIX. Secundum mundi adjunctum est, *mutabilitas*. Illa peri-
bunt & tu permanebis, & omnia illa ut vestimentum inveterascent, instar M U T A B I -
indumenti mutabis illa & mutabuntur. Psal. 102: 27. Cœli conflagran- L I T A S .
tes solventur, & clementa æstuantia liquefcient, sed cœlos novos ac ter-
ram novam secundum promissum ejus exspectamus, in quibus justitia ha-
bitat. 2. Pet. 3: 12, 13. Ita tamen ut immutabilis maneat ipsius materia
seu substantia, & singulae ejus partes ex naturæ lege tam diu suam immu-
tabilitatem retineant, donec aliunde de statu suo deturbentur.

XL. Tertium, *bonitas*; quæ singulis ejus partibus communicata est. BONI-
Et vedit Deus omnia, qua fecerat, & ecce erant valde bona. Gen. 1: 31. T A S .
Omnis creatura Dei est bona, & nihil rejiciendum. 1. Tim. 4: 4. queque illam earum perfectionem dicit, qua singulæ aptæ sunt ad usum illum, cui à Deo sunt destinatae; ita ut nihil frustra neque temere creatum sit. Ex ipso & per ipsum & ad ipsum sunt omnia. Rom. 11: 36. utcumque sœpe in oculis nostris creature quidem viles ac contemtæ videantur; non enim ex nostro judicio, sed ex creatoris sapientia & totius mundi ordine ac ornatu omnia æstimanda sunt.

XLI. Ad quæstionem, an Deus non potuerit mundum meliorem ac *An Deus*
perfectiorem condere, quam eum condidit? Resp. Cum rei bonitas *non potue-
rit mun-*
ex solo Dei jussu & ordine æstimanda sit, & non à rebus ipsis, sed à sola *dum per-
Dei voluntate pendeat, frustra hoc queri: cum mundus nunc sit perfe-
ctissimus & optimus, eo solo quod hoc pacto illum condere Deus vo-
condere?*
luerit; & si vel alio modo mundum condidisset, vel hoc ipso pacto rur-
sus fuisset optimus, nec melior effici potuisset. In specie vero, mundum ipsum & ejus partes considerando, si partes mundi singulas in seâ spe-
cies, procul dubio unaquæque earum pulchrior & ornatior à Deo condi-
potuisset; si vero eas consideres ut partes mundi, atque ad universi hujus compagem pertinentes, & totum mundum ex dissimilibus partibus con-
stantem, oculis perlustres, dicendum est, eum inclörem à Deo effici non potuisse; cum maximus ejus ornatus & perfectio ex ista partium inæqua-
li perfectione resulset.

C A P U T X L I I .

De Operibus Creationis in specie.

Creatu-
rarum
SPECIES.



I. Escendendum nunc ad creaturarum species, quas varie dividunt Judæi & Cabalistæ: nos Spir. S. divisionem sequemur, qui eas dividit juxta singularia sex dierum opera. Ac de illis prius in genere nonnulla, tum singula in specie videbimus.

Creatio-
nem o-
mnen mo-
mento per-
actam
quidam
censem.

II. Creationem omnem non sex dierum intersticiis, sed unico momento peractam esse, cum veterum multi, tum etiam ex recentioribus quidam opinati sunt; atque in narratione Mosis dies nobis allegoricos confinxerunt, eosque juxta cogitationes angelorum vel hominum distinxerunt: errore ex scriptore Apocrypho, Syracidâ, c. 18. i. primum accepto, qui Deum omnia κοινή, quod vulgatus reddidit simul, creasse dixit.

Quorum
sententia
obstat
Mosis hi-
scoria.

III. Obstat autem simplex & historica Mosis narratio, qui sex dies memorat, & singulis diebus proprium opus adscribit; ac primum quidem terram fuisse vacuam & inanem, posteaque aquarum factam separationem dicit, quod verum non fuit, si uno momento consummata fuerunt omnia. Accedit quod eadem res repetatur in quarto præcepto, atque eo exemplo populus ad quietem septimo die agendam moveatur; quod fieri non poterat, si non pariter Deus sex dies in conditione mundi quasi occupatus, septimo die demum quievisset, & Sabbatum agitavisset. Syracides autem, cum omnia κοινή condita dicit, non de tempore, sed de creaturarum omnium collectione, quæ pariter & communiter à Deo conditæ sunt, intelligendus est. Similis sensus est: *Vident sapientes mori, simul stultum & brutum perire.* Psal. 49: 11.

Quare
Deus sex
dierum
spatio in
creando
usus fue-
rit?

IV. Isto autem spatio in creando Deus usus fuit; tum ut libertatem suam testaretur; tum ut sapientiam suam in magnifico hoc opere per partes quasi explicaret, & in creaturarum potissimum nexu & ordine maximam partem latentem plenius evolveret; tum ut universum mundum, prout inter ipsas formantis Dei manus versatus est, singulaque ad ejus nutum ac vocantis imperium in hanc mundi scenam prodierunt, suo ordine nobis ob oculos ponéret, atque amoenissimo isto spectaculo

nos

nos diutius detincret; denique ut in hoc ab imperfectioribus ad perfectiora progressu imaginem & exemplar consummationis nostræ spiritualis exhiberet. *Deus qui dixit ut è tenebris lux splendesceret, is est qui luxit in cordibus nostris ad illustrationem cognitionis gloriae Dei in facie Iesu Christi.* 2. Cor. 4: 6.

V. Dilutum autem est, quod Judæi ex hoc nascentis mundi *Ιεραπόλις, Iudeorum velut ex themate ejus περίου, ætatem ac durationem ejus divinare ausi ex hoc de sunt, atque eam non amplius quam sex mille annorum, ac septimo mille mundi nario mundi Sabbatum & finem futurum dixerunt; quia videlicet apud duratione commen- Deum mille anni sunt ut dies hesternus.* Psal. 90: 4.

VI. Rursus de diebus singulis quaeritur, an non saltem singulorum dierum opera unico momento perfecta sint? ad quam quæstionem resp. creationem ipsius universi, sive materiae ejus, considerando, quæ primo die peracta est, eam omnem necessario unico momento sive spatio brevissimo esse factam; non solum in genere, quia jussui ac voluntati Dei, ubi momento rem apparere jubet, nihil resistere potuerit, atque *sint?* ad ejus imperium cuncta sine ulla mora adesse debuerint; sed &, quod in specie primo diei peculiare est, quia creatio prima & immediata, cum dicat transitionem à non esse ad esse, necessario momento fiat; nec aliter intelligi queat, cum creatura à non esse ad esse cum aliqua mora transire, & partim esse partim non esse, non possit; denique quod idea corporis & extensi, quam habemus, non patiatur illud per partes creatum esse, cum ejus sit naturæ, ut ne minima quidem materiae cogitari possit extensio, quin simul major & major, imo ea universa à nobis cogitetur. Quod vero mediatam creationem, & materiae jam conditæ distinctionem & exornationem spectat, quæ sequentibus diebus facta est, ea non uno momento, sed tractu aliquo & mora, prout Deus jussit, perfecta videtur. Alioquin enim Deus non opus habuisset singulis operibus singulos dies dare, & demum septimo quiescere; cum totidem momentis perficere omnia potuisset, imo revera perfecisset, & non septimo demum die, sed singulis diebus, absoluto istius diei penso, interquievisset.

VII. Res autem non omnes creatæ sunt eodem modo: quarundam *Creaturae enim rerum individua omnia perpetuo mansura creata sunt, aliarum autem aliqua solum, speciem per propagationem conservatura: alia creata sunt in se ipsis, alia in suis causis; ut meteora, & infecta multa: alia creatione immediata, alia mediata, ex materia jam producta, sed inhabili, cui Deus certam motus quantitatem indidit, quem juxta leges ipsi inditas non eodem modo producuntur.*


temperavit & rexit, & præter leges illius, verbo suo ac iussu per immensitatem suam operationem & in materiam influxum, sex illis diebus varie determinavit, donec ex rudi & impolitâ istâ massâ, Dei, molem istam variè crientis, manu pulcherrimus hic mundus tunc temporis tandem prodierit, & nunc etiamnum subsistat.


VIII. Ita enim creatio mediata non incongruè concipitur: nec audiendum quorundam cavillum, Deum hoc pacto in tornionem converti; cum longe illustrius hoc Dei opus sit quam mechanici alicujus, ut qui & motum & leges ejus ipse materie indiderit, & potentissimè temperaverit, ac ex vasto & informi ejus finu stupendum adeo opus iussu suo prodiere fecerit. Et certe longe concinnius per motum & naturæ leges mundum hunc ordinasse statuitur, quam formis substantialibus, qualitatibus realibus, & similibus fictis entibus ad eum condendum conservandum que eguisse.

IX. Ad perficiendam autem & constituendam hanc mundi molem, tum modus, tum ordo à Deo observatus, considerandus est.

Modus constitutionis omnium. X. Modus constitutionis hæc quatuor continebat: 1. mandatum Dei singulas res producens; *est lux.* 2. approbationem rei productæ; *vidit Deus lucem esse bonam.* 3. ordinationem singulis rebus usum suum assignantem. 4. sanctionem legis ac ordinis in rebus perpetuo observandi. In quibus omnibus, juxta singulorum ordinem, pariter hæc quatuor Dei attributa elucebant, Dei potentia. *Ipse dixit & factum est; ipse iussit & fecit.* Psal. 33: 9. Bonitas. *Bonus est Jehovah omnibus.* Psal. 145: 9. Sapientia. *Aptavit frugiferam sapientia sua, & intelligentia sua extendit cælum.* Jer. 10: 12. Immutabilitas & constantia. *In etatem & etatem est fidelitas tua; fixisti terram & stat.* Ob judicia tua sunt hodieque, quia universa sunt servi tui. Psal. 119: 90, 91. Sic dixit Jehovah, qui dat solem ad lucem diei, leges luna & stellarum ad lucem noctis, qui movet mare, ut fremant undæ ejus, si recedent statuta hec a conspectu meo, etiam semen Israëlis cessabunt, ut ne sint gens coram me omnibus diebus. Jer. 31: 35, 36.

Copus Dei duratio in eo statu in quo condita sunt. XI. Atque ut opera Dei primo condita sunt, ita etiam perpetuo manent & perdurant, & juxta primas illas naturæ leges omnia perpetuo fiunt. Indidit enim Deus ab initio mundo huic motum, certis legibus temperatum, rerum omnium artificem ac fabrum, à quo omnis mundi varietas & ornatus est, cum sine eo universa rerum natura iners & bruta jacuisset, nihilque fuisset nisi sola in longum latum & profundum extensio,





tensio, nihilque vel sentiri vel videri potuisset: quem motum, licet ab una materiae parte ad aliam continuo transeat, eadem tamen sui quantitate Deus semper conservat, atque omnes res in suo statu, vel motus, vel quietis, perdurare facit, donec externa vi inde depellantur: ut nulla fiat in Dei operibus variatio, nisi quam vel divina revelatio, vel evidens experientia docet; atque adeo paucissima fiant miracula.

XII. Tribus saltē vicibus legitur mundi ordo atque naturæ ratio (ob-
scurum quo modo) immutata fuisse. Bis in cœlo, Iosuæ & Ezechiae tempo-
re, cum polo errasse diem non sine stupore mortales sensere. conf. Matt. 27:
45. Semel in terra, tempore diluvii, cum integro anno desolata fuit terra,
& ultimo ejus semestri leges nativitatis & mortis veluti suspensæ fuerunt.
Mundi generalis ordo tribus vicibus immutatus.

XIII. Cæteroquin una cum creatione & per eam fundata sunt princi-
pia omnium legum. Imo ipsa creatio visibilis quasi & loquens rerum lex
est, ex qua sola multæ rerum leges deduci & explicari possunt; sicut inde
est prohibitio polygamiæ, Matth. 19:4, 5, 8. primatus viri, 1. Tim. 2:12, 13. fundantur
quod commixtio animalium diversæ speciei vetita sit. Gen. 36: 24. Lev.
19: 19. ut & deletio ac extincțio universæ alicujus speciei, quod ne qui-
dem Noacho in arca licuit. Ut vel ex ipsis creationis legibus fictitia panis
in transubstantiatione annihilatio redarguatur.

XIV. Ordo præterea creationis talis fuit, ut in eâ similiter elucerent Ordo crea-
varia Dei attributa: præcipue autem ejus potentia, dum magnam creatu-
rarium partem produxit ante solem & sidera, ordinarias inferioris mundi nisflat
causas: Bonitas, quod antequam homo conderetur ei domicilium instru-
xit, rebus omnibus ad vitam necessariis abundans; & reliquis animanti-
bus pabulum, & herbas, & quicquid tellus ipsis alendis profert, jam ante
præparaverit: varia denique ejus Sapientia, dum per gradus creaturas pro-
duxit, & simplicia prius creavit quam composita; & inter simplicia prius
perfectiora, ex. gr. lucem, quam imperfectiora; sicuti in compositis
rursus, veluti ducentis naturæ ordine, ab imperfectioribus ad perfectio-
ra progressus est, à plantis videlicet animalia, atque hinc tandem ad homi-
nem, operum Dci colophonem & gloriam.

XV. Ipsius autem creationis historia simpliciter, & sine ullo fuso ac Creationis
pompa, qualem res adeo magna fastidiret, à Mose enarratur; sive ex ve-
teri traditione, sive ex immediatâ Dei revelatione; idque succincte &
breviter, quamvis alioquin sapientiæ naturalis fuerit consultissimus; quippe edocitus omnem Egyptiorum sapientiam, potensque in sermonibus &
operibus. Act. 7: 22. Satis enim habens mundi origines ex fide tradere,
simplex & succincta narratio.
sic

sic ad Ecclesiam transit, quæ mundi hujus gloria; est qui unicus ipsius scopus erat.

D E O P E R I B U S P R I M I D I E I .

*Opera
PRIMI
diei, cœ-
lum, ter-
ra, lux.
Quidam
volunt
angulos &
materiam
mundi
creatam
esse ante
hexa-
emerion.*

*quod refel-
titur.*

XVI. Opera primi diei recensentur tria, cœlum, terra, lux; juxta prima Genesios verba, *in principio creavit Deus &c.* Quæ tamen non uno modo ab omnibus intelliguntur.

XVII. Quidam angelos, & materiam mundi creatam volunt ante hexa-emeron; ita ut aliquot saeculis ante jam angelorum respub. vigeat, dum terra jaceret desolata & inanis, quæ sex illis diebus demum exornata fuerit. Atque ita verba *in principio* non notant ipsis principium primi diei, sed in genere principium creationis, primo autem die lucem solam creatam dicunt; creationis autem ipsius materie in hexa-emero Mosis nullam mentionem fieri. Quæ sententia, licet respectu Angelorum etiam quorundam veterum fuit; sicut materie æternitatem olim hæretici nonnulli & præsertim Philosophi adstruxerunt; ita à Socinianis potissimum in odium veræ æternitatis Christi tenetur, ut argumentum pro ea, ab existentia ejus ante creationem mundi deducetur, enervent.

XVIII. Quanquam autem opinio hæc cum fide non pugnaret, modo omnia illa, & cœli & terræ materia, & angeli, à Deo creata ponerentur, licet longo intervallo antequam terra hæc ornatum suum acceperit: quia tamen nulla certa ad eam probandam argumenta producuntur, nulla ratio est cur à communi sententia discedamus. In quem usum enim moles ista tam diu informis & indigesta jacuisse? & quam gloriam Deus ex isto opere habuisset? nisi illam incretam & Deo coæternam dicant, quo collimare Sociniani videntur: & si jam tum motus aliquis rudi isti massæ inditus fuit, certe longe ante, juxta leges ejus, in distincta corpora coiisset, nec sex dierum labore opus fuisset. Verum diserte tradit Scriptura, sex diebus creata, cœlum, terram, juxtaque omnia, quæ in illis sunt. *Et absoluta sunt cœlum & terra & omnis exercitus illorum.* *Et absolvit Deus in die septimo opus quod faciebat, & cessavit die septimo.* Gen. 2: 1, 2. quibus vocibus quicquid uspiam in rerum naturâ est exprimitur. Præsertim cum ante mundum conditum nihil fuerit nisi æternitas, & juxta Scripturæ usum æquipolleant ista, ab æterno esse, & ante jacta mundi fundamenta extitisse. *Antequam montes gignerentur & produceres terram & frugiferam,* immò à seculo ad seculum tu es, ô Deus omnipotens. Psal. 90: 2. *Jehova ha-*





habuit me principium via suæ, ante molitiones suas, a tunc. Prov. 8: 22.
Dens potens Jehova creavit cœlos & illos extendit &c. Ego sum Jehovah:
hoc est nomen meum &c. Esai. 42: 5, 8. *Elegit nos in ipso ante jacta mundi fundamenta.* Eph. 1: 4. *Christus agnus inculpatus præcognitus est ante fundationem mundi.* 1.Petr. 1: 20. *Dilexisti me ante fundationem mundi.* Joh. 17: 24. *Nota & à seculo sunt Deo omnia opera eius.* Act. 15: 18. *ut nisi æternam velint esse istam materiam, in eodem isto principio creatam eam debeat dicere.*

XIX. Alii prima ista verba non ad certum aliquem diem referunt, sed pro universæ creationis compendio & summario sumunt, quam Moses deinceps distinctius per suas dies exponat: sed obstant verba proximè sequentia, & *terra erat informis &c.*

Alii prima verba Geneeos ut creationis summarium accipiunt. Cœlum & TERRA.

XX. Per cœlum igitur & terram intelligitur universa mundi hujus machina non informis ac *ἀρχὴ*, sicut quidam illud de rudi ac indigesta totius universi materia intelligunt, ac chaos quoddam ex poëtarum fabulis introducunt, ex quo mundum hunc temere extruunt; contra omnem Scripturæ auctoritatem: distinguit enim illa jam in ipso rerum initio inter cœlum ac terram, atque in istas veluti partes omnia dividit; atque ordinariò duobis ipsis vocabulis universum hunc mundum exprimere solet: *Benedictus Abram Deo altissimo, qui paravit sibi cœlum & terram.* Gen. 14: 19. *Sex diebus fecit Jehova cœlum & terram.* Exod. 20: 11. *Benedictus Dominus Deus Israëlis, qui fecit cœlum & terram.* 2. Paral. 2: 12. Per cœlum autem designatur totum illud spatiū, à terra sursum versus in indefinitum extensem; & per terram orbis hic, in quo degimus, aquis circumfusus, cui ornatus & alia, quæ ad usum ejus spectabant, primo die deerant; quod verbis Mosis *תָהוֹן וּכְהוֹן* tantum dicitur.

XXI. Cœlum autem Scriptura in tres partes solet dividere, qui inde & *cœli* appellantur, nimis. Aëra: *Aspice volucres cœli.* Matth. 6: 26. Astra: *partes tres.* *Quum cernerem cœlos tuos, opus digitorum tuorum; lunam & stellas, quas disposuisti.* Psal. 8: 4. denique cœlum summum & gloriosum, quod variis nominibus insignitur. *Cœli cœlorum non sustentant, non faciunt te subsistere, vel continent.* 1. Reg. 8: 27. *Celebrate eum cœli cœlorum.* Psal. 148: 4. *Ecce Domini Dei tui est cœlum, & cœlum cœlorum, terra & omnia que in ea sunt.* Deut. 10: 14. *Paulus raptus fuit usque in tertium cœlum,* 2. Cor. 12: 2. *quod Paradisum appellat v. 4. Hoc mecum eris in Paradiso.* Luc. 23: 43. & à Scholaisticis empyræum sive igneum dicitur,

citur, propter summam & fulgentem ejus lucem.

Tertium
cælum
creatum.

XXII. Ac tertium hoc cælum similiter creatum, sicut alios cælos, merito asserimus. *Benedicti vos Domino, qui facit cælum & terram. Cælum, inquam, cælum Domini est, & terram dedit filii hominum.* Psal. 115: 15, 16. *confer de cælo fecit te audire vocem suam. Iehova ille est Deus in cælis supra.* Deut. 4: 36, 39. *Et tu audies usque ad locum habitationis tuae, usque ad cælum.* 1. Reg. 8: 30. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Joh. 14: 2. *Tu fecisti cælum, cælum cælorum & omnem exercitum illorum.* Neh. 9: 6. *Et absoluta sunt cælum & terra & omnis exercitus illorum.* Gen. 2: 1. *Expectabat eam, quæ fundamenta habet, civitatem, cuius artifex & conditor est Deus.* Hebr. 11: 30. Contra errorem Socinianorum & aliorum, qui illud increatum ac immensem, pulcherrimam luce perfusum ponunt, veluti æternum Dei habitaculum, *juxta 1 Tim. 6: 16. Luce in habitans inaccessam.*

quod So-
ciniani ne-
gant.

Ubiquita-
ri illud in
corporeum
statuunt.


XXIII. Ex quo errore aliis pullulavit, qui ubiquitariis placuit, cælum illud illocale & incorporeum facientibus, unde supra spheras coelestes corporeum quid esse negant: cum tamen aliter pateat ex variis Scripturæ locis. *Paulus raptus fuit in tertium usque cælum.* 2. Cor. 12: 2. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Si aliter esset, dicerem vobis: proficitor, ut parem vobis locum. & si profectus fuero, ut parem vobis locum, rursus venio, & assumam vos: ut ubi ego sum, ibi & vos sitis. Joh. 14: 2, 3. *Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum, etiam illi sint mecum.* Joh. 17: 24. *Video cælos apertos, & Filium hominis stantem ad dextram Dei.* Act. 7: 56. *Qui descendit, ipse est & is, qui ascendit supra omnes cælos, ut implete omnia.* Eph. 4: 10. *Quem oportet cæli capiant usque ad tempora repre-
sentationis, sive exhibitionis omnium.* Act. 3: 21.

Ejus na-
tura nobis
latet.

XXIV. Qualis autem ejus natura sit, humanis quidem mentibus capere nefas est: in genere saltem novimus, esse habitaculum ac templum Deo dignum, angelorum ac beatarum animarum domicilium augustissimum, & paradisum omnis boni plenissimum. *Quis quis confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Parvo meo qui est in cælis.* Matth. 10: 32. *Adeste benedicti patris mei, possidete regnum parvum vobis a jacto mundi fundamento.* c. 25: 34. *Qui sunt coram throno Dei, non esurient amplius, neque cadet super eos Sol, neque ullus æfus.* Apoc. 7: 16. *Nosse me facies iter vita, satietatis lætitiarum apud faciem tuam, amanorum quæ sunt in dextra tua perpetuò.* Psal. 16: 11. idemque incorruptibile, Apoc. cap. 21. & 22, ac respectu reliquarum mundi partium velut immensem.

XXV. Re-





XXV. Re ipsa vero à nobis definiri nequit, an cælum hoc terminum *Indefinitum nobis habeat*, nec ne; an cælum sidereum undiquaque ambiat, an vero ex parte *est.* & an totum beatorum habitationi destinatum sit, an vero ex quadam sui parte solum? Atque ex mentis nostræ præjudicio, quæ ab omni indefinito & indeterminato abhorret, & rerum terminos pervidere gestit, ortum est, cælum hoc ut astrorum ignes & globos undiquaque incingens, atque ultimum defientis naturæ terminum cogitare.

XXVI. Conditum etiam hoc die videtur cælum, in quo stellarum *Cælum orbis* volvuntur, una cum cælo infimo sive aëreo, quæ pariter extensi *siderum* sive expansi nomine in Scripturis veniunt. *Opus manuum Dei indicat ex-* & aëreum *pansum.* Psal. 19: 1. Gen. 1: 6-8.

XXVII. An cælum hoc sidereum terminos habeat, nec ne, æquè ignoramus; cum incertum nobis sit, an cælo empyræo undique claudatur, etiam pri- an vero aliquâ sui parte super-extet, & in immensum pateat.

XXVIII. Multo minus figuram ejus determinare licet, quæ sine terminis ne concipi quidem potest. Cumque præterea materia cœli sit fluida, quæ ab ambiente corpore solum figuretur, ac nobis ignotum sit quodnam corpus cælum hoc amplexu suo stringat, & an totum, an ex parte solum ambiat, & qualis illud ipsum figuræ sit, impossibile nobis est cœli stellati figuram designare.

XXIX. Alterum primi diei opus est *TERRA*, terra, quo nomine & aquæ comprehendunt solent. *Sex diebus fecit Dominus cælum & terram.* Exod. 31: 17. *Tu fecisti cælum & terram.* 2. Reg. 19: 15. *Manus mea fundavit terram, & dextra mea quasi palmis extendit cælum.* Esai. 48: 13. Erat autem terra, ut videtur, aquis undique circumfusa hoc die, non vero cum iis confusa, & coëuntibus utriusque elementi particulis veluti mixta ac macerata, verum ita ut in diluvio factum, Gen. 7: 19, 20. & 8: 3, 13, 14. aquis cooperata. Quæ circumfusa aquarum moles *abyssi* nomine intelligitur, Gen. 1: 2. ita ut ista elementa vulgo dicta, terra, aqua & aëris, qualis hoc die erat, suis locis super imposita fuerint, & terra intra densissimas tenebras sepulta atque aquis immersa.

XXX. Errant igitur, qui hic chaos quoddam & confusam rerum omnium molem sibi imaginantur, ex qua tam augustum opus, ac pulcherrimus hic mundus, Dei ac hominum habitaculum, surrexerit. Nunquam enim talis rerum fuit facies, qualem poëtæ confinxerunt, verum longe perfectiora fuerunt Dei opera, & longè augustiora rerum primordia. Neque ex vocibus *תְהוּ וּבָרֹא* v. 2. informe istud chaos exstrui

potest, cum iis vocabulis exprimatur tantum desolatio & vastitas, qualis est in regionibus habitatoribus destitutis, & ab omni humano cultu vacuis; ita ut terra vacua fuerit incolis suis, herbis, arboribus, ac omni isto ornatu & decore, quod postea accessit. In specie תְהָןָה notat defectum ornatus, ad quem linea adhibetur; בְּהָנָה exprimit rem non fundatam cuius fundatio perpendiculariter perficitur. Et tendet super illa תְהָןָה lineam vastitatis, אַבְגָּנִי בְּהָנָה & perpendicularum destructionis. Esai. 34: 11. unde LXX. non male vertunt, ἀργετος τοιη διαταξισιν.

TENE-
BRAE.

Spiritus
Dei incu-
bans &
quis.

XXXI. Tenebrae autem erant super facie abyssi. v. 2. cum necdum lux esset, qua antiquiores concipiuntur tenebrae, quæ abyssum seu aquas terram obtegentes quasi replebant, idque omni ex parte, tam versus unum hæmisphærium, quam alterum.

XXXII. Spiritus Dei ferebatur super aquas. v. 2. sicut ales super pullos suos sepe librat, & nidum suum confovet. Ut aquila excitat nidum suum, super pullis suis יְלָמִידָה fertur; pandebat alas suas, accipiebat illum, populum suum ferebat ipsum super ala sua. Deut. 32: 11. vox enim מֶרְחָפָה præsentiam affectuosam & peculiaris cura efficacem notat, quæ à creatione non differt. (Omnia fert Deus verbo potentia sua. Hebr. 1:3.) nec creaturæ, utpote vento, qui nondum creatus erat, nec fovet, sed potius dislipat, vel igni, vel animæ cuidam mundi, vel angelo denique tribui potest. Neque etiam sufficit, vim & efficaciam Dei in genere intelligere; vis enim illa per vocem incubandi potius exprimitur, à qua distinguitur Sp. S. qui ejus principium erat. Ut ad consolationem nostram videamus, mundum & homines esse opus quoque Spiritus Sancti, nos regenerantis & corpora nostra vivificatur: Spiritus Dei fecit me, & halitus omnipotentis vivificat me. Job. 33:4. In verbo Domini cœli facti sunt, & in Spiritu oris ejus omnis exercitus illorum. Ps. 33:6. Et an non unum fecit, quem ipsi supereret spiritus? Mal. 2: 15. Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis, is, qui excitavit Jesum Christum ex mortuis, vivificabit etiam mortalia corpora vestra per Spiritum suum in vobis habitantem. Rom. 8: 11. atque illum ipsis rerum primordiis adfuisse, & terram homini condendo, quasi præparavisse: sicut idem & terram & homines eadem gratiâ in fine mundi tandem perfecturus & consummaturus est.

LUX.

XXXIII. Tandem creavit Deus & lucem. Et dixit Deus: existat Lux: & existit Lux. v. 3. ita ut triplex jam esset corporum genus, qualia etiam jam nunc in mundo sunt, lucem nempe emittentia, transmittentia, & remittentia, seu opaca.

XXXIV. Fu-







XXXIV. Fuit autem lux illa primigenia non elementum ignis, vulgo dictum, nec accidens sine subiecto, sed materia subtilis copiosissima, vehementer mota, quæ tunc per vices utrumque terræ haemisphærium illustrabat; postea verò particularum subtiliorum appulsa in centris suis aucta, in astrorum præcipue autem solis, globum videtur collecta. Fuitque illa lux è nihilo sui producēta, solo Dei jubentis verbo & imperio, qui dixit, *ut lux è tenebris resplenderet.* 2. Cor. 4: 6.

XXXV. *Distinxit autem Deus lucem à tenebris,* v. 4. h.e. in una parte abyssi creavit lucem, eamque iussit circumire ad alteram partem, ut ita fieret vespera abeunte luce, & rursus mane illa accedente. Quæ de hinc continuo ordine sibi invicem succedunt, nunquam autem commiscentur. *Adhuc omnibus diebus terra fementis & messis, ----- & dies & nox non cessabunt.* Gen. 8: 22. *Sic dixit Jehova: si non est fædus meum diei & noctis, definitiones cœli & terræ non posui.* Jer. 33: 25. Quod autem *lux nominata* sit *dies*, & *tenebre nox*, v. 5. primum nomen est, quod Deus ulli suorum operum indidisse legitur.

XXXVI. Creata autem est illa lux die primo post tenebras: quod emblemata fuit Christi eodem illo tempore resurgentis, & luce salutiferâ mortales collustrantis. *Deus qui dixit ut lux e tenebris resplenderet, is est qui luxit in cordibus nostris ad radiationem cognitionis glorie Dei in facie Christi.* Atque ita factus est vesper, abeunte nempe luce, & factum est mane, accedente rursus luce, *dies unus*, h.e. primus, v. 5. cum ergo prius facta sit lux, & deinde factus sit vesper, cui post noctem successit mane; sequitur diem primum non à tenebris aut vespera, sed ab ipso mane initium summissæ & in illo rursus finitum. Ita ut non vespera mane prior fuerit, sed mane vespera. Licet in lege secundum rituale nox diem præcesserit, propter mysterium, seu *διλασία πνεύματος*.

DE OPERIBUS SECUNDI DIES.

XXXVII. Opera secundi diei sunt. 1. ordinatio expansi atque ejus SECUNDI adaptatio ad separandas aquas à terræ superficie, & divisionem faciendam *diei opera* inter aquas superas & inferas. 2. fundatio ipsius terræ, reliquis aquis in vastos quosdam ejus sinus discedere iussis. *Et dixit Deus si expansum in medio aquarum, & faciat distinctionem inter aquas & aquas.* Gen. 1: 6. *Ipse supra mare fundavit terram, & supra fluvios firmat illam.* Psal. 24: 2.

EXPAN-
SUM.

XXXVIII. Expansi nomine in latitudine sua intelligitur totum illud spatum, quod à terrestris globi superficie ad extremum usque cœli asper-
tabilis terminum extensem est, quod cœlum appellamus. *Et vocavit Deus expansum cœlum.* Gen. 1: 8.

גָּדוֹלָה

XXXIX. Hebraicè רַקֵּעַ dicitur, ab expansione & explicatione, qualis est in aulæo vel conopæo. *Operiens se luce in star toga, exten-*
dens cœlum in star cortina. Psal. 104: 2. Græci vertunt στρῶμα, Latini
Firmamen. Firmamentum, non quasi solide foret substantia; sed vel respectu nu-
bium, quæ firmamentum & fulcrum sunt vaporum; vel quia aër unifor-
mis & stabilis semper manet, & superas aquas latissimo gremio suo veluti
fusinet ac firmat. Ita ut hinc coelos solidos esse, non autem liquidos &
fluidos concludi non possit.


quod se-
cundo die
factum.

X L. Expansum vero secundo hoc die factum, non quoad universam
sui latitudinem, hoc enim primi diei fuit opus, sed quoad inferiorem sui
partem, quæ aërem extensem usque ad orbitam lunæ, aut circiter, com-
plectitur, accipi debet: factum autem est, tum ratione substantię suæ, qua-
tenus inibi aëris formam accepit, tum ratione usus, quatenus divideret
aquas superiores ab inferioribus, quod illi ratione imæ suæ partis attri-
butur. Triplici enim modo de expanso loquitur S. S. aliquando in sua
latitudine id sumit pro cœlo, Gen. 1: 8. aliquando pro parte ejus superiori,
ut v. 14, 15, 17. aliquando pro solâ inferiori, ut v. 20. ac juxta hunc sen-
sum aquas superiores & inferiores dividit. v. 6, 7. Quod secundo diei,
quo Deus expanso hanc constitutionem dedit, huicque usui illud aptavit,
peculiariter tribuitur; cum ad fundationem terræ, quæ præcipuum hu-
jus diei fuit opus, hæc aquarum separatio singulariter fecerit: quæ Gen.
2: 6. non incommode per educationem vaporum ex terra explicatur, quos
Deus in supera aëris regione in nubes collegerit, atque in vastis istis
cœli campis ad terram idoneo tempore irrigandam, agi ac ferri jus-
ferit.

Aqua-
periores,

X LI. Per aquas igitur superiores non cœlum crystallinum, nec aquæ
veræ supra sphærā octavam, vel aliæ quædam aquæ supra-cœlestes
intelliguntur, sed nubes & vapores in superiori aëris regione, mediâ vulgo
dictâ, collectæ. *Contabulans aquis cœnacula sua, ponens nubes vehiculum*
suum. Psal. 104: 3. *Constringit aquas in nubibus suis, ita ut non finda-*
tur nubes sub ipsis. Job. 26: 8. *Ponebat tenebras latibulum suum, imò*
circa se tugurium suum: nimirum obscuritatem aquarum, imò nubes a-
theris. Psal. 18: 12. *Ad vocem dat multitudinem aquæ in cœlis, & ascen-*
dere





dere facit vapores à fine terre : fulgura imbreem facit, & educt ventum ex
thesauris suis. Jer. 10: 13. Sicut per aquas inferiores fluvii, lacus, fontes, *inferiores*
maria denotantur. Inter quas aquas disterminandi usum expansum ha-
buit. Unde & aquæ dicuntur fuisse non supra universum expansum, sed
potius desuper ipsi expanso, vel à regione supera expansi.

XLII. Eodem die, quo separatae sunt aquæ superiores ab inferioribus, FUNDAMENTA TIO TERRÆ.
fundata est quoque terra, per divisionem aquarum inferiorum ab arida. Quod alterum hujus diei opus fuit, quod Gen. 1:9, 10. ante opus tertii
dies per ἐπέχυνσα narratur. Non enim ad tertium, sed ad secundum
diem, quæ ibi narrantur pertinent; atque יְאַמֵּר v. 9. reddendum est
per dixerat autem. Vid. Cl. Voss. de Idol. l. 2. c. 67.

XLIII. Quo observato solvitur simul vexata quæstio, cur secunda
dies benedictione caruerit, cuius varii varias dederunt causas. Bene autem
attendendo patet, diem illum benedictione suâ non caruisse, cum ea
illi disertè tribuatur, v. 10. cum ad hunc diem non solum distinctio supe-
riorum ac inferiorum aquarum per expansum pertinuerit, verum etiam
separatio inferiorum aquarum à terra. Quod nisi statuatur, tertia dies
habebit duplēm benedictionem, secunda autem nullam; quod absurdum est.

XLIV. Facta est autem hæc aquarum à terrâ habitabili separatio per SEPARATIO TIO AQUARUM À TERRA.
collectionem earum in magnas terræ cavitates, ad hunc usum à Deo pra-
paratas, ita ut ex utroque elemento unus fieret globus. Quod graphicè
describit David Psal. 104: 5-9. ubi docet, per vocem tonitru, h.e. per vo-
cem & imperium divinum, sive etiam per tonitrua & terræ motus, a-
quas terram tegentes ab illa fugisse, & in cavitatibus ejus receptas fuisse.
Vide & Job. 38: 8. Et clivis foribus mare, eo erumpente, excunse
ex utero.

XLV. Atque iti, discendentibus undique aquis, conspecta est arida,
quam Deus terram appellavit. v. 10. atque inter eam & aquas orbem
hunc, in quo degimus, veluti æquis partibus divisit. Quæ singularis opus singula-
laris bene-
tatis,
Dei bonitas fuit, ut hominum & animantium usui cederet terra, ab a-
quis jam vacua, atque iis intra viscera sua receptis irrigaretur. Unde eas
naturali sua sede, ne terrarum orbi nocerent, dimovit, & in quasdam
cavitates ac veluti claustra abdidit. Estque hoc non minimum omnipo- & omnipot-
entia.
tentia ejus opus, quod illis limitibus immensam istam aquarum molem
coercat, & tenui fabulo insipientis elementi minas & tumorem com-
pescat: *An me non timebitis? qui posui fabulum terminum mari, modum*
seculi,

seculi, quem non transit: & faciunt & non valent; & strepunt fluctus ejus, & non valent; & strepunt fluctus ejus, & non transiunt illum. Jer. 5:22. Et fregi super ipsum mare modum meum, & posui vectem & fores: & dixi; huc usque venies & non addes, & hic metabitur in elatione fluctuum tuorum. Job. 38: 10, 11. Qui est colligens tanquam acervum aquas maris; ponens in thesauris abyssos. Psal. 33:7. imo per perennes fontium liquores, quos continuae sub terram venae alunt & instaurant, hominibus eas multis modis servire faciat, terramque earum fecundam reddat. Et ne in suo quoque sinu corruptae aquae humano generi noceant, maris falsedine, & continuo motu, à lunæ in angustiori orbis sui semita impulsu facto, sapientissimus mundi conditor providit.

Supra mare & fluvios quomodo fundata terra? XLVI. Atque ita fundata fuit terra supra mare & fluvios. Psal. 24:2. Mari videlicet atque aquis intra terræ sinus acceptis, ac per specus subterraneos terram subeuntibus, atque veluti ubere suo largos fluminum atque fontium meatus in usum hominum atque animantium suppeditantibus. Ita ut quod terra supra aquas extet, insigne naturæ opus ac beneficium sit, à Dei, humanum genus amantis & curantis, cuique terram hanc in habitaculum concessit, (Deus non in cassum creavit illam, terram, ad habitandum formavit illam. Esai. 45:18.) singulari providentia profectum.

MARE.

XLVII. Congregationem aquarum appellavit Deus maria, v. 10. quo nomine Hebrei omnem aquæ collectionem appellant. Atque omnium aquarum receptaculum & fons est mare illud magnum, seu Oceanus, qui universum terrarum orbem amplexu suo stringit, unde omnes ubique aquæ originem suam habent. Sicuti materiæ subtilissimæ fons & naturalis quasi locus est Sol & reliqua astra, quia ibi maxima ejus copia inventur. Ac sicut omnis calor & ignis à sole, & similibus principiis petendus est; ita à mari omnis fontium & fluviorum origo est, quorum perpetuitas consistit in perenni aquæ è mari per occultos terræ meatus in fontes & fluvios egressu, atque ejusdem per fluminum in mare sc̄e rursus exonerantium continuos cursus ac lapsus regressu. Omnes amnes pergunt ad mare; & mare non repletur: ad locum, quo amnes eunt, eò iidem repetunt ire. Eccles. 1: 7. Adorate eum, qui fecit cælum & terram & mare & fontes aquarum. Apoc. 14: 7.

Terra sancta in meo centro unde? XLVIII. Atque ex hac terræ fundatione, illam in medio universi, tanquam centrum ejus, sitam esse, vulgo hominum fides est; ex sensuum præjudicio, quoniam undique cælum supra nos extensem, atque





undiquaque à terrâ pariter distans conspicimus, unde nos in medio mundi degere judicamus. Verum sensus nostri in tam vasta mundi hujus mole nihil de corporum ejus situ nos edocere possunt. Neque ratio id in universum docet; cum enim illa mundi terminos & fines ignoret ac concipere non possit, pariter punctum ejus medium ac centrum assignare non potest.

XLIX. Quod vero planetarum cœlum attinet, centrum ac medium eorum non terram, sed solem esse, nunc Astronomi ferme omnes consentiunt: cum enim circa solem deferantur corpora proxima, Venus & Mercurius, & remotiora, ut Mars, Jupiter & Saturnus, non potest non ab isto coeli torrente in spatio fluido semel abripi & circumferri (licet in suo cœlo quiescens) terra intermedia, nisi continuo miraculo illam retineri statuamus. Ubi verò solem moveri & terram quiescere dicit Scriptura, tenendum, eam, dum res naturales narrat, sèpe uti phrasibus ex vulgi usibus desumitis, & sermonem adhibere quotidianum, qui ad accuratam rerum veritatem castigatus non est, qualem & sapientissimi adhibere solent. Motus ergo ille ex more communi opticè tantum intelligi debet, atque in variatione ~~missus~~ ac aspectus consistit; quæ cum oriente ac abeunte sole revera fiat, respectu ejus soli non absurde motus, terræ autem quies, adscribitur.

L. Atque ita quidem mundi partes disponendæ videntur, ut ille in *Mundus in tres q. cælos divisus.* tres ingentes plagas, ac veluti cœlos, dividatur. Quorum 1. sit cœlum primum, sive hoc nostrum, in cuius medio sit Sol, circa quem agantur Mercurius, Venus, terra, cum satellite Lunâ, Mars, Jupiter, cum quatuor suis comitibus, & Saturnus. 2. secundum cœlum, in innumerabiles orbes ac vortices divisum, qui circumorqueantur à stellis fixis. 3. quicquid denique supra duos istos cœlos longè ab asperitu nostro remotum reperitur, pro cœlo tertio habendum est: quod an cum cœlo tertio, ita in Scriptura dicto, h. e. cum cœlo beatorum idem sit, nec ne, quis demonstret? Quæ corporum mundi œconomia & rerum naturam sequitur, & phœnomenis ac experientiæ satisfacit, & quantum de tam augusto & immenso Dei opere judicare nobis fas est, ad verum proximè accedit; cum quoconque alio modo hic mundus disponatur, variae difficultates implacentur, & non unum incommodum, in naturæ ac veri investigatione inveniatur.

DE OPERE TERTII DIEI.

LI. Terra ita fundata, ac ab aquis separata, tertio die extus herbis ac *TERTII* *arboreo-*

*dici opus :
ARBO-
RUM her-
barumque
germina-
tio.*

arboribus vestita, interiori autem sinu, ne qua ejus pars inutilis maneret, metallis ac mineralibus imprægnata fuit.

LII. Neque solum frugum ac plantarum semina eo die tellus concepit, cœlesti veluti manu confita, quæ demum tractu aliquo temporis herbascerent, & lœta viriditate terram induerent: sed jam hoc ipso die in arboreis, frutices, plantasque omnis generis, in paradiſo saltem, suppulavit, quæ nullo satu proditæ ad solius Dei imperium provenere. Ita ut hoc die paradiſus à Deo plantatus sit. Gen. 2: 8.

*ad quam
terra se ē
materiali-
ter habuit;*

LIII. Nec tamen active, sed passive ac materialiter ad primam plantarum germinationem terra se ē habuit: eodem modo ut ad productiōnem animalium. Quo sensu intelligendum est quod extat Gen. 1: 11. Progerminet terra &c. conf. Gen. 2: 9. Et germinare fecerat Deus ex terrâ omnem arborē &c. Quanquam eodem tempore eidem simul indita fuerit vis quedam ac fecunditas, quā postea ex herbarū omne genus semine easdem producere, ac ubere suo alere ac nutrire posset. 1. Cor. 3: 7.

*unde crea-
ta sunt
omnes her-
barum ar-
borumque
naturales
species.*

LIV. Creatæ autem sunt tunc omnes arborum ac plantarum species naturales. Quæ enim postea agricolarum industria invenit, in maritandis arboribus, ac surculorum nodorumque infissionibus, quo silvestres ſætus in mitiorem naturam redigere, & ignobilem stipitem generosā fronde imprægnare norunt, specierum jam creatarum commixtiones, & quodam veluti naturæ adulterium sunt. Et quod quibusdam videtur, telluris veluti novercæ dorsum non nisi post lapsum spinis ac tribulis inhorruisse, non usque quaque verum est; nisi id forte de paradiſo, horto amoenissimo, in quo Adam collocatus fuerat, intelligas; ex quo deinde ob peccatum exul, in vicinia arva, spinis ac noxiis herbis ſœta, extrusus est.

*Dei in hoc
opere po-
tentia, &
bonitas.*

LV. Sicuti autem *potentia* Dei appetet in maximarum arborum ex parvulo semine procreatione; ita ejusdem *bonitas* conspicua est, in tot herbarum ac frugum speciebus, quas tellus pleno ubere profert: atque ita quidem, ut cum aliæ herbæ uno loco, aliæ alio latius proveniant, et tamen quæ maximè necessariae sunt, ubivis largo sinu terra producat; aromata autem & pretiosiores herbas non nisi quibusdam locis; his veluti deliciis, quanquam parcus, mensam suam instruens, & cæteras naturæ dapes veluti condiens: ut Deum magis necessitatì quam voluptati hominum consulere intelligamus.

DE OPERE QUARTI DIFI.

QUARTI

LVI. Exornata iam terra, futuro hominis domicilio, restabat cœlum,





lum, hactenus *avasegy*, quod hoc die sibi ornandum, ac variâ luce con- *diei opus:*
decorandum Creator sumvit. v. 14. Atque ita quidem terra ante cœ- *STELLÆ*
lum cultum ac ornatum suum accepit: ne inferiora hæc à sole astrisque, *& duolu-*
tanquam supraea aliqua causa, pendere ac regi intellegentur, atque inde *minaria*
homines idolatriæ causam acciperent; quam ne sic quidem fatis vita- *magna,*
verunt.

LVII. Luminaria illa non è nihilo, sed ex cœlorum materiâ facta *fata & cœ-*
sunt: eodem modo ut herbae, aves, bruta & homo, ex terra & aqua pro- *lorum ma-*
ducta sunt. Centra enim vorticum, è quibus fulsura erant astra, Deus *teria.*
materia subtili hoc die replevit, eamque in globos ac magna quædam cor-
pora collegit, quæ solem hunc & reliquas stellas efficerent; quæ corpora
Deus in expanso cœlorum, veluti in supremâ mundi statione, *collocavit,*
Gen. 1: 17. h.e. non confuso ordine disjecit, sed prudentissimè dispo-
suit, & quendam veluti astrorum chorum instruxit, quæ juxta motus
ac vortices suos commodissimo situ sibi invicem contemperavit.

LVIII. Astrorum usus quadruplex assignatur. 1. ut varia sua luce *Astrorum*
diei ac noctis tempora distinguant. Sint luminaria in expanso cœlorum, ut *usus pri-*
distinguant inter diem & inter noctem. Gen. 1: 14. quod splendidum *mus.*
ipsorum ministerium veluti quædam dominatio est. *Luminare magnum*
fecit in dominationem dici, parvum in dominationem noctis & stellas.
v. 16. quæ inter solem ac lunam divisa, de die soli, de nocte lunæ ac stel-
lis cessit. *Modum circinavit super faciem aquarum, usque ad consumma-*
tionem lucis cum tenebris. Job. 26: 10. *Omnibus diebus terræ dies &nox*
non cessabunt. Gen. 8: 22. *Sic dixit Jehovah, qui dat solem ad lucem*
diei, leges lunæ & stellarum ad lucem noctis. Jer. 31: 35.

LIX. 2. Secundus, ut sint in signa. Quæ triplicia ponî solent: *natu-* *Secundus.*
ralia, ut defectuum solis, lunæ, tempestatum, variarumque cœli vicissitu-
dinum: civilia, quæ à naturalibus pendent, ut temporis arandi, navigan-
di &c. & spiritualia, veluti favoris ac iræ divinæ. *Dixit sol in Gibeon sub-*
siste, & luna in valle Ajalon. Jos. 10: 12. *Et invocavit Esaias Prophetat*
Dominum, & reduxit umbram iisdem gradibus, quibus descenderat in so-
lario Achazi decem gradibus. 2. Reg. 20: 11. *Sol obscurabitur, nec da-*
bit luna splendorem suum, & stellæ cadent è cœlo, & potestates cœlorum con-
cutientur. Matth. 24: 29. à sexta hora tenebre factæ super universam
terræ, usque ad horam nonam. Matth. 27: 45. *Dabo signa in cœlo & in*
terra: sanguinem & ignem & palmas sumi. Sol vertetur in tenebras &
luna in sanguinem, antequam veniet dies Domini magnus & terribilis.

Joël. 2: 30, 31. Actoř. 2: 19, 20. quorum tamen significatio cum extraordinaria sit, ex peculiari revelatione penderet.

Astrologo- LX. Ut temere faciant astrologi & mathematici, qui rerum omnium eventus, atque hominum præcipue fata, ex astris, eorumque vel propitio vel infausto positu, deducunt, & cœli veluti consulti eam artem mendacissimè venditant. Repugnat enim divinatio illa & *Scripturae*, & rationi, & experientia, denique sibi ipsi non constat.

Scriptura, LXI. Scriptura enim soli Deo, veluti præcipuum ejus decus, futurorum contingentium cognitionem asserit. *Non scit homo, quid futurum sit. nam quum fit, quis indicet ipsi?* Eccl. 8: 7. *Ignoratis quid futurum sit postero die. quæ est enim vita vestra?* &c. Jac. 4: 13-16. Ac quia homo præcipue istum astrorum chorum miratur, & non nisi cum veneratione in cœleste hoc templum tot undique flammis collucens suspicit, Deus quasi præveniendo hominum errori ac idolatriæ, quæ ab ista parte maxime blandiebatur, expressis verbis hunc astrorum metum, & dīvinationum somnia proscriptis, & à populo suo procul abesse voluit. *Non invenietur in vobis conjector, divinus, & omnium captator & præstigiator.* Deut. 18: 10. *Nam gentes divinatores & conjectores attendunt, non ita permisit vobis Dominus Deus vester.. v. 14. Et quomodo dicunt ad vos, consulete engastrimybos & divinos, qui pipiunt & anhelant? An non populus Deum suum consulteret?* Esai. 8: 19. *Et evacuabitur Spiritus Ægypti in medio ejus; & consilium ejus corrumptam: & consilient idola, & mussitatores & engastrimybos & sciolos.* c. 19: 3. *Consilient age, & salvent te astrologi, astuentes stellas, notificantes in mensis quicquam de iis, quæ evenient tibi.* c. 47: 13. *Juxta viam gentium ne assuecatis: & ob signa cœlorum ne confernemini, quia confernuntur gentes ob ea.* Jer. 10: 2. *Vos autem ne auscultetis Prophetis vestris & conjectoribus vestris & somniis vestris & auguribus vestris, & magis vestris, qui dicunt ad vos: non servietis Regi Babel.* Jer. 27: 9.

Rationi, LXII. Atque astra, cum infinitis spatiis à terrâ distent, 1. *vix aliquam in eam operationem habere possunt: & si quam habent, 2. ea valde generalis est, non autem particularis in hunc vel illum ex. gr. regem vel principem potius quam alium.* 3. Saltem in hominum mentes ac voluntates non agunt, cum vel ipsum corpus nostrum menti unitum generali isto contactu corporeo non afficiatur. Adhuc minus ex unius hominis horoscopo prædicti possunt, quæ non ex unius, sed ex diversorum hominum voluntate ac studiis dependent, qualis fere est universa hominum fortuna. & vita.









& vita. 5. Ac majoris adhuc impudentia est, non solum hujus vel illius hominis, sed *totius alicuius urbis, nationis ac regni fata ex sideribus evolvere*; quod tamen hi homines audent. 6. Denique cum hominum mala æque ac bona, quin *peccata ac sc̄ē era* quæque atrocissima hujus artis mystæ ex cœlo suo ac siderum positu improbè deducant, quid nisi Deum ipsum, naturæ ac siderum creatorem, peccati auctorem faciunt, atque eum impie ipsis sceleribus obtendunt? 7. Saltem *ante lapsum* peccata ac sceleræ, quin ne calamitates quidem ulke, locum habuissent, cum tamen ex legibus naturæ idem siderum ac cœli positus & ordo tum fuisset, qui nunc est..

LXIII. Sed experientia ac sibi ipsi denique fallacissima hæc ars repugnat. Non enim omnes, qui eodem astrorum situ in lucem editi sunt, *Experien-
tia & fibi-
iis & fibi-
it si.*
eandem sortem experiuntur: nec omnes infantes, qui cum sobole aliquâ regiâ eodem temporis puncto toto mundo nascuntur, regali purpura excipiuntur, aut in easdem spes surgunt. Ac quotidie videmus gemellos, unico partu editos, tamen diverso fato nasci, & tota vita contraria studia sectari. Nec evadunt, causam in temporis forte momentum, quod inter amborum ortum intercedit, rejicientes, quo spatio cœli faciem, ob celeritatem suam prorsus immutari, atque aliam rerum seriem volvere contingat. Si enim tam brevibus momentis ista vertantur, quis ipsum temporis punctum, quo nascitur infans, adeo præcisè rimabitur? & cum nemo momento nascatur, imo longo partu matres sape crucientur, quodnam potissimum temporis momentum observabitur, ad inveniendum talis pueri in cœlo fatum? Et cum gemelli unico satu sere concipiuntur, saltem hoc ad morum & fortunæ eorum similitudinem magis faciet, quam parvula forte mora, quæ in ortu eorum intercesserit. Et quem colorem dabunt, cur partus potius quam conceptionis tempora obseruent, nisi quod istam ignorant, atque ideo ad partum & nativitatem confugiant, atque inde demum hominum fata ordiantur, cum tamen jam ante aliquo tempore extiterint?

LXIV. Nec expedient sese, dum hisce rationibus vieti negant sese *Argutia-*
astra futuron propriè causas facere, sed signa tantum, ad id instituta; *orum : 20-*
juxta Mosis verbo, ut sint in signa. Verum cum signa omnia sint vel na- *dargua-*
turalia, vel instituta; signa naturalia semper vel causa vel effectus alicuius
rei sunt, vel simul cum eâ à superiori causa producuntur; quod hic locum
non habet, ipsis jam patentibus. Signa autem in hunc usum à Deo insti-
tuta non sunt, cum Deus potius hoc divinandi genus rejiciat, ut vidimus.

LXV. Tandem cœli per multa sœcula observatione hanc tandem artem inventam, atque experimentorum fide eam firmari ajunt. Sed æque inepte. Cum astrorum cœlum nondum in hunc diem juxta ipsos ortem suum consecerit; ad quem triginta videlicet annorum millibus egestat; adeoque nondum omne cœlum perdidicisse potuerint, cum necdum bis eandem cœli faciem, atque eundem siderum omnium positum viderint. Et quod experimenta ac eventuum fidem memorant, illa, si quandoque contigerint, non vanæ istæ arti, sed vaticinantium solertiae, consilientium credibilitati, fortuitum aliquem casum in rei prædictæ impletum vertenti, dæmonum operæ aut occultæ denique numinis providentiae, isto ludibrio vanas hominum mentes sèpè permittentis & castigantis, adscribenda sunt. Idem quoque de signis prædictionibusque à Lunæ Solisque Eclipsibus, ut & Cometis vulgo petitis, propter hasce aliasque rationes statuerendum est.

Astrorum usus ter- tius. LXVI. Tertius stellarum usus est, mensurare tempora & annos. *Exi- stant luminaria in expanso cœlorum ad distinguendum inter diem & noctem & sint in signa & stata tempora, in dies & annos.* Gen. 1: 14. Sicut ab illis variæ anni tempestates, messis ac vindemiæ tempora, itemque Festa, Novilunia, Sabbata &c. dependent.

Quartus. LXVII. Quartus earum usus (à primo non multum discrepans) est, ut tanquam lampades in immensis cœli spatiis suspensæ mortalibus super terram alluceant. *Sintque in luminaria in expanso cœli, ad afferendum lu- cem super terram,* v. 15. absque quo priores usus locum non haberent.

Luminaria magna Sol & Lu- na. LXVIII. Luminaria autem magna vocantur præsertim Sol & Luna, quibus diei atque noctis dominatio contigit, v. 16. Quanquam valde impropriæ, & non nisi juxta externam apparentiam, Luna isto nomine veniat: cum illa per se non magis *luminare* sit, quam speculum aliquod acceptam lucem repercutiens; atque inter eam & solem non minor sit differentia, quam inter lucentem candelam, & lapidem lumen ejus reflectentem. Multo minus luminare *magnum* opposite ad reliquæ astra appellari potest, cum illa lunam magnitudine immensum propemodum superent. Ita ut hic Sp. S. sermone populari, & ex vulgi præjudiciis ortu utatur. Verum quidem est, lunam operatione in hac inferiora & usu cæteris cœli luminibus præstare, eamque tanquam noctis reginam reliquum stellarum chorum ducere, ideoque magnum luminare non incommode appellari. Verum hic ipse ejus usus & hec in terras operatio rursus vulgi errori innititur, quod mole corporis & lucis magnitudine reliqua



reliqua astra vincat, atque inde majorem usum terrae praebat.

LXIX. Quæri etiam à quibusdam solet, an astræ animatae sint? quod *Astra an
animatae
sunt?*
creditum pluribus, præsertim Judæis, qui cœlo animam rationalem tri-
buunt, iustitiâ & sanctitate præditam. Atque isti opinioni inter Chri-
stianos adhæsit olim Origines; Augustino, etsi non nihil vacillaret, con-
trarium afferente; quem reliqui Ecclesiæ doctores, atque universa Scho-
lasticorum cohors secuta est. Et revera, cum nullum hujus animæ vesti-
gium nec in natura, nec in Scripturâ extet, & multa absurdâ ea inferat,
cœlestia hæc animalia, tanquam intemperantis ingenii nugamenta, rej-
cienda sunt.

LXX. Nec magis audiendi, qui Aristotelem secuti, Angelos quosf-
dam veluti rectores cœlestibus orbibus præfecerunt, qui eos assiduè mo-
veant, & cœlestem illum exercitum veluti moderentur. Quod præter *An Angelî
orbibus
cœlestibus
præsint?*
Scripturam est, quæ Deo siderum atque cœli productionem, eorumque
juxta naturæ leges motum atque ordinem attribuit: nec famulantem aliquem genium Psalmus 19: 6. inducit, qui *solem* veluti è *thalamo* deducat,
sed ipsi soli atque ordini à Deo instituto hæc adscribit. Nec Angeli, nobis-
lissimæ creaturæ, hūic ministerio deputandi, & ad perpetuum orbium
suorum rotatum, tanquam ad molam, damnandi sunt.

DE OPERIBUS QUINTI DIES.

LXXI. Mundo jam constructo atque exornato dandi erant incolæ, *Quinti*
quorum creationem Deus sequentibus diebus absolvit. Et quinto aqua- *dei opera:*
tilia ac aërea, sexto terrestria animalia condidit.

LXXII. Aquatilia producta sunt ex aquis, ubi etiam degunt. *Mo-* *AQUA-*
veant se aquæ motione animæ viventis. Gen. 1: 20. conf. Gen. 2: 19. *Et* *TILIA,*
formavit Deus ex terra omne animal agri & omnem volucrem cœli. ad-
misita nonnullâ solidioris elementi portione (vide 1. Cor. 15: 39. ubi Pau-
lus carnis hominum, animalium, *piscium*, volucrum, pariter mentionem
facit) sicut & sub nomine *reptilis animalis viventis* veniunt, Gen. 1: 20. late-
sumpta rependi voce, ut etiam natatum comprehendat. Notat autem
verbum שְׁאַל effusionem magna copia, & quasi refectionem.
אֲשֶׁר וְרִמֵּנָה בְּאַמְנִיס רָנִים. Exod. 8: 3. *Et* filii Israel fructifica-
runt וְרִמֵּנָה & verminarunt & multiplicati sunt. Exod. 1: 7. Sicut pi-
scium fecunditas ferè prodigiosa est. Cum vero hic primum animæ vi-
ventis mentio fiat, non obscure inde colligitur, *creaturas haec tenus*

productas, & speciatim cœlum ac astra, inanimata fuisse.

CETI.

LXXIII. Speciatim autem inter pisces, quo etiam Zoophyta aquatilia, conchæ, purpuræ, spongiae &c. referenda sunt, nominantur **תְּנוּנִים** **תְּנוּנִים** ceti, v. 21. quæ vox sicut inter terrestria Draconem, (*venenum Draconum, vinum eorum*. Deut. 32:33.) ita hic prodigiosæ magnitudinis pisces denotat; è quibus unus est Leviathan. Job. 40. & 41.

Dei in hoc
opere po-
tentia &
sapientia.

LXXIV. Atque admiranda hic est Dei cum potentia, tum sapientia, qui tam vastæ magnitudinis animalia, ut terrestria longe superent, ex aquis produxit, eaque in mari veluti conclusit, ubi ipsis pastum & cibum præbet, cum non sine hominum ac reliquorum animantium noxa, & rerarum vastitie, in terris degerent, ubi vix integrî montes & sylvæ ipsis pascendis sufficerent.

AVES.

LXXV. Piscibus eodem die conjunctæ fuerunt aves, quæ non ex aquis, ut male Vulgatus ex Gen. 1: 20. colligit; sed è terrâ formatæ sunt, ut expresse Gen. 2: 19. dictum vidimus.

Benedictio
creationi
borum
addita.

LXXVI. Atque eorum creationi sollemnitas approbatio & benedictio adjicitur, eaque non verbalis, sed realis, quæque ctiam ad reliqua animantia, quæ sequenti die creata sunt, extendenda est. Neque ei repugnant animalia quædam foeda ac noxia, atque diræ & obscenæ volitres, cum illa naturalem saltem bonitatem habeant, nec in principio condito homini nociva fuissent. Præscribit autem illa benedictio fabulosis quibusdam avibus, præsertim Phœnici, quæ solitaria in suo genere fingitur.

Dei in es-
bonitas.

LXXVII. Ac magnum bonitatis Dei argumentum fuit, quod nullas aves venenatas considerit, aut vix bestiis venenosis alas concesserit, avertendæ noxae, ne dum per aëris spatiâ liberimè feruntur, humanum genus depopularentur, & contagie sua promiscue nocerent.

De O P E R I B U S S E X T I D I E I .

SEXTI

dei opera:
Bruta:

LXXVIII. Sexti diei opera absolvuntur cum brutorum terrestrium, tum hominis ipsius creatione. Brutorum creatio describitur Gen. 1: 24, 25. ubi tria animantina genera recensentur. 1. בָּהֶם i. e. pecus omne & jumentum domesticum & mansuetum. 2. רַכֵּשׁ reptile, sub quo nomine non solum ἄνθρωπος, sed etiam Βερενίστων, continentur. 3. חַיִל quod quodvis ferum & silvestre animal dicit.

*juxta spe-
ciem suam,*

LXXIX. Quod autem hæc animantia juxta speciem suam creasse Deus dicitur, v. 24, 25. id de veris & legitimis speciebus, non de adulteriis





nis & ex commixtione natis intelligendum est. Hujusmodi enim animalia nec sexto die creata sunt, nec facultatem sese multiplicandi habent, atque omnis eorum commixtio populo Dei interdicta fuit. Lev. 19: 19. *Non promiscue coire facies pecus tuum.*

LXXX. Animalia, quæ ex putredine nascuntur, quod attinet, illa vel in suis causis creata sunt, vel etiam in primis individuis: statuta tamen lege, ut post hac utroque modo, cum generatione naturali, tum ex putrefactione progignerentur & verminarent.

LXXXI. Quæ de Salamandra, Pyrausta, Gryphibus, Pegaso, Basilisco, Draconibus alatis & ignivomis, Unicornu, aliisque animantibus prodigiosis, disquiruntur, otiosa pleraque sunt, nec ex Scripturis decidi possunt. Cum nomina animantium Hebraica, sicut etiam herbarum, arborum, gemmarum &c. populis occidentalibus admodum incerta sint. Ut in voce **אָנָל**, quam LXX & Vulgatus sæpe unicornu reddunt, apparet: ita ut ex Scripturis an unicornu revera detur, constare non possit; præfertim cum, referentibus auctoribus, septem animalium genera sint, extra hanc controversiam sex, quæ uno cornu armata sunt.

LXXXII. Quod sermonis usum animantibus in Paradiso quidam tristitia seruerunt, fabula est ex alloquio serpentis, Gen. 3. & asinæ, Num. 22: 2. *monis uero.* orta; cum sermonis omnis, sicut & rationis, usus solius hominis prærogativa sit: in quo bestiæ callidissimæ, quas nunquam ex sese humana verba conari videmus, ab hominum stupidissimis superantur: quod certo argumento est, eas omni ratione ac sensu, sive conscientia, & vel minima cognitionis umbra privari, nihilque nisi motus automaticos à sanguinis & spirituum motu ortos edere.

LXXXIII. Absolutis igitur cæteris mundi partibus, tandem natus est **Homo**. homo, operum Dei visibilium colophon & *ανεργίαις*, ac gloria. Creatura videlicet rationalis, quæ Deum intelligere, & operum ejus magnitudinem capere, & conditorem æternis laudibus prosequi poterat. Atque tali creatura in hoc mundo opus erat, cum sine ea Deus frustra omnia condidisset, nec gloriam suam ex rebus conditis accepisset; & *cœli* ipsi ac universæ creaturæ in vanum *Dei gloriam prædicassent*, (Psal. 19: 1.) & montibus tantum ac sylvis, surdisque saxis eam enarrasset, cum creaturæ rationali, ac creaturarum voces intelligenti, eam testari solum queant. Et res quoque ipsa, ac tam præclarum à Deo excitatum opus manifesto eam flagitabant: non enim terra hæc sine colono, ac præstantissimum mundi ædificium sine domino ac rectore relinquac feris tantum & volucribus

būs habitandum dari poterat, sed sanctiori animali, & Dei curā ac sex opérum labore dingo, servabatur.

*qui postremo
in loco
conditus.*

LXXXIV. Estquē post omnes creaturas *postremo loco* conditus homo : five sapientia Dei testandæ , quæ justo ordine ab imperfectioribus ad perfectiora procedit : five bonitati , quæ antequam hominem in mundum veluti theatrum ac templum aliquod introduceret , illud prius omni decore ac ornatu instruxit ; ipsique , veluti mundi domino , creaturem omnes in ipso ejus ingressu multo cum honore occurrere jussit , & mundum hunc tanquam palatium bonis omnibus atque copia affluens ipsi præparavit : five denique Deus , quæ Judæorum quorundam ratio est , cum mundi fundamenta jaceret , à tam stupendi operis molitione humanos oculos avertere voluerit , & ne suo aspectu istud temeraret , atque aliquando forte etiam ejus gloriam sibi usurparet , post omnia jam condita demum hominem creaverit.


*cum pre-
via Dei
σύνελευτει*

LXXXV. Atque operis hujus excellentiam demonstrat singularis illa creandi ratio , aliter atque in aliis rebus usurpata . Cum enim alia Dei opera solo ejus nutu ac verbo producta sint , *est lux &c.* in homine creando , veluti majoris industriae opere , Deus veluti deliberabundus introducitur . *Et dixit Deus faciamus hominem ; in imagine nostra secundum similitudinem nostram .* Gen. 1: 26. ut pateat hominem communi S.S. Trinitatis consilio & voluntate creatum esse . Non tamen propriè deliberrantis ac incerti animi hæc verba sunt , nam extra dubium erat condito mundo etiam hominem , mundi incolam & Dei operum colophonem , creandum esse ; nec dicitur , *faciemus ne hominem ?* sed , *faciamus :* ut sermo potius sit *καταπειδόντος* , seque ipsum inhortantis , & veluti ad majoris momenti opus excitantis ; quo totius Trinitatis in formando homine cursus exprimitur . Quod luculentissimum S. Triados testimonium non frustra in initio verborum Dei occurrit , ac à Mose ex communi Patrum traditione ac catechesi repetitur , ut eandem veteris Ecclesiæ fidem fuisse , atque à primo mundi & Ecclesiæ exordio viguisse cognoscamus .

LXXXVI. Cum vero duabus partibus sibi unitiis homo constet , corpore & animâ , distincte utriusque originem , & amborum unionem panxit Moses , docens manu Dei plasmatum , & flatu ejus animatum prodidisse hominem , & è pulvere surrexisse audax illud naturæ miraculum .

*CORPUS
ejus è pul-
vere*

LXXXVII. Et *corpus* quidem quod spectat ; non immediatè ex nihilo id produxit Deus , sed *eformavit hominem pulverem ex terrâ .* Gen. 2: 7 . ut





ut revera homo nihil aliud sit quam pulvis animatus, vivens, respirans, ambulans, loquens; & corpus ejus tantum pulvis ad habitaculum spiritui præbendum apte contemperatus, ejusque veluti domus testacea. Quo & illud facit post lapsum in hominem pronunciatum: *Pulvis es, & in pulverem reverteris.* Gen. 3: 19. Hinc Apostolus, 1. Cor. 15: 47. ὃ πέπτεται τὸν θεραπευτὴν τὸν ψυχικὸν, καὶ γίνεται φυσικὸν, h. e. Tertulliano interprete, *limaceus*: & corpus ejus ὡματοψυχικόν, *corpus animale*, necdum σπουδαῖον, *spirituale*. 1. Cor. 15: 44, 45, 46. Non enim mera terra, vel pulvis fuit, sed pulvis humore aliquo aspersus & maceratus: ista enim vocis **אָדָם** significatio est, quæ terram culturæ aptam dicit, עֲבָדָה, *exercens terram suam, satiabitur pane.* Prov. 12: 11. Unde & primus homo *Adam* appellatus, quo originis suæ admoneretur, *quia ex terra sumitus erat.* Gen. 3: 19.

LXXXVIII. Sicut autem in eo infirmitatis nostræ testimonium est, à Deo formatum, quod homo non ex divite materia, vel pretioso metallo, instar idoli alii cuius in inferiore hoc mundo collocandi, conflatus, sed ex luto compitus sit; ita in eo dignitatis nostræ commendatio est, quod Deus ipse glebam hanc quasi digitis suis comprehendere & tractare dignatus sit, & corpus humanum non simpliciter creaverit, sed instar plastis manu suâ efformaverit & finixerit. Sic enim Moses Deum tanquam generis humani figurum introducit: quo frequentata illa in sacris luti & figuli allegoria spectat. *Væ contendenti cum formatore suo, testæ cum testis terra, an dicet lutum formatori suo, quid facis?* Esai. 45: 9. *Jehova, Pater noster es tu, nos argilla, & tu formator noster, & opus manus tuae omnes nos.* c. 64: 8. *An, ut figurulus hic, non potero facere vobis, domus Israël?* ait Jehova. *Ecce, ut lutum est in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israël.* Jer. 18: 6. *An non habet potestatem figurulus lutti, ex eadem massa ut faciat aliud ad honorem vas, aliud vero ad ignominiam?* Rom. 9: 21. & illa Abrahami ad Deum exomologesis: *Ego pulvis & cinis sum, Gen. 18: 27.* atque illa Jobi: *Memento, que o, quod ut lutum feceris me; & in pulverem rediges me.* c. 10: 9. nec non illud Elihu: *Ex luto excisus sum etiam ego.* Job. 33: 6. ut de gentilium testimoniorum, & Promethei fabula taceam, qui recentem adhuc tellurem, mistam fluvialibus undis finxit in effigiem moderantium cuncta Deorum. Non alias enim ille quam Deus, humani generis conditor fuit, à providentiâ sic appellatus.

LXXXIX. Corpori huic de humo exstructo varium decus Deus circumdedit. Ac externâ quidem figura à reliquis animantibus discrevit, dum illud erectum, & cœlo veluti cognatum, formavit, ut non nisi

extremis pedibus terram contingeret, quo cœlestis originis perpetuo membror, illam non habere, sed calcare jam tum addisceret. Nudum præterea illud esse voluit, nulla naturæ arte munitum & coniectum, qualia se rerum terga videmus; ut solâ ratione se censere assuesceret, illamque in consilium adhibere, nec in cultu corporis modum excederet, primæ nuditatis sibi conscius. *Nihil intulimus in mundum: manifestum est, quod neque efferre quicquam possumus; habentes autem alimenta & tegumenta, his contenti erimus.* 1. Tim. 6:7,8. Et ne oris similitudo confusa omnia redderet, sed ordini ac honestati inter homines locus esset, proprios singularis vultus dedit, in qua varietate creatoris sapientia atque omne naturæ veluti ludentis ingenium mirificè appetat. Sermonem denique atque lingam, quæ societatis humanae vinculum ac decus est, ipsis attribuit, atque sicut ratione, ita & oratione omnibus creaturis supereminere jussit.

*estate ac
statura
perfectissi-
ma*

XC. Creatus homo est *estate illâ*, quæ perfectissima est, quæque ter-
rarum domino ac gentis humanæ parenti ac conditori conveniens erat;
qualis juvenilis vel virilis est, quæ ætatis flos ac ver dici solet. Atque
adeo *statura* Adamo fuit justa & decens. Cumque recens è manu Dei
veniret, & secuturorum hominum exemplar foret, insignem corporis
habitum ac dignitatem habuisse indubium est. Non tamen cum veterum
quibusdam, & præcipue Talmudicis, ex Adamo Gigas faciendus, vel
post eum integri Gigantum populi introducendi sunt.

*Denique
infusa A-
NIMA
vivens
redditur.*

XCI. Ædificato jam corpore, instar statuæ, illud infuso spiritu ani-
matum est, & vivere, ambulare ac loqui cepit. *Et inspiravit in narcs
ejus halitum seu spiraculum vitaram, & fuit homo in animam viventem.*
Gen. 2: 7. Ubi voces נֶשֶׁמֶת & נֶפֶשׁ occurunt, quarum utraque
halitum sive flatum, deinceps vero & animam significat, metonymiâ
signi, sive adjuncti, animæ præsentiam haud obscure arguentis.

*Cujus na-
tura in co-
gitatione
consistet:*

XCII. Non enim anima flatus quidam est, vel halitus, multo minus
accidens, vel crasis, harmonia, aut motus corporis. Cum sit substantia à
corpo distinctissima, spiritus videlicet immaterialis ac immortalis, cuius
tota natura in cogitatione consistit. Nihil autem naturæ ejus magis repu-
gnat, quam extensio, ejusque affectiones, divisibilitas, figura, & similes:
longe enim diversas proprietates anima possidet, ut intelligentiam, volun-
tatem, judicium, amorem, certitudinem, quæ cum corpore nihil com-
mune habent, nec corporeæ ac extensæ concipi possunt; nisi etiam cogi-
tationes & judicia oblonga, quadrata, rotunda, recta, incurva, stantia, cu-

ban-







bantia, ac mille modis tornata ac figurata somnies, & in re seriâ ludere velis. Cum ergo in toto universo non sint magis diversa attributa quam extensio & cogitatio, non possunt illa eidem subiecto tribui: non magis quam si dicamus unum subiectum duas habere naturas. Ut remoto omni corporeitatis conceptu, quæ omnem animæ nobilitatem perimit, ea in pura intelligentia & cogitatione collocanda sit. Non enim aliud quicquam de eâ concipi vel demonstrari potest. Ac sine illâ rursus anima ne quidem cogitari potest. Ut non opus sit aliud aliquid concipere, quod cogitationi animæ substratum sit; sicut nec extensiōi aliquid substernitur, sed illa est ipsa corporis substantia. Hoc enim ex præjudicio nostro est, quo volumus omni attributo substanciali aut substantiæ aliquid substratum esse.

XCIII. Nec inferri potest, cum vox נִשְׁמָה halitum duntaxat notwithstanding, talis animæ rationalis creationem à Mose non memorari. Illâ enim sub vocis enim נֵשֶׁת, voce, quanquam directè spiritum istum immortalem non designet, etiam comprehensio animam rationalem comprehendendi ac contineri ex totius sententia complexione manifestum est. Cum enim reliqua animantia ex terra & aqua, uno veluti iussu, producta sint, hominis vero corpus ex terrâ primo formatum, tum vero infuso halitu à Deo animatum legatur, patet alium longe spiritum homini inditum esse quam bestiis; atque illum non ex materia aliqua, sed ex Dei ipsis immediata operatione processisse manifestum est. Præsertim cum addatur, hominem ad imaginem Dei esse conditum; quod reliquis animantibus non tribuitur.

XCIV. Dicitur autem hic halitus סְפִירָאָלָם spiraculum vitarum, & ab anima plur. num. ad denotandum omnem gradum vitae, quæ ad perfectionem corporis distincta. hominis pertinet; non vitam corpoream solum, quæ in motu spirituum & sanguinis consistit, ut Gen.7:22. ubi exspirasse dicitur omne, in cuius naribus erat halitus spiritus vitarum; verum etiam vitam animæ, seu animam ipsam viventem, rationalem. Duplex enim hæc vita in homine distingui debet. Non enim vitam corpoream anima rationalis accessu suo facit, aut discessu admit: sed in sanguinis ac spirituum justa figura ac motu ea consistit; quo rite temperato anima in corpus jam vivum succedit, istud gubernatura, & motus ejus moderatura; atque eodem turbato, & partium figura immutata & confusa, ea quasi hospitio suo depulsa ex corpore rursus recedit, illudque velut instrumentum ad operationes suas inidoneum deserit.

XCV. Atque hunc halitum insufflavit Deus homini in nares ejus, & quomodo corpori

*illa homini corpori jam formato extrinsecus indidit; aliter ac in animantium creatione in nares ne factum est, quorum animae simul cum ipsis ex terra & aqua eductae insufflatae sunt. Impropiè autem accipiendus est hic *flatus* atque *inspiratio*, pro singulari & immediatae Dei actione in condenda hominis anima, quam creando, veluti celestem auram, *insufflavit* homini, h.e. fecit eum respirare: unde dicitur *halitus esse in naribus ejus*, Esai. 2: 22. Et hoc est *spiritus*, hic *spiritus*, de quo Jacobus dicit, quod *absque eo corpus mortuum sit*. c.2:26. *inspiratio* ergo dicitur haec *vivere*, qua Deus fecit hominem respire. *Inspiratio* enim haec non respectu actionis divinæ, sed ratione effectus & termini appellatur, quatenus Deus hominem iam conditum respire & vivere fecit: quam corporis vivificationem (cujus signum effectusque erat haec respiratio) comitata simul est animæ humanæ infusio, quæ sub illo spiraculo vitarum, ut vidimus, comprehenditur. Nam tum factus est homo *in animam viventem*, h. e. animal vivens. unde intelligitur eum tum cœpsisse vivere vitâ hominis, nempe ut imaginem Dei.*

*Anima
ergo hac
extrinsecus
advenit.*

*& imme-
diata à
Deo crea-
tur.*


*vt non sit
ex tradu-
ce.*

XCVI. Atque ex hac animæ creatione appareat, eam non ante, neque extra corpus, quæ Judæorum & inter veteres Origenis sententia fuit, sed una cum corpore creatam esse, tunc quando haec inspiratio facta fuit. Neque eam ex pulvere ac elementis conflatam esse, sed extrinsecus advenisse: quod clare notat antithesis illa, *formavit Deus hominem de pul- vere terræ; atque inspiravit ipsi spiraculum vitarum.*

XCVII. Quod non de Adamo solo, sed de omnium deinde hominum animabus intelligendum est, quæ à Deo immediatè creaturæ & corporibus insinuantur. Unde peculiariter *Deus Spirituum omnis carnis*, Num. 16:22. & c.27:16. & *Pater Spirituum* Hebr.12:9. appellatur. & Zach. 12: 1. immediatæ cœli & terræ creationi animarum creatio, tanquam ejusdem potentiae & excellentiae opus adjungitur, & Deo pariter attribuitur: *Dixit Jehovah, qui extendit cœlos & fundat terram, & format spiri- tum hominis intra ipsum.* quod non de primo solum homine, sed universo humano genere dici ex coll. Esai.42:5. *Sic dixit Deus potens, qui creavit cœlos & illos extendit, qui expandit terram & nata ejus, qui dat halitum populo super illa & spiritum ambulantibus in eâ, manifestum est.* Et clarè imprimis Eccl. 12:7. *Pulvis redire in terram dicitur, spiritus autem redire ad Deum, qui dederat illum:* ut ex redditu animarum ad Deum peculiaris earum origo, voce dandi expressa, arguatur.

XCVIII. Ut hinc exitus detur ex molestissima quæstione de *anima origine*, quæ veteres diu multumque fatigavit, quamque Augustinus Re-





Retract. I. i. c. i. testatur *se adhuc non scire*: an ea ex traduce sit, ut Tertuliano, Apollinari, multisque occidentalium placuit; an vero à Deo creetur, & nascentibus insinuetur, à qua parte sunt Hieronymus, Hilarius, Ambrosius, Chrysostomus, Theodoretus, Cyrillus, Bernardus, & universa deinde Scholasticorum cohors. Quæ opinio Scripturæ, & primæ creationis historiæ, atque ipsi etiam rationi magis congruit. Illa enim nullam unquam substantiam generari, hoc enim instar creationis foret, veram eam solum immutari, alterari, & in generatione substantiæ tantum diversos modos produci dicet. Qui autem contra animas nostras parentum traduces esse existimant, quæ sententia Luthero, & discipulis ejus, paucisque aliis, allubuit, animæ nobilitatem non parum laedunt; eique facultatem ac potentiam tribuunt, cuius ipsa sibi non est conscientia, quod fieri non potest; atque inextricabilibus porro difficultatibus se se implicant.

XCIX. Nec rem explicant, cum animam ex anima, veluti lumen de lumine diffundi ajunt. Cum enim in lumine motus corporeus sit, facile concipi potest quomodo particulæ jam motæ alias impellant, & moveri ac ardere faciant; unde illæ quoque lucem ac calorem spargunt. Non possunt autem hæc in anima, quæ substantia spiritualis est, locum habere. Neque minus homo hominem generat, etsi animam non generet. Generatio enim ad totum hominem refertur, atque ad eam sufficit, ut materia apte disponatur & immutetur, ut illi anima extrinsecus à Deo infundi atque uniri possit. Quomodo vero peccati originalis propagatio sine hac hypothesi defendi atque explicari possit, suo loco videbimus.

C. Sicut autem ita *ζωὴν* accedit anima, ita, rupto corporis commercio, ab eodem rursus separabilis atque *immortalis* est. Hoc enim & *immortalis* primæ creationis ejus historia, & ratio, & Scriptura denique potentissimè *lis est.* evincunt.

CI. Solâ enim Dei actione ac inspiratione creata est anima, sine ulla *quod docet* *histo^{ri}ria* *creationis* *anima,* materia præcedente, à cuius contagio libera corpori jam condito infusa est. Unde existentia ac natura ejus à corpore distincta clarissimè evincitur. Adeo ut si qua ei conveniret mors, ea simplicis foret annihilationis. Cum autem nullam in universa rerum natura substantiam perire vel annihilari videamus, neque ullam ejus rei ideam habeamus; contra autem juxta naturæ leges unumquodque in suo statu maneat, donec à fortiori inde deturbetur; anima autem ejus naturæ sit, ut aliunde destrui vel immutari non possit; patet ex ipso naturæ ordine, quo Deus veluti certissima

ma voce immutabilem voluntatem suam patefecit, animam nec morti nec corruptioni obnoxiam esse.

& simplex ipsius natura; CII. Docet idem animæ ipsius natura simplex ac pura, nullis partibus coalita, quarum discessu veluti disperteretur ac interiret; sed in solâ cogitatione consistens, quam cum sine corpore obire possit, & magnam partem obeat, & quidem perfectius extra corpus quam in illo, etiam extra corpus subsistere potest. Ut admirandas ac divinas ipsius dotes, ingenii præsertim vires, religionis sensum, & conscientiæ vim, præteream, quæ illam extra omnem corporis contactum collocant, sibique sufficere ac suis divitiis beatam prædican, & immortalitatis ejus illustria sunt testimonia.

potentissimè vero Scriptura auctoritas. CIII. Accedit tandem Scripturarum auctoritas. Est enim hæc animæ immortalitas religionis omnis ac divini cultus fundamentum plane unicum. *Deus redimet animam meam ex manu inferni; quum assumet me.* Psal. 49: 16. *Redit pulvis ad terram, ut fuerat;* & *spiritus reddit ad Deum, qui dedit eum.* Eccles. 12: 7. *Iehova, Deus mihi, revertatur, quofo, anima pueri hujus in medium ejus.* 1. Reg. 17: 21. *Et apud inferos sublatis oculis suis, quum esset in tormentis, vidit Abramum è longinquò, & Lazarum in finu ejus.* Luc. 16: 23. *Amen, dico tibi, hodie tecum eris in Paradiso.* Luc. 23: 43. *Pater, in manus tuas depono spiritum meum.* v. 46. *Gratum est nobis potius abesse è corpore, & adesse apud Dominum.* 2. Cor. 5: 8. *Cupiditatem habens ad discedendum & ut sim cum Christo, quod multis partibus melius est.* Phil. 1: 23. *in quo, Spiritu, iis qui in carcere sunt spiritibus profectus predicavit.* 1. Pet. 3: 19. Quibus addit demonstrationem Christi contra Zadducæos: *Ego sum Deus Abrahami, Isaaci, & Jacobi; non est Deus, Deus mortuorum, sed viventium.* Matth. 22: 32. confer Exod. 3: 6. *Et dixit: ego sum Deus Patris tui, Deus Abraham &c.* Item: *Erigam fidus meum inter me & te, ut sim tibi in Deum & semini tuo post te.* Gen. 17: 7. & clarissima ejus verba ad Apostolos: *Et ne timete vobis ab iis qui trucidant corpus, animam autem non possunt trucidare, sed &c.* Matth. 10: 28. ubi animam & corpus aperte distinguit, & hujus vitam tolli posse affirmat, illius autem negat.

CII. Atque ita veritati huic tam necessariæ ac pretiosæ, in qua humani generis summum decus ac nobilitas consistit, quæque omnis consolationis ac beatitudinis origo ac radix est, omnia suffragantur; & Scriptura, & ratio, & ipsa anima conditæ historia. Ut ad certissimam ejus fidem jam nihil defi-





desideretur, nec nisi summa cum impietate ea negari possit. Unde plerisque philosophorum sectæ jam olim eam probare annisæ sunt, etsi in dubia & infirma ista luce magis immortalitatis suspicionem quandam, quam certam fidem habere sese ostenderent, à qua tamen sese depelli non facile patiebantur; adeo ipsis naturæ humanæ hæc veritas abdulantur, & tacitum ejus suffragium habet.

CV. Corpore igitur animaque productis atque unitis, locum habuit illud Gen. 2:7. **וַיְהִי אָדָם לְנֶפֶשׁ חַיָּה** Et factus est homo in corpore animal viventem. *iusψυχὴν ζῶσσαν.* 1. Cor. 15:45. seu animal vivens. h.e. non amplius erat statua mortua, ut ante, sed persona vivens, movens se, intelligens ac loquens. Atque ita Scriptura corporis animaque unionem exprimit, qua spiritus ille non tantum in hoc corpore hospitatur, illique adeo & præest, ut nauta navigio suo; sed arctiori longe unione, qua ita cum illo conjunctus est, ut unum cum illo componat, & corpus illud amplectitur tanquam suum, & tanquam partem essentiali personæ illius, quam cum corpore componit, à qua nulla cogitatione sese separare potest, quamque amat, colit, & curat, & non nisi cum dolore deserit. Unde non solum corpus à mente varie agitur & afficitur, verum & mens ipsa vicissim à corpore patitur, nec intellectu solo illud aliunde lædi vel quoquo modo laborare apprehendit.

CVI. Verba autem illa Gen. 2:7. Chaldaeus Paraphrastes, verè qui- *Hominis* dem, sed non ut μέτεφράξεις transtulit **רֹוחַ בָּאָדָם** *proprietas Et fuit in Adamo spiritus loquens.* Quo ipso intima hominis natura ex- sermio. primitur, atque ille ab aliis animalibus discernitur. Indivulsa enim hæc sunt, rationalem esse, & loqui. Quamvis enim animantia quædam easdem, quas nos, voces proferant, unde ea organorum defectu non laborare patet, attamen non sicut nos loquuntur, h.e. sermone externo mentis cogitationes non pingunt & efformant.

CVII. Atque hinc difficultis quæstio exoritur: unde linguæ verbo- *Vnde illæ* rumque copiam habuerit Adamus? *Hebraeorum* aliis naturæ, aliis con- *trimo ex-* sensui & instituto, aliis denique solius Dei revelationi ac celesti discipli- *ortus?* næ illud adscribentibus. Cum autem nulla lingua homini innata ac naturalis sit, cum verba omnia non natura, sed solo instituto ac pacto significant, ac has vel illas animi cogitationes indicent: cumque in generis humani initio etiam aliorum hominum consensus defuerit: plerique hic ad divinam revelationem confugiunt, Deumque linguæ primigeniae conditorem introducunt, qui Adamo illam, vel universam, vel quoad præcipua ejus elementa, insuderit.

CVIII. Cum vero non liqueat Deum *externo sōno* Adamo prævisse, instarque pædagogi os ejus figurasse; neque etiam de *interno lumine* prorsus constet, quo mentem ejus collustraverit, & memoriae penum istis verborum vocumque omnigenarum imaginibus & simulachris, instar artificiosæ tabulæ, veluti peraraverit & impleverit; contraria autem pateat, eum adductis ad Adamum animantibus humano more sapientiæ ejus experimentum cepisse, *ut videret quomodo ea appellaturus esset*, Gen. 2:19. quæ verba saltem arguunt animalium nomina Adamo revelata non fuisse; superest ut naturali ejus intelligendi facultati istam linguam adscribamus, qua sapientissimus mortalium, ut rerum ideas animo comprehensas tenebat, ita eas verborum signis alligare, atque animi sensa effari poterat. Cujus specimem in animalium *ἰνουαγεροις* edidit. Sicut & reliquæ deinceps inter homines linguæ ab hoc fonte originem sumserunt. Atque ita sermonis quoque usus in primo homine naturali ejus intelligendi facultati, peculiari charismate ac sapientiâ adjutæ, adscribendus venit.

*Quo loco
& tempore
homo con-
ditus?*

*Falsa ori-
gines pri-
morum
hominum:*

*principiū
Praada-
mitarum.*

CIX. Similiter de *loco* disquiritur & natali solo, quod conditum hominem primo excepit: cuius rei ratio cum à Paradisi in mundo situ dependeat, de ea postea videbimus. *Tempus* autem, & dies ejus quasi natalis cum mundi universi natali idem est, cuius characterem loco de creatione paucis attigimus.

CX. Atque hæc cum fuerit primi hominis origo, sacra & cœlestis, non sine summa humani generis contumelia ac dedecore illi inter veteres philosophati sunt, qui cum Democrito homines, vermiculorum instar, è terris prorepississe; vel cum Epicuro primordialium corpusculorum variò nexu ac temerariis amplexibus compositos dixerunt, illosque adhuc instar fungorum è terrâ enasci, & certo siderum positu animari posse docent, & nobilissimum animal inter sponte nata tantum non ponere nos erubescunt. Qui *ἀνθρακοπόστοις*, quod pudendum, inter Christianos etiam defensores invenit.

CXI. Nec felicius alii Adamum primum humani generis parentem ac principem negarunt, atque alios ante eum homines, aliumque saeculorum ordinem introduxerunt. Quæ impia nuperi scriptoris assertio vera paganismi proles & sententiæ de mundi æternitate germanus fetus est. Contra eam vero universa Scriptura, & tota salutis humanæ œconomia, quæ saltem ad Praeadamitarum gentem extendi non potest, manifesto prescribit. Ut non solum novus mundus, sed & nova Ecclesia, novaque salutis adipiscendæ ratio pro novis istis hominibus excogitanda ac effingenda





genda veriat; ut *Deus non amplius sit unus*, nec *Dominus unus*, nec *fides una*, Gal. 3: 20. Eph. 4: 5. Moses autem, cuius præcipua cura fuit mundi ac Ecclesiæ origines tradere, non solum novorum istorum hominum non meminit, sed & Adamum primum nostri generis parentem memorat. Et ne quis ipsum Adamitarum videlicet solum, quorum ortus Gen. c. 2. describatur, cum de anteriorum hominum creatione cap. 1. agatur, patrem esse cavillentur, illum primo mundi hexaëmero conditum manifesto innuit; unde Judæis, ejus posteris, septimi dici quies perpetuo sacra fuit. Et claris verbis ante Adamum creatum terrarum orbem cultoribus vacuum fuisse narrat: *Et homo non erat ad colendam terram*. Gen. 2: 5. Unde & in N.T. Apost. non solum apud Gentiles Athenienses afferit Act. 17: 26. *ex uno sanguine factum esse τὸν ἕγενόντα, ut habitarent ἡώνια τὸ πέποντο, τὴν γῆν, in omni superficie terræ*; sed & expressis verbis ad Corinthios, itidem gentiles, scribens Ep. 1. c. 15: 45. Adamum vocat *primum hominem*, *τούπον οὐς φυγὴν ζῶσσον*: primum appellans, qui unquam vitales auras carpserit; ne iterum de Adamitis solum agi existimemus, quorum principis fucrit: & de novissima resurrectione agens, illi primam istam rerum creationem comparat & opponit, ne de anteriori aliqua creatione, longe ante Adamum facta, cogitemus. Quibus S. Scripturæ testimoniis universæ antiquitatis historia & gentium prope omnium consensus accedit, apud quos hominis primi memoria, et si variè corrupta, & fabulis inumbrata, non tamen prorsus oblitterata vel deleta fuit; quod à doctis pridem ostensum est.

CXII. Describit Moses deinde *mulieris* creationem, quæ à Deo viro *MULIER* tradita & in auxilium adjuncta fuit, ad liberorum procreationem, *coco-creta*, nomiam, societatem, pietatem, omnemque matrimonii usum, juxta Dei effatum, Gen. 2: 18. **עַזְרָה-לֹו בְּנֵגְדָן אֲשֶׁה-**; quod de conjugii usu nonnulli cum Paraphraste Chaldaeo, & Arabe interprete, intellegunt.

CXIII. Fuit autem formata mulier ex *costa*, sive latere *Adami*, *alto è costa viri*. *sopore obruti*. Gen. 2: 21. ne videl. admirando operi curiosus spectator interesseret, vel etiam nudato latere ac ingenti vulnere aperto in amceno nimium visu offenderetur: unde immisso somno à spectaculo isto omnique doloris sensu Deus ipsum avertit, atque evigilanti Evam, tanquam amabilissimam sponsam, ante oculos stitit; quam esse carnem de carne sua, in somno sortasse per ecstasim, divinitus admonitus, pronunciavit. Inde dicitur *mulier esse ex viro*, 1. Cor. 11: 8. atque *ex uno sanguine omne huma-*

humanum genus esse compositum. Act. 17: 26. Atque in eo admiranda Dei sapientia elucet, quod mulierem non ex capite viri, nec ex pedibus ejus fabricaverit; ne vel illa viro imperitare, vel hic eam ut imparem dignari & calcare præsumeret; sed tanquam vitæ sociam ex latere ejus, & loco cordi proximo eduxerit, ut eam tanquam carnem suam amplecti, atque ex sese natam tenerrimè amare non desineret. Sicut etiam ideo mulierem homo ut vidit, mox amavit, & sibi despontit, leges conjugii de individuâ societate & cohabitacione unius viri cum una fœmina, per ipsius os, præscribente Deo: *Ideo relinquet vir patrem suam & matrem suam, & uxori suæ adhærescat.* Gen. 2: 24. Conf. Matth. 19: 4, 5. *Nonne legistis, quod qui condidit ab initio, matrem & fœminam condiderit eos?* Et dixit: *Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhærescat uxori suæ. & erunt duo in carnem unam.*

Quo loco

CXIV. Eodem loco, quo creatus fuerat Adamus, productam non esse Evam, sed in Paradiſo, probabiliter plane statuit Josephus, Ant. l. 1. 2. Tertull. l. 2. contr. Marc. quod ex ordine narrationis est manifestum.

& tempore?

CXV. *Tempus* quoque creatæ mulieris prima quidem fronte in eundem videtur incidisse diem, quo creatus est vir, Gen. 1: 27. ubi ad finem *ξανθες* dicitur, Deum *hominem, masculum & fœminam, creavisse.* Verum rectius illud per anticipationem intelligitur, ut significetur quid voluerit Deus ut de homine suo tempore fieret; & qualis futurus esset, masculus nempe & fœmina. Non enim uno eademque die hæc peracta esse, historiæ series, & processus in creatione fœminæ observatus satis evin- cunt. vide Gen. 2: 8, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22. Quæ tam augusta ac varia opera an tam parvo tempore perfecta sint merito dubitare licet. E- quidem nulla nos ratio cogit ad istud affirmandum: nec pro magnitudine operum Dei est, illas in tantas angustias cogere, illumque in tanti ne- gotii opere, atque reliquorum omnium capite & fastigio, adeo veluti fe- stinantem inducere.

*Iudaorum
figmentum
de homine
bicorpore.*

CXVI. Monstrum autem ex primo homine fecerunt Judæi, atque il- lud pro operum Dei digno videl. colophone & generis humani principio, invexerunt, qui fabulis suis hominem duplēm & bisformēm fabricarunt, androgynum nempe, à fronte marem, à tergo fœminam, cui nascen- ti binas animas, & corporis omnia membra bina dederunt. Quod com- mentum ejus vetustatis est, ut etiam apud Platonem legatur. Verum contra Scripturæ auctoritatem, quæ Adamum in Edene solitarium me- morat, atque ex illa solitudine occasionem mulieris creandæ sumtam dicit.

CXVII. Im-









CXVII. Impia autem sunt quæ Rabbini fabulantur, Deum ultima *alioque* diei vespera præventum animalia quædam imperfecta reliquisse, atque *orum imperfectorum* hinc Faunos & Satyros exortos. Quæque pari audaciâ nugantur de cœli *pie fabule*. foramine in Septentrione, veluti imperfecti operis argumento, aperto reliquo.

CXVIII. Atque ita absoluto opere suo requievit Deus, non veluti *Dei post lassus*, ac mundi conditi regimen ac conservationem negligens; sed *non creationem* vas rerum species creare, sive vocare ac jubere ulterius desit; primum *universus* mundi Sabbatum acturus, & in mundo à se condito *fæse glorificaturus quies.* Ut ita exemplo suo doceret, consideranda nobis Dei opera, inque eorum meditatione, ac Dei creatoris glorificatione omnem porro ætatem agendam. Quod erat primævum illud & perpetuum Sabbatum, quod homo unà cum Deo, non per dierum intervalla, sed continuo ac per omnem vitam acturus fuisset.



LOCUS SEXTUS

De PROVIDENTIA DEI.

C A P U T X L I I I .

De Providentia Dei in genere.

PROVI-
DENTIA
Dei :

*quam va-
rii varie-
negant;*

*Sed afferit
S. Scriptu-
ra.*

*& r. uio.
2 f. 1. 5 9 7
2 c. 6. 9 3 4*

I.



Um Deus non sit momentaneus creator, sed opus suum continuo influxu loveat & sustentet, ejusque perpetuam curam gerat; hinc jam emergit actualis ejus *providentia*: de qua nunc acturi, videbimus 1. Quod sit providentia divina. 2. Quid ea sit. 3. Qualium rerum sit.


II. Negavit providentiam Dei inter veteres philosophos Epicurus, qui omnia casui adscripsit, Deos verò, ne tranquillo ipsorum otio intercederet, introduxit tales, qui nec sibi haberent, nec aliis exhiberent negotium, quique placidæ ac stupentis essent divinitatis. Aristoteles intelligentiis & corporibus cœlestibus inferioris mundi curam attribuit; Deum autem rerum tantum species curare docuit. Stoici melius suo fato, recte accepto, omnia subjecerunt. Plato autem etsi primus providentiam nominavit, non tamen ad omnia & singula eam pertingere statuit. Inter Christianos etiam, quamvis omnes eam in genere agnoscant, in specie tamen quoad particulares ejus actus & opera variis variè impingunt.

III. Testatur eam clarissime S. Scriptura, quæ cum rerum creatione earum providentiam conjungit. Vid. Psal. 33:6, 9, 13, 14, 15. *Deus ille qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, ipse dat omnibus vitam, halitum & omnia. In ipso enim sumus, & movemur, & vivimus. Act. 17:24. & seqq. Potentia suo verbo portat omnia. Hebr. 1:3. Omnia operatur secundum consilium voluntatis sue. Eph. 1:11. quin & integris capitibus eam do. et, Job. 38, 39, 40. Capp. Psal. 8, 19, 104, 107. & singulis ferè paginis adstruit.*

IV. Requirit autem eam, cum ipsius Dei, entis perfectissimi, si pienissimi, optimi ac potentissimi, natura, à quâ si omnia non dependant, ipsa ejus notio & essentia tolletur; tum etiam rerum creatarum conlilio,

Perca prouidentias epiffy objecta varia ht Be
camp. H. C. & Horvath.

et am etiam probat s.s. et rationib[us] item propinque
Dom. & fiducij de causa Deip. 8.



quæ cum ex nihilo productæ sint, & de nihilo tam multum participant, neque à se ipsis vim ullam subsistendi habeant, ne quidem uno momento subsisterent, si non eadem illa manu, quæ eas formavit, continuò sustentaretur. Et liquidè probat eam sapiens illa rerum omnium gubernatio, quæ à superiori aliquâ causâ & mente procedit, quæ nonnunquam singularibus eventis, veluti cœlesti quadam luce sepe prodit, & præsentem Deum testatur: quo ab ipsis Ethnici referuntur imperiorum revolutiones, futurorum prædictiones, singularia in ipsis judicia, conscientiae morsus, alia, quibus Deus sepe auctoritate testimonii expertem non sicut. Act. 14:17. Ita ut omnia ex Deo, per ipsum, & in ipsum sint. Rom. 11:36. & ipse sit

A & Q, principium & finis, primus & ultimus. Apoc. 1:8, 11.

V. Providentia autem hæc, Gr. περίων, Hebreis נָתַתъ dicta, vocabulo cognitionis ad voluntatem & affectus, atque inde porro ad exter-
num opus translata, est potentissima illa Dei actio, qua creaturis jam existentibus prospicit in omnibus, easque regit, secundum consilium vo-
luntatis suæ. Eph. 1:11.

Eius defi-
nitio.

VI. Verum natura ejus distinctius apparebit, cum ex actibus, tum **Actus** ex objecto illius. Actus illius, non in se, sed ratione effectorum & modi **tres**, considerandi, diversi, tres sunt, conservatio, cooperatio seu concursus, & gubernatio.

VII. Et *conservationem* quidem rerum omnium docet, cum Scriptura. Deus qui fecit mundum & omnia in eo, quique cœli & terra Dominus serva-
est, nullius indiget, sed ipse omnibus dat vitam, & halitum, & omnia. In ipso vivimus, movemur & sumus. Act. 17:24-28. Tu ille Jehova solus es, tu fecisti cœlos &c. & tu נְהִי vivificas, conservas, hæc omnia. Nch.9:6. Hominem & pecus לְבִנֵּי servas, Domine. Psal. 36:7. Omnia rati-
fert verbo potentie sue. Hebr. 1:3. Aperis manum tuam, satian-
tur bono: occultas quidem faciem tuam, consternantur: auferis spiritum
eorum, expirant, & ad pulverem suum redeunt. At mittis Spiritum tu-
um, creantur, & innovas faciem terræ. Psal. 104:28, 29, 30. tum etiam summa-
recta ratio, sive ad Dei, sive ad creaturarum naturam attendas.

Con-

ser-va-

tio.

qua- do-

cet cum

S. Scriptu-

-rum.

ratio;

VIII. Cum enim Deus sit ens infinitum, independens & perfectissi-
mum, omnia quæ extra ipsum sunt, utpote ab ipso creata & producta, Dei,
ab ipso dependere debebunt: si enim vel uno momento ea per se possent
subsistere, eo ipso independentia forent; quæ solius Dei notio est.

IX. Similiter etiam creaturarum imbecillitas potentem hanc Dei ma-
num qua sustententur, & continuo veluti reproducantur, requirit: non rarum,
enim,

enim, si nunc eæ existunt, sequitur eas etiam cras & sequentibus diebus extituras; cum inter partes istas durationis, ac temporis nullus sit nexus. Et verò, si vel uno momento sese conservandi facultate polleant, eo ipso independentes statuentur, atque adeo etiam æternæ.

*maxime
rationabi-
lium.*

X. Atque hoc, ut in omnibus creaturis, ita præcipue apparet in rationabilibus; quæ, cum nobilissimæ atque actuosissimæ sint, vel maximè per se subsisterent, si talis aliqua facultas in creaturis daretur. Verum neque illas potestate sese conservandi pollere, ex imperfectionibus multiplicibus, quibus laborant, apparet. Si enim eæ facultatem tam immensam haberent, ut sibi sufficientes essent ad existendum, utique multo magis sufficerent ad sibi tribuendum perfectiones illas omnes, quas vellent; hoc enim levius est, quam ipsam substantiam, cui eæ perfectiones attribuuntur, conservare. Hoc autem eas non posse, imperfectiones earum testantur. Deinde si ea in nobis facultas forct, mens nostra procul dubio ejus conscia foret, cum eam singulis momentis exercere deberet: nos autem eam in nobis non deprehendimus. Ut manifestum sit nos à causa superiori dependere, atque ab ea conservari.

Quid sit?

XI. Conservationis autem naturam quod attinet, non est illa, sicut etiam creatio, actio aliqua Dei, per modum alicujus fluxus aut virtutis, à Deo distincta, & extra eum transiens. Verum sicut creatio nihil aliud est, quam essentia Dei, apprehensa cum voluntate seu iussione ut res existat, una cum mutatione status inde in re creabili consecuta: ita & conservatio nihil aliud est, quam eadem æterna & efficax Dei iussio, ut creature porro sint, considerata cum coëxistentia effectus sui. Neque etiam in creaturâ dicit passionem aut quicquam aliud ab illius essentiâ diversum, sed potius ipsam ejus essentianâ, cum respectu continuæ à Deo dependentiæ.

*A creatione non re-
aliter, sed
ratione
differt.*

XII. Unde à creatione realiter non differt, sed ratione tantum. Utramque enim dicit eandem Dei voluntatem seu iussionem, per quam res existunt, & esse perseverant: atque eundem utraque habet terminum, nempe ipsum esse rerum, ut quod primo producitur, & productum continuatur; idque non per actionem seu iussionem interruptam, sed continuam, imo eandem.

*Eius mo-
dus.*

XIII. Modum autem quo Deus conservationem hanc peragit, penetrare creature imbecillitas vix permittit, cum operationes entis infinitâ naturâ finitâ plenè percipi non possint. Observare tamen licet creaturam discriminâ; juxta quæ Deus ipsas variè conservat, prout eæ sunt vel





substantiae, cum intelligentes, tum materiales, vel modi substantiis supervenientes. Quae omnia Deus conservat, cum singulatim, tum junctim, quatenus una res per aliam conservari potest. Quae particulatim tradere brevitatis studio omittimus.

XIV. Hæc conservationis efficacia tanta est, ut sine ea omnia mox in nihilum relaberentur, sicut subtractis columnis ædificium ruit; vel eodem modo, ut influxu solis cessante lux omnis protinus cessaret; vel potius ut cogitationes nostræ, ubi mens nostra ab iis sele avertit, statim evanescunt.

XV. Non ergo Deus in annihilationem tendit actione positivâ, sed solummodo actionis suæ subtractione, seu negatione: secus enim actione positivâ Deus in nihilum tenderet, quod absurdum; imo si actione positiva res aliqua à Deo annihilari deberet, eo ipso annihilari non posset: si enim cessante Dei influxu res adhuc permanere & subsistere posset, jam ex se ipsâ sufficiens & à Deo independens foret, nec ejus dominio subjaceret.

XVI. Est ergo annihilatio non alio modo concipienda, quam si Deus omnipotenti sua iussione & voluntate juberet, ut res aliqua tantum ad certum tempus sit; quo elapsò res illa tum esse desinceret, non per novam Dei actionem, sed per cessationem actionis prioris, quæ terminum suum jam attigisset, quaque res jam juberetur non amplius esse.

XVII. Quamvis autem Deus ita facilimè creaturam annihilare posset, nullam tamen haçtenus annihilavit, imo nullam fortasse annihilatus videtur unquam, nam tum frustra eam creavisset. Ut vanum sit querere, an non Deus universum hoc annihilare posset exceptâ solâ terrâ? & an tum non daretur vacuum? Quid enim hic fieri posset, & quid tum futurum esset, ignoramus, neque ejus rei ideam ullam habemus: juxta ideas autem rerum, quas nunc habemus, manifestum est id fieri non posse, quia nos id concipere non possumus nisi errando: Deus autem erroris causa esse non potest: atque adeo si tale quidquam facere voluisset, aliam procul dubio mundi & extensionis ideam nobis dedisset.

XVIII. Secundus actus providentiae Dei, est cooperatio ejus cum omnibus causis secundis, & actionibus earum; qui *concursum* vulgo appellatur. Quem perperam negavit Durandus, non aliter Deum cum creaturis concurrere faciens, quam ipsas & agendi vim primo iis inditam conservando; quod est creaturam facere à Deo independentem & primam causam actionum suarum; Deum autem negare principium & finem rerum omnium.

adstruitur XIX. Datur ergo hic concursus Dei, seu influxus ejus, non tantum
& Scriptu- moralis, verum physicus, & maximè positivus, aut potius hyperphysi-
rā. cus; atque immediatus, cum ratione virtutis, tum ratione suppositi; ita ut
 omnis creaturarum motus à prima causa in particulari dependeat. *Non*
longe ab unoquoque nostrum; in ipso enim vivimus, & movemur, &
suumus. Act. 17: 27, 28. Deus, omnia nostra opera operatus es nobis. Esai.
 26: 12. Deus omnia operatur in omnibus. 1 Cor. 12: 6. Ex ipso, per ipsum,
in ipsum sunt omnia. Rom. 11: 36.

*Divisio e-
jus apud
Scholasti-
cos.*

XX. Dividi ille à Scholasticis solet in simultaneum, quo Deus una cum
 creaturis in earum actiones influere ponitur, non vero in creaturas ipsas;
 & prævium, quo præterea in ipsas creaturas influit, eas præmovendo, ex-
 citando & prædeterminando, atque ad agendum applicando: qui duo
 concursus non differunt tempore, sed tantum naturâ & causandi ratione.
 Priorem concursum tantum agnoscent Jesuitæ; posteriorem ponunt Do-
 minicani, juxta Augustinum & Thomam.

*Concur-
sus simulta-
neus rejec-
tus.*

XXI. At vero per concursum istum simultaneum Deus non erit prin-
 cipium & finis rerum omnium, sed tantum statuitur causa socia creatura-
 rum; quæ ita cum Deo æquantur: & creature hoc pacto seiphas ad actionem
 excitabunt & applicabunt, & à Deo erunt independentes; quod ab-
 surdissimum est. Ut necessum sit ponere concursum Dei prævium, qui
 creaturem ad agendum excitet & deducat: imo nullus datur Dei concur-
 sus, ctsi tempore sit simultaneus, qui natura & causalitate prævius non
 sit; nunquam enim agit creature, sive primo actionis suæ momento, sive
 seqq. quin semper præmoveatur & pendeat à Deo, à quo omnia sua habet,
 & esse, & operari.

*Item con-
cursus in-
differens,
positus in
creature
potestate.*

XXII. Estque hic concursus, seu influxus Dei, non generalis & indif-
 ferens, instar solis, qui à quacunque creaturâ determinetur, quod Jesuitæ
 volunt; sed prædeterminans, idque prædeterminatione physica, ut ita lo-
 quamur, qua creature potenter excitantur ad agendum per præmotio-
 nem præviam, & ad certum objectum applicantur. *Dextrum ei fuit au-
 spicium Hierosolymam,* ut poneret arietes, ad aperiendum foramen con-
 quassatione, ad tollendam vocem cum barritu, &c. Ezech. 21. 22. Jebo-
 va dixit ei, maledic Davidi, ecquis dicat, quare sic facis? 2 Sam. 16: 10.
 Secus enim creature se ipsas moverent, & non omni modo à Deo depen-
 derent; quod summæ Dei perfectioni repugnat.

*Concur-
sus vocabu-
lum*

XXIII. Sed accuratè loquendo, non tam concursus Dei, vel præcur-
 sus, vel prædeterminatio ejus datur, quam quidem Operatio Dei, ut
 Scri-



Scriptura loquitur, qua omnia operatur in omnibus. *In ipso vivimus, & nō satis ac-movemur, & sumus.* Act. 17:28. *Omnia operatur secundum consilium vo-luntatis suę.* Eph. 1: 11. Nec quicquam isti operationi divinæ magis ad-versum est, quam concursus ille Jesuitarum indifferens, generalis, subsequens, conditionalis & inefficax; per quem tollitur Dei independentia, sapientia, omniscientia, omnipotentia, & gubernatio; & homo ipse causa & dominus non tantum actionum fuarum, sed & vitæ ac salutis suæ constituitur.

XXIV. Naturam autem concursus quod attinet, respectu Dei, non *Concursus* consistit ille in qualitate quadam, virtute, actione, vel motione aliqua *Dei quid* creata à Deo in creaturas transente: talis enim virtus, aut actio Dei crea-ta, à Deo diversa, non datur, nec dari potest, & si vel daretur, ipsa cum fi-nita esset, ad agendum concursu divino egeret, atque hic rursus alio, & sic in infinitum.

XXV. Actio ergo hic concipienda est, qualis in creatione & conserva-tione, nimis jussio æterna, unica & simplicissima, voluntatis Dei, qua effi-caciter res omnes vult agere & operari, considerata cum sua tendentia ad creaturarum actiones, seu cum coëxistentia effectus sui, h. e. mutatione status in creaturis inde exorta.

XXVI. In creaturis autem concursus nihil aliud dicit nisi mutationem illam status, seu actiones earum, consideratas cum dependentiâ suâ ab eter-nâ hac volitione Dei. Quæ dependentia actionibus creaturæ solummodo superaddit modum cogitandi, non realiter diversum ab illâ actione: quoad Deum autem & creaturam dicit relationem realem, ex Dei concurrentis & actionis creaturæ positione resultantem.

XXVII. Ita ut concursus Dei realiter non differat à creatione & con-servatione, non solum respectu Dei, in quo omnia unum sunt, verum etiam respectu creaturarum, quæ cùdem Dei actione, seu potius jussione, creantur, conservantur & operantur. Quatenus enim esse creaturarum è nihilo producitur, jussio illa Dei est creatio; quatenus essentia earum con-tinuat, est conservatio; quatenus vero Deus illam conservat & continuo quasi reproducit, cum actione sua, cumque mutuo illo rerum & actionum inter se nexu & dependentia, quam Deus inter illas esse voluit, ut unum sit per & propter aliud, tum volitio & jussio illa Dei appellatur con-cursus. Atque adeo hæc efficacissima Dei conservatio, & continua rerum reproduc̄tio, una cum actionibus illarum, longè aliud quid est quam de-bilis illa conservatio Durandi & sequacium.

*Non differt
realiter à
creatione
& conser-vatione.*


XXVIII. Cum vero duo sint actionum genera , volitiones & motus, utrobique Deus concursum suum præbet ,cum ad actiones naturales & materiales , tum ad liberas & contingentes.

Concursus Dei ad actiones materiales. **XXIX.** Ad actiones materiales seu ad motum , Deus concurrit , conservando materiam & motum in eâ ; efficiendo nimis ut eadem motus quantitas in materiâ maneat, quamvis ille sit nunc in his, nunc in aliis corporibus.Cum autem motum aliter determinat Deus,quam juxta ordinarias, aut nobis cognitas naturæ leges fieri debebat;aut saltē quando nobis incognitum est quomodo actio Dei cum legibus naturæ conveniat , tum ille concursus Dei cum motu, miraculum appellatur. *64.1.3.*

& liberas. **XXX.** Alterum genus actionis in creaturis est immaterialium , seu cogitationum & volitionum : quas producit Deus , quatenus efficit ut substantia cogitans seu volens porrò sit , cum alia atque alia volitione. Sicut autem in rebus materialibus miraculum est , quando Deus extraordinaria aut nobis incognita motus determinatione utitur; ita & in substantiis cogitantibus ad instar miraculi est divina gratia : quæ ab ordinario Dei concursu differt,tum quod indebita sit,tum quod non solum, ut in ordinario concursu , à Deo hic producantur actiones , sed etiam ipsum earum principium & potentia , quæ per peccatum impedita & corrupta erant.

GUBERNATIO. **XXXI.** Tertius providentiaæ divinæ actus , qui que maximè propriè providentiam Dei notat, est *Gubernatio* , seu deduc̄tio rerum omnium ad suos fines; idque non solum per suppeditationem mediorum ad hoc conducentium , sed potentissimâ & efficaci operatione , ut certo finem suum assequantur. *Omnia , que vult, Dominus facit in cœlo , & in terra , & omnibus abyssis.* Psal. 135: 6. *Jehova regnat in seculum & perpetuitatem.* Exod. 15: 18. *Juravit Jehovah Deus exercituum, dicendo: Si non, quemadmodum cogitavi, vel delineavi, ita exstītū, & quemadmodum consului, illud ipsum fitabit vel stat.* Efai. 14: 24.

que est vel communis **XXXII.** Gubernatio ista vel *communis* est , vel *specialis*. *Communis* est, qua Deus omnia simili modo gubernat. Quo pertinet 1. Lex naturæ, omnium rerum communis. *Numquid per dies tuos jussisti mane se sistere? fecisti, ut sciret aurora locum suum?* Job 38: 12. 2. Inclinatio seu determinatio naturæ , ad agendum juxta legem istam. *Sed homo ad arumnam nascitur; & filii prunæ sublimè volant.* Job. 5: 7. quo etiam refertur instinctus naturalis in brutis. *Abi ad formicam, o piger; aspice vias ejus, & sis sapiens.* Prov. 6: 6. *Quatuor ista parva terra sunt; & illa sapientia sunt, apprimè sapientia.* Prov. 30: 24. qui ab ipsa naturâ non differt, cum in









in illis nihil reprehendatur , quod per leges mechanicas explicari non pos-
fit. 3. Potentia quædam obedientialis , ut vulgo dicitur , qua creaturæ
aptæ sunt ad parendum imperio Dei. *Benedicite Domino, omnes exercitus*
eius, ministri ejus, facientes voluntatem ejus. Psal. 103:21.

XXXIII. Specialis gubernatio est, quâ Deus rationales creature moralis, *vel specia- lis, que fit modo gubernat, prescribendo ipsis leges, quas promissis & pœnis sanctit. morali mo-*
Requirit autem eam singularis creature rationalium conditio , quæ do ;
cum liberæ sint , consilio & libertati congruenter gubernandæ sunt.

XXXIV. Gubernationis hujus hoc proprium est, quod Deus bonum &
malum , sub ratione premii & pœnae , creature intelligenti non destinet,
nisi sub conditione officii adimplendi vel negligendi.

XXXV. Præstatio autem conditionis hujus rationem non habet mediū
à Deo absolute destinati, ac creature conferredi; non enim à Deo propriè,
sed ab homine ea præstatur , interveniente Dei gratiâ : verum potius ra-
tionem habet causâ moralis, ab homine profectâ; sicut ex. gr. preces sunt
causa moralis impetrati beneficii.

XXXVI. Absolvitur moralis hæc gubernatio docendo & implendo. *ac docendo*
Docendo gubernat Deus , partim legem ferendo , partim eam fanciendo. *& imple- do absel- vitur.*
Lex fertur præcipiendo & prohibendo. Sancitur promittendo & com-
minando. Implendo autem gubernat Deus præstanto illa quæ docuit.

XXXVII. Atque ex speciali illa gubernatione creature rationalium fluit fœdus istud, quod est inter Deum & creature rationales: quod fœdus in-
fœdus est quasi contractus quidam Dei cum creature, quo Deus præcipit, *vnde fluit*
promittit , minatur & implet; creature autem Deo stipulanti suum pro- *fœdus in- ter Deum*
mittit obsequium. *Hoc die Dominus Deus tuus præcipit tibi facere statuta nales.*
& judicia hæc. --- Dominum jussisti dicere hodie, quod factus sis tibi in
Deum, & quod ambules in viis ipsius Et Dominus jussit te dicere
hodie, quod factus sis ipsi in populum peculii &c. Deut. 26: 16, 17, 18. Ita
ut ad gubernationem hanc pertineat generalis natura fœderis.

XXXVIII. Vt istius fœderis creature rationalis moralia opera semper
respectum habent ad felicitatem, ut præmium, vel infelicitatem , ut vindici-
tam : atque hinc etiam exoritur vis & ratio conscientiæ , vel accusantis ,
vel excusantis: quæ est judicium rationalis creature de se ipso, prout subjici-
tur legi ac fœderi Dei. *Qui offendunt opus legis scriptum in cordibus suis,*
contestificante ipsisorum conscientia , & inter se invicem cogitationibus accu-
santibus, vel etiam defendantibus. Rom. 2: 15.

C A P U T X L I V.

De Providentia Dei in specie.

Providen-

tia divina

OBJEC-

TUM,

Omnia, et

iam mini-

ma.

I.



Xplicatis hisce providentiae divinæ actibus, sequitur nunc consideratio objectorum ejus, quæ videnda sunt tum in genere, tum quoad præcipias illorum species.

II. Atque in genere quidem S. Scriptura pronuntiat,

divinam providentiam versari circa omnia & singula, etiam minima quæque. *Intue amini volucres cœli, non enim serunt, neque metunt, neque con-*gunt in horrea, sed Pater ille vejter cœlestis alit eas. *Ac de vestitu quid sol-*liciti estis? *discite quomodo lilia agrorum angescant: non fatigantur neque*nen^t. Matth. 6: 26, 28. Nonne duo passerculi assario veneunt, & unus ex eis non cadet in terram sine Patre vestro? c. 10: 29. Oculi omnium in te sperant, & tu das ipsis cibum suum in tempore suo; aperiens manus tuas & satians omne vivens benevolentia. Psal. 145: 15, 16. Leones juvenes ru- gientes ad prædam, & ut querant à Deo cibum suum. Psal. 104: 21. Ex pul-vere terra pediculos produxit. Exod. 8: 16, 17. Locustas fecit ascendere super terram Aegyptiorum, ut absumerent omnem herbam ejus terre. c. 10: 12. Hæ dicuntur exercitus ejus numerosus & robustus, faciens ver-bum ejus. Joël. 2: 11.

quod etiam

docet recta

ratio.

III. Atque hoc etiam recta ratio docet. Nisi enim aliquid à Deo sta-tuere velimus independens, ac per consequens infinitum, necesse est omnia Deo subdere, usque ad minutissima quæque, cum illa etiam entitatem & motus operationesque suas habeant. Imo quo viliora & debiliora statuen-tur in semet ipsis, eo magis Dei gubernatione & sustentatione indigebunt.

IV. Est ergo ea causa omnium rerum universalis, quatenus omnia e-jus directioni subjiciuntur: & simul particularis, quatenus omnis realitas, quæ in effectis est, licet causis secundis etiam adscribatur, à Deo tamen so-lo immediate proficitur. Quoad providentiae divinæ autem effectus rectè Deus dicitur majorem curam gerere hominum, quam brutorum, & inter homines, fidelium, quam reliquorum. *Spem habemus in Deo vivo,* qui est salvator omnium hominum, maxime fidelium. 1 Tim. 4: 10.

Omnes et-


iam rerum

species.

Sive neces-

V. Res autem omnes, extra Deum, ut ad earum species descendamus, vel necessariae sunt, vel contingentes.

VI. Res necessariae vulgo appellantur res physicæ seu naturales: quas à Deo



VIII. jfa. Vochis diffusit: tom. V. et C.
tom. I. pag. 372. ~~Liberum et laetum~~
in piaffendis.

à Deo dependere extra omnem est controversiam, tum quoad naturam *faria* *sint*, quam habent, quâque necessario agunt; tum quoad ordinem, quem inter *seu natus*-
fese in hoc universo servant. *Numquid ligas amœnitates Pleiadum, & rales,*
rudentes Orionis solvis? Job. 38: 31. *Tuus est dies, etiam tua est nox. Tu*
constituisti luminare & solem. Tu fixisti omnes terminos terræ: *aestatem &*
biensem tu formasti. Psal. 74: 16, 17. *Dominus respondet cœlo, & illud*
terræ; terra autem frumento respondet, & musto, & oleo, & illa respondent
Fizreëli. Hos. 2: 20, 21.

VII. Atque hæc rerum naturalium gubernatio elucet in rebus inanimatis, earumque continuâ conservatione, usque ad herbarum agri & germinum curam. Matth. 6: 28, 29. *Faciens germinare gramen pecudi & her-*
bam ad culturam hominis, educendo panem ex terra. Psal. 104: 14. unde
pluviae, ros, siccitas &c. Deo adscribuntur. *Et dabo pluvias vestras in*
tempore suo, & dabit terra proventum suum & arbor agri dabit fructum
suum. Levit. 26: 4. *Si precepta mea audiveritis, dabo pluviam terra ve-*
stre in tempore suo, pluviam primam & serotinam, & colliges frumentum
tuum, & mustum & oleum tuum. Deut. 11: 13, 14. Deinde in fecunditate vel sterilitate animantium. *Et faciet te Jehovah abundare in bonum*
in fructu ventris tui, & in fructu bestie tue, & in fructu terræ tue. Et co-
medet fructum bestie tue, & fructum terræ tue donec profligeris, quia non
supererit tibi frumentum, mustum, & oleum, genitura boum tuorum, &
fætura pecoris tui, donec perdisderit te. Deut. 28: 11, 51. præcipue autem
in propagatione generis humani, quod Deo vel maximè curæ est. *Domini-*
nus qui extendit cælos & fundavit terram, format spiritum hominis in me-
dio ejus. Zach. 12: 1. *A Deo Patris tui, qui auxiliatur tibi, & ab O-*
mnipotente, qui benedicit tibi, benedictionibus cæli desuper, benedictionibus
abyssi, quæ jacet infra, benedictionibus uberum & uteri. Gen. 49: 25. *Et*
recordatus est Deus Rachelis, & aperuit uterum ejus. Gen. 30: 22.

VIII. Speciatim providentia Dei subjacet uniuscujusque hominis vi- *Quo perii-*
ta & mors; ita ut terminus vitæ cujusque immobilis & fixus sit, cum o-
mnibus suis circumstantiis. Quod contra Remonstrantes, Lutheranos &
Semipelag. quoilibet patet ex frequentibus Scripturæ dictis: *Decisi sunt dies*
ejus, numerus mensum ejus est tecum, limites ejus fecisti & non transfibit.
Job. 14: 5. *In libro tuo omnia illa scripta sunt; dies qui formati sunt, &*
non erat unus inter illos. Psal. 139: 16. *Capilli capitis omnes numerati sunt.*
Matth. 10: 30. *Nemo injectit in eum manum, quia nondum venerat hora*
ipsius. Joh. 7: 30. *Palmares fecisti dies meos, & vitale ævum meum est*
quasi.

quasi non esset coram te. Psal. 39: 6, *Dominus eum percutiet, aut dies ejus veniet & morietur, aut in pralium descendet & conficietur.* 1 Sam. 26: 10.

IX. Quod tamen decretum Dei non excludit hominum curam & officium. Nam eodem de vita hominum decreto simul Deus decrevit media, per quæ ille terminus, quem Deus statuit, attingendus foret. Non enim Deus format primo decretum, quo absolutè decernit finem, & postea alio decreto decernit media. Tum enim media non amplius forent media, nec necessaria forent, si Deus absolutè jam decrevissit finem, & alio demum decreto decerneret media. Quibus ergo decernit longævam vitam, illis eam decernit ut benè utentibus mediis & libero arbitrio. Qui bonus liberi arbitrii usus, cum virtute conjunctus, causa moralis est longioris vitæ, absque quâ Deus eam in bonum non concederet; sicut ab alterâ parte impietas causa moralis est brevis vitæ. *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut longi sint dies tui super terra.* Exod. 20: 12.

Sive con-

tingentes. X. Major autem difficultas est circa res contingentes, quomodo illæ, cum tales sint, providentiæ divinæ subesse, & ab ea determinari possint. Quod ut intelligamus, videndum est 1. qualis, & unde contingentia in rebus sit. 2. quomodo res illæ contingentes à Deo gubernentur, ut non tollatur earum contingentia.

Contin-

gentia ge-

nus qua-

druplex. XI. Contingentia, latissimo sensu, quadruplex datur genus: primum, quod complectitur naturas rerum, quatenus illæ cum natura Dei non habent necessariam connexionem, adeoque hactenus contingenter existunt. secundum, quod ex causis physicis resultat, accidentaliter seu contingenter operantibus; tertium, quod ex libero arbitrio in bono occupato; quartum, quod ex natura & consideratione mali moralis oritur. Aut ut paulo adductius hæc concipiamus, triplex præcipue circa res contingentes erit difficultas. 1. quomodo se habeat providentia Dei circa res & actiones contingentes naturales. 2. quomodo circa voluntarias. 3. in specie & præcipue quomodo circa malas.

CON-

TINLEN-

TIA

ex naturis

verum &

causis phy-

sicis con-

tingenter o-

perantibus,

quomodo

XII. Quod attinet primum contingentia genus, ut pateat quomodo res naturales contingentes providentiæ divinæ subsint, notandum est, respectu Dei nihil omnino contingens esse, hoc est, tale quod sua naturâ possit existere vel non existere: nulla enim res creata propria sua vi potest existere, vel aliquid agere; & nihil fit vel existit nisi per Dei potentem iussum & voluntatem, quæ cum ab æterno extiterit, inde necessitas existendi in omnibus rebus creatis ab æterno: & ita re ipsa nulla datur contingentia, sed ista, ut & rerum possibilitas, intellectus nostri tantum est defectus cir-



ca rei existentiam, cum omnia à Decreto Dei immutabiliter pendeant; *providentie divine subsint?*
ut supra ostensum est.

XIII. Omnis ergo quæ & qualisunque in rebus est contingentia, ut
& necessitas, à Deo exorta est, & ab illo dependet; ita ut sublata Dei pro-
videntia nulla in rebus contingentia foret, sicut nec necessitas, nec liber-
tas; cum à voluntate Dei omnis sit rerum necessitas, à libertate ejus omnis
creaturarum libertas, & ab immutabili ejus ordinatione omnis rerum
contingentia. Hinc Scriptura rerum maximè contingentium ordinatio-
nem Deo adscribit. *Qui percutit quemquam ita ut moriatur, moriendo
moriatur. Et si quis non quasivit, sed Deus occurrere fecit manui ejus, po-
nam tibi locum quo fugiat.* Exod. 21: 12, 13. *Ut si quis cum proximo
suo iverit in sylvam ad cædendum ligna, & se exuerit ferrum à ligno, & in-
venerit proximum ejus ita ut moriatur.* Deut. 19: 5. *In sinum, in cavum,
conjicitur fors, à Domino autem est tota ratio ejus.* Prov. 16: 33. *Nonne duo
passerculi assario veneunt, & unus ex iis non cadit in terram, sine Patre ve-
stro?* Matth. 10: 29.

XIV. Neque etiam pugnat, idem respectu causarum suarum contin-
gens esse, & respectu Dei necessarium: quod enim in se contingens est,
alio respectu necessarium esse potest, si aliunde necessitatem suam accipiat,
quæ necessitas rei extrinseca tantum est, & appellatur necessitas conse-
quentiæ, quia consequitur ex decreto divino; nec magis contingentiam
vel libertatem evertit, quam necessitas quæ oritur ex Dei præscientia,
quam tamen adversarii concedunt. *¶¶¶ 2. 39. 51. 22. 45. 35-33.*

XV. Cūm ergo ita pateat contingentia radicem à Deo petendam esse,
manifestum est, omnem contingentiam, quæ in rebus est, tantum esse
respectu nostri, & causarum inferiorum, ubi præter nostram intentio-
nem, & ordinarium rerum naturalium ordinem, quidquam accidit, quod
tum respectu nostri dicitur contingens.

XVI. Malè ergo *τί εὐδεξίεσσον* & rerum contingentiam concipiunt, *Errores de
rerum con-
tingentia.*
qui eam adeo absolutam arbitrantur, ut quædam etiam respectu Dei con-
tingentia sint & maneant, neque ejus ordinatione & decreto fiant: qualia
ipsis præcipue ea sunt, quæ ab hominis libertate & voluntate dependent:
cujus naturam destrui putant, si à causa superiori determinetur: unde &
ea præscientiæ divinæ subducunt quidam; quæ Socinianorum impietas
est: alii vero eorum scientiam medium, citra determinationem eorun-
dem, in Deo introduxerunt.

XVII. Atque hac contingentia radice ac ratione ita explicata, ultro
T t jam

CASUS
&
FOR-
TUNA.

jam patet, quid de *casu*, *fortuna*, *sorte* & *fato* statuendum sit.

XVIII. Casu ac fortuna ea fieri dicuntur quæ dependent à fortuito causarum concursu, respectu causarum secundarum, & quorum eventum non habemus in nostrâ potestate. Imprimis casus consideratur in iis rebus, in quibus nulla hominum opera vel arbitrium intercedit: fortuna contra, quando finis ab humanâ voluntate intentus casu quodam interceptitur & turbatur.

XIX. Fortunam tanquam Deam Gentium supersticio olim introduxit, eique eas assignavit partes, ut ea in mundo regeret, quæ certas in natura causas non habent: idque partim ex ignorantia, qua providentiam Dei non agnoscebant; partim ex profana quadam licentia, ut Deo à rerum humana curâ amoto, rebus veluti perturbatis se involverent, & peccandi licentiam invenirent, nullo videlicet scelerum teste vel vindice.

XX. Scriptura vero universum istud fortunæ regnum penitus proscribit, dum res maximè fortuitas & casuales à Dei providentia gubernari testatur. *Dixit Abraham*, *Deus ipse proficiet sibi de pecude ad holocaustum*. *Quum autem sublatis oculis suis aspiceret*, *ecce arietem qui retrorsum tenebatur in perplexo cornibus suis*. Gen. 22: 8, 13. Ita Deus Abrahami servo obviam dedit Rebekam futuram Isaaci sponsam. Gen. 24: 12. & seqq. *Dixit Isaac filio suo: quid properasti invenire?* quî factum ut tam citò inveneris venationem? & *dixit*, *quia Dominus Deus tuus fecit mihi occurrere*. Gen. 27: 20. sine Deo ne passerculus quidem cadit in terram, immo capilli capitum omnes numerati sunt. Matth. 10: 29, 30. Quum Barbari Melitenses viderent viperam è calore prodeuntem, pendente in manu Pauli quam arripuerat, dixerunt: *Homicida est homo iste, quem postquam salvus evagis et mari, ultio non sivit vivere*. Act. 28: 3, 4.

XXI. Reducunt autem eam sub alio nomine Remonstr. & alii, dum radicem contingentia & libertatis humanæ extra Deum in rebus ipsis, & præcipue in voluntate humanâ collocant: & Deum generali tantum influxu, qui ab hominis arbitrio, saepè in fines longè alios, determinetur, agere volunt: multa etiam ad nudam Dei permissionem, quæ tamen inefficax sit, nec rem permittam necessario ponat, referunt.

XXII. Sortis voce notari solet eventus aliquis contingens, cuius veluti arbitrio lites explicantur vel dirimuntur, ex pacto sive instituto divino, vel humano. Atque adeo nihil aliud ea dicit, quam instabilem & incertum secundarum causarum respectu nostri concursum, quarum eventus potestati nostræ subjectus non est, atque identidem variare potest.





XXIII. Atque hac ratione in omnibus vitæ casibus sors dominari sollet; etiam in rebus maximè seruis, & in quibus multum nostræ industriaæ relictum est, quibus fortuitum aliquod intercedere potest: ut in apparatu bellico, custodiâ civitatis &c. *Equus paratur ad diem prælii, sed Dominus est salvatio.* Prov. 21: 31. *Si Dominus non adificet domum, frustra laborent coædificantes eam.* *Si Dominus non custodiat civitatem, frustra vigilat excubitor &c.* Psal. 127: 1, 2.

XXIV. Quamvis autem res omnes fortuitæ nostro arbitrio vel industriaæ subjectæ non sint, sed à Dei solius providentia, à qua omnes istæ causæ reguntur, dependeant; unde *sors ipsa ejusque judicium* Deo attribuitur, Prov. 16: 33. non tamen in iis est alia Dei providentia, vel aliis concursus, quam in iis rebus, quæ sine forte per naturales causas eveniunt: quamvis enim eventus ille respectu nostri à fortuito causarum concursu dependeat, respectu tamen causarum ipsarum naturalissimo modo, & necessariò, juxta ordinariam Dei providentiam, evenit.

XXV. Quando ergo in rebus levibus vel ludicris forte vel causis fortuitis utimur, non est in iis provocatio quædam specialis ad divinam providentiam, aut exploratio divinæ voluntatis, qua videlicet rogamus aut expectamus ut Deus signo aliquo nobis declareret, quid de re futurâ decreverit, quemadmodum Gideon tali provocatione utebatur, Jud. 6. Sed est ibi simplex tantum rei suscepitio, cuius eventus casui & fortunæ subjectus est. Non ergo singularis aliqua religio ea in re ponenda est, aut usus illius, nisi aliae accedant circumstantiæ, illicitus.

XXVI. Considerandum autem est rei, de qua agitur, momentum & pondus, & pro ejus diversitate, aut majori aut minori reverentia sortes tractari debent: aliud enim est, per sortem lites expedire, vel personam muneri alicui destinare; aliud autem per lusum, ad honestam mentis oblationem, sorte uti. Res enim omnes magni momenti non sine numinis reverentia incipiendæ, neque etiam temere sorti subjiciendæ sunt; ubi autem aliter ex ædificari nequeunt, non sine animi religione ad sortem accedere & precibus rei eventum à Deo expetere decet. Quæ autem exigui momenti sunt, minori cum devotione suscipi possunt, atque adeo in rebus levibus, ad mentis corporisque recreationem, citra crimen, forte utiliter (servatis tamen necessariis cautelis:) in lusu enim isto non est provocatio ad Dei providentiam, vel exploratio ejus; sicut ea quidem intercedit, cum in rebus magni momenti fortium eventum precibus Deo commendamus.

XXVII. Si tamen , qui aliqua animi superstitione hac in re tenentur, fortibus ludicris abstinere, & nihil contra animi sui sensum facere debent. *Quicquid enim ex fide non fit , peccatum est.* Rom. 14: 23. atque etiam in universum omnes, propter multa peccata quæ vulgato fortium usui adhærent, quam parcissimè iis uti debent.

FATUM.

XXVIII. Ita eliminatâ ab unâ parte fallaci fortunæ contingentiaque Deâ, cavendum etiam ab altera parte est , ne ad violentâ necessitatis & fati scopulum allidamur, quod sapientioribus inter philosophos accidit, cum fortuna tantum vulgi & leviorum hominum Dea fuerit.

quod quadruplex vulgo statuitur. XXIX. *Fatum*, Græcis οὐετέρην, quadruplex vulgo statuitur. Mathermaticum , quod ex astris & siderum positu omnes eventus dedit. *Naturale*, seu physicum , quod nihil aliud est , quam causarum naturallium ordo, simili modo semper agentium, nisi aliunde impellantur; atque adeo ne ad vim quidem fati assurgit. Stoicum , quod definiebant rerum & causarum æternam & inviolabilem seriem ; in qua non solum causas necessarias, verum etiam contingentes & liberas ponebant, quæ omnes instar catenæ ex se invicem dependebant, contexta ex infinitis annulis , quibusdam fortioribus, quibusdam debilioribus, ita tamen concatenatis , ut dissolvi non possent. Cui fato cohæret Necessitas, gemella fati soror , qua ipsum Deum , ipsamque hominis voluntatem & libertatem constringebant. Denique Christianum , quo intelligitur rerum & causarum à divino decreto dependens ordo & series.


Fati Christiani à Stoico discrimen. XXX. Atque hoc Christianum fatum longè abest à fato Stoicis (forte non satis recte , saltem quoad omnes) imputato. Nam 1. cum illi necessitatem ponerent in perpetuo ac æterno rerum nexu, nos eam ponimus in Dei decreto. 2. illi Deum necessitati, nos necessitatem Deo subjicimus. 3. cumque illi rerum contingentiam & voluntatis libertatem suo fato sustulisse dicantur, nos ea cum fato in gratiam reducimus.

Fatum reducunt, qui nos asserti fati falsò insinuant. XXXI. Illi ipsi vero , qui falsò asserti Fati nos insimulant , longè fortius illud reducunt. Res enim naturales & contingentes quod attinet, illeas juxta Chrysippum argumento de enunciationis definitione , quo ille fatum Stoicum asserebat, ita asserunt necessarias, ut ab æterno de omni redici potuerit , verum esse id quod verum est , & ab æterno certò futurum esse quod futurum est. Ut non dependeat rerum futuritio à Deo , sed à rebus ipsis. Cujus erroris *πρῶτη φύσις* est male intellecta enunciationis disjunctivæ necessitas.

XXXII. Magis autem adhuc fatum adstringunt circa actiones liberas & vo-







f. 1. 2. 3.

& voluntarias, per scientiam suam medium; quia Deus antecedenter ad decretum suum prævideat, quid creaturæ rationales, in talibus vel talibus circumstantiis positæ, acturae fucrint. Hinc enim jam necessitas oritur, quæ non creaturas solum, verum etiam ipsum Deum constringit; cum decretum Dei alligatum sit ipsius scientiæ, scientia autem rebus ipsis, quæ ab æterno ante decretum omne Dei veritatem suam habuerunt, ita ut jam decreto opus non sit.

XXXIII. Quanto rectius nos omnem illam necessitatem à Dei decreto deducimus, à quo omnis substantia & veritas, ordo ac lex originem suam habent: neque hinc officium nostrum excluditur, vel voluntatis libertas lœditur; cum illa ordinem suum habeant in causis ac mediis à Deo simul destinatis.

XXXIV. Major autem in explicanda providentiâ Dei restat difficultas circa res voluntarias & morales; cum illæ non solum sint contingentes, ut res quædam naturales, verum etiam liberae, quæque ideo minus cum providentiâ Dei videntur consistere posse. Considerabimus autem 1. hic in genere providentiam Dei circa actiones liberas, & quemadmodum inde libertas non lœdatur. 2. deinde in specie, qualis illa sit circa actiones bonas, & malas.

XXXV. Altero nimis à Deo dependent res physicæ, aliter actiones liberæ: res enim physicæ non tantum certò eveniunt, verum etiam necessariò, actiones autem morales simul certò & liberè fiunt: & sicut illæ non suâ sponte, sed semper alienâ vi externo que causarum naturalium impetu producuntur, ita voluntatis operationes ab ipsâ voluntate, tanquam à principio interno, liberè oriuntur.

XXXVI. Actiones autem voluntarias nihilominus Deo subesse, ex innumeris Scripturæ locis apparet, ubi corda ac voluntates hominum in potestate Dei ponuntur. *Hominis sunt dispositiones cordis, sed à Domino pronunciatio lingue.* Prov. 16: 1. *Multæ cogitationes sunt in corde viri, sed consilium Domini hoc stabit.* c. 19: 21. *Rivi aquarum cor regis in manu Domini.* c. 21: 1. Ut aquæ elices ducuntur, quo vis, ita cor regum à Deo. Exemplum hujus est in Esavo, Gen. 33: 14. Ægyptiis, Exod. 1: 1, 2, 3. hinc Jacobus orabat Dominum ut filii ejus misericordiam consequerentur coram Ægypti præside Josepho. Gen. 43: 14. & Nehemias, ut coram Rege Artaxerxe idem ei eveniret, supplex petit, cap. 1: 11. *Tunc dixit Iehovæ illi, quis statuit os homini? aut quis statuere potest mutum aut surdum, cernentem aut cœcum? nonne ego Iehovæ?* Exod. 4: 11.

*Providen-
tia Dei cir-
ca actiones
LIBE-
RAS.*

*Actiones
voluntari-
as Deo sub-
esse docet
Scriptura.*


f. l. 2. p. 21. f. & ratio.
 XXXVII. Idem & ratio evincit. Cum enim libertas maxima hominis sit perfectio, homo eam à Deo, tanquam à primâ causa habet. Sicut enim omnis sapientia creata dependet à summâ sapientiâ; ita omnis libertas includit talem ordinem ad primum liberum: ita ut nisi Deus operaretur liberè, nulla etiam foret libertas in rebus. Deinde, cum actiones voluntatis res positivæ sint & modi substantiae suæ; non minus à Deo dependebit substantia illa, quoad modum & operationem suam, quam quoad existentiam & conservationem suam.

*Quæ sit o-
peratio Dei
in volun-
tatem?*

XXXVIII. Operatio autem Dei in voluntatem non est concipienda per modum concursus, vel præcursoris, vel prædeterminationis, ad quam voluntas sese passivè habeat; hi enim sunt loquendi modi, desumpti à rebus corporeis, & ab ideis inde haustis: multo minus quod ad conservandam arbitrii libertatem concursus hic statuendus sit generalis, indifferens, oblatus, quique considerandus sit, tum in actu primo, qui nihil aliud sit quam voluntas concurrendi, quam iterum primam & antecedentem faciunt, & secundam seu consequentem; tum in actu secundo; quæ adversariorum tricæ sunt: neque etiam illa concipienda est tanquam actio Dei in voluntatem extrinseca, vel tanquam motus aliquis & impetus voluntati ab extra inditus: nullâ enim ponenda est talis Dei operatio, qua aliquid ponitur extra voluntatem, quod eam determinet; repugnat enim, liberum esse, & per modum principii physici ab alio determinari.

XXXIX. Sicut ergo voluntas volendo se determinat, nec alia fingenenda est volitio quâ, alia vero ad quam se applicat voluntas. Ita neque finendum est, formam aliquam vel vim à Deo voluntati imprimi, qua restringatur ad hoc vel illud volendum. Ipsa enim divina operatio in voluntatem, passivè accepta, nihil est aliud quam ipsa voluntas, ad agendum à Deo excitata, ejusque volitio & actus, quatenus illi à divinâ virtute procedunt.

XL. Quando igitur actiones elicite voluntatis à Deo producuntur, nihil aliud concipiendum est, quam conservatio seu continua creatio aut reproducacio mentis nostræ, eaque varia, quâ Deus simul mentem ejusque cogitationes variatim ita producit. Actionum autem voluntatis imperatarum sicut non aliud est fundamentum, quam illa Dei in naturâ constitutio & iussio, qua certos corporis motus, cum certis cogitationibus mentis, & vicissim, voluit esse connexos; ita porrò nihil aliud requiritur, quam nientis & corporis nostri cum mutuo hoc nexu conservatio, & quasi continua creatio, quæ ita ad actiones nostras imperatas sufficit.





XLI. Unde etiam obiter patet, quæ sit natura operationis Dei, in gratiâ, quoad actiones supernaturales. Hæc nimirum eodem modo con-cipi debet tanquam creatio nova mentis; hoc est, produc̄tio mentis cum novis & supernaturalibus actionibus, quæ deinceps conservantur à Deo in nobis convenienter naturæ & operationibus nostris: sicut de miraculis externis superius quoque visum est.

XLII. Præcipua autem difficultas est, quomodo hæc operatio Dei cum libertate nostra consistat, & quomodo hæc concilianda sint secum invicem. Extrema enim h̄ic clare & distinctè percipimus, ab una nimirum parte nos à Deo dependere scimus, & ab altera etiam parte nobis consci-fumus summæ libertatis: quomodo autem hæc simul convenient, ob-scurredum valde & ferè supra captum nostrum est: neque id immerito, cum modus quo creaturæ à Deo dependent & juxta quem in nobis operatur infinitus sit, & nobis vix comprehensibilis, & cuius non adeo distinctam ideam vel conceptum habemus.

XLIII. Hoc tamen deprehendimus, contradictionia non esse, liberum esse, & dependens esse à Deo, idque ex claritate conceptuum quos de utrâque hac re habemus; sicut contradictionium est, montem imaginari sine valle. Idea enim libertatis non destruitur per ideam causæ primæ, sicut idea accidentis destruitur, ubi accidens concipitur tanquam existens extra subjectum suum. Cum ad libertatis ideam non requiratur, ut ea planè sit ~~in se~~, verum cum ea concipiatur tanquam creaturæ alicujus, potius à Deo dependens, eique obnoxia semper concipitur.

XLIV. Quamvis vero ita omnia h̄ic Dei sint, non tollitur tamen inde, nec actio, nec libertas nostra. Etsi enim Deus omnia in nobis producat, voluit tamen nos à se distinctos esse, & certos modos ac operationes substantiæ nostræ in nostra potestate esse voluit; & quæcunque in nobis agit, non sine nobis, sed per & propter nos, nobis conscientiis ac voluntibus (im-possible enim est, ut cogitemus, quin ejus mens nostra conscientia sit) per propriam nostram substantiam actuosam operatur.

XLV. Atque propter hoc spontaneum & liberum longe aliter actio-nes creaturarum rationalium à Deo dependent, quam actiones naturales caufarum physicarum: per causas enim naturales agit Deus tanquam per vera media, quæ nihil suum habent, neque ipsæ actuosæ sunt, sed totæ à Deo aguntur; cum creaturæ rationales ex se ipsis actuosæ & actionum suarum dominæ sint, atque adeo in serie caufarum physicarum ita absolu-tè poni nequeant, sed cum tantum inter res à Deo ordinatas ordinem & locum

*Quomodo
ex consistat
cum liber-
tate no-
stra?*

f. 76.

locum occupent, qui libertati ipsorum conveniat.

f. l. 2: (fss). 7. 8. Adver/ia-
riorum
περὶ τῶν
ψεύδος

XLVI. Sicut autem eventus necessarius aut contingens in rebus physi-
cis non est denominandus à divino decreto, cuius respectu omnia necessa-
rio fiunt, sed ab ordine quem illæ res habent ad alias causas; ita etiam ratio
actionis liberæ non est petenda à decreto divino, cuius respectu omnia
certo eveniunt, sed pendet à naturâ causalitatis moralis earum rerum, quæ
pariter in voluntatem agunt.


XLVII. Πρῶτον ψεύδος adversariorum est, quod libertatis naturam
male concipient: cum enim ea solum exigat ut agamus cum lubentia, cum
judicio & consilio, illi eam ponunt in indifferentiâ; quæ tamen libertati
non est essentialis, sed accidentalis tantum in aliquo ejus statu morali: ne-
que etiam locum habet in voluntatis actibus aut habitibus, sed solummodo in facultate & potentia ejus; in quâ tamen ea semper obtinet, quan-
tumcumque à Deo voluntas ad actus suos promoveatur: imò verò, quo
minus nos indifferentes deprehendimus, & quo majori propensione in ali-
quam rem ferimur, sive quod tam clare rationem boni & veri in ea con-
spicimus, sive quia Deus intima voluntatis nostræ ita disponit, eo magis
nobis libertatis nostræ consciâ sumus.

Providen-
tia Dei in
specie circa
actus Bo-
nos.

XLVIII. Et ita quidem providentia Dei circa actiones morales in
genere versatur; quod vero in specie actus bonos concernit, ad hos Deus
ita nos præmovet, ut eorum auctor non tantum sit in genere naturæ, ve-
rum etiam secundum bonitatem earum moralem. In omni enim bono
actu duplice quasi realitate volendi defungimur; nam & bonum volumus,
& benè volumus, atque adeo ad utrumque hoc præstandum duplice in-
fluxu Dei opus est. Unde Scriptura omnia bona opera nostra, & velle, &
perficere, Deo attribuit. *Et dabo vobis cor novum, & Spiritum novum*
dabo in medio vestri: & auferam cor illud lapideum ex carne vestra, &
dabo vobis cor carneum. Ezech. 36: 26. *Deus est qui operatur in vobis &*
velle & operari, propter beneplacitum. Phil. 2: 13. *Inclina cor meum ad*
testificationes tuas, & ne ad lucrum. Psal. 119: 36.

XLIX. Sicut autem nullâ Dei operatione circa voluntatem libertas
ejus tollitur, ita etiam neque hac operatione Dei circa bonum ea perimi-
tur, sed potius corroboratur; dum Deus arcana operatione nos magis vel-
le facit. Sic autem libertas non læditur; tum enim libertas volendo peri-
ret, & voluntas volendo à libertate excideret, quod impossibile & contra-
dictorium est: ut recte, juxta August. voluntas non libertate consequa-
tur gratiam, sed gratiâ consequatur libertatem.

L. Nam



a de fac materia agit oxyline Martyn. luc. cora 6
et diffusat. Salvia. mentha.

L. Nam aliud quid præter ipsam voluntatem requiritur, quod actus ejus in ipsius potestate ponit, quoque eam promptam & potentem facit ad volendi actus exercendos; si enim ea ipsa sola sufficeret, nulla ratio est, cur Deum tam intenso & perfecto amore non amaremus, quam quidem optaremus: verum præter hæc opus est Dei operatione & gratiâ, quæ voluntati suavitatem & amorem operandi impariatur: atque ita Deus voluntatem nostram magis habet in potestate suâ, quam aut ipsa, aut nos ipsi. *Dei enim sumus avægæ cooperarii, Dei arvum, Dei adficium estis.* 1 Cor. 3: 9. *O dænægæasæphæ iugæs.* Qui verò parat nos ad hoc ipsum, Deus est, qui etiam dedit nobis arrhabonem Spiritus. 2 Cor. 5: 5.

LI. Rejicimus ergo hic ab unâ parte *Manichæos*, qui liberum arbitrium tollebant; & ab altera parte *Pelagianos*, qui nimium id extollentes gratiam negabant: quorum Patriarchæ fuerunt philosophi & Judæi; a seclæ autem sunt *Sociniani*; qui omnes voluntatem hominis à Deo non realiter, sed moraliter in agendo dependere volunt, ut nimir. religioni locus sit; & Deum quidem potenter voluntatem movere posse, ut bonum irrefragabiliter perficiat, sed hoc rarissimum esse, & tum liberum arbitrium prorsus cessare; deinde & *Pontificii*, præcipue autem *Jesuitæ & Molinistæ*, quibus libertas est indifferentia ad utrumque oppositorum, ut positis omnibus ad agendum requisitis voluntas possit agere vel non agere; inter requisita autem illa etiam recensent divinam operationem, atque eam voluntati subjiciunt; tertio denique & *Remonstrantes*, qui & ipsi non nisi moralem Dei operationem in hominis conversione agnoscunt.

LII. Sequitur tandem operatio Dei circa malum, quæ perceptu diffìcillima est, quia non videtur Deus sc̄e potenter circa illud exerere posse, nisi peccati auctor constituantur. Verum peccatum, licet cum sanctissima Dei naturâ pugnet, providentiam tamen ejus non tollit; non enim malum summum est, quod à summo bono in ordinem redigi & ad bonum dirigi non possit.

LIII. Ut autem videamus, quo pacto incontaminata maneat circa malum Dei providentia 1. videbimus quo pacto illud non producat Deus 2. & deinde quid circa illud providentiâ suâ operetur.

LIV. Principio ergo notandum est, peccatum non esse aliquid positivum, vel reale, sed meram privationem & non-ens, atque adeo etiam ejus non dari causam positivam.

LV. Neque etiam ita concipienda est ejus possibilitas, quasi illa fundata esset in Dei potentia & sapientia; repugnat enim hoc quam maximè

Adversariorum er-
ores rej-
cuntur.

f 28or. 8. 6. 17.

Providen-
tia Dei
circa MA-
LA.

Peccatum
est non-
ens.

eius possi-
bilitas.

naturæ entis perfectissimi: verum oritur illa ex re non positivâ, seu ex defectu, à creatura nimirum, quæ non ita perfecta est, quin peccare possit. Hactenus tamen possibilitatis peccati fundamentum poni potest in Dei ordinatione, quatenus noluit creaturem ita perfectas creare ut impeccabiles essent, & quatenus non repugnabat bonitati, justitiæ & sanctitati Dei talem rerum ordinem præ aliis eligere, in quo peccatum suas partes habiturum esset.

LVI. Quomodo autem illa certitudo eventus peccati conciliari possit cum libertate hominis, & reatu ipsius per peccatum, id quia dependet à comprehensione operationum entis infiniti, à nobis vix plenè intelligi potest. Aliquam tamen lucem huic rei inferre studebimus ex consideratione actionum Dei circa peccatum.

*Actiones
Dri circa
peccatum.* LVII. In omni actione mala distingui debet inter ipsam actionem qua talem, & vitiositatem ejus: quæ distinctio non solum locum habet in illis actionibus, quæ vitiosæ sunt propter circumstantiam aliquam, verum etiam in illis quæ absolute à Deo prohibitæ sunt.


LVIII. Atque idem etiam locum habet in peccatis omissionis; et si enim omissione physicè considerata dicat solum actionis negationem, moraliter tamen considerando, quatenus nimis ea laudabilis est, vel non, actum semper aliquem conjunctum habet.

LIX. Quod ergo attinet actum peccato substratum, illum Deus producit; omnis enim natura, et si vitiosa est, in quantum tamen natura est, bona est, & à Deo est: malitia autem adhaerentis nullo modo est particeps. Sicut etiam homines & angelos peccatores Deus virtute sua sustentans, ne in nihilum ruant; ideo malorum habituum, qui una permanent, nullo modo causa est.

LX. Neque obstat, actum illum, simulac oritur, in suis circumstantiis & cum suo objecto necessario malum esse, adeoque prohibitum: illud enim creaturam tantum spectat, cui posita lex est; non vero Deum, qui sub ista lege non est. Ita idem agit Deus & Assyrius, qui fuit securis in manu Dei cedantis eam, & serra Dei ducentis eam. Es. 10: 15. Deus tamen sine culpa, hic contrà.

LXI. Alia autem consideratio est vitiositatis seu *avopiae*, actionis: illius enim, cum ex se nihil sit, & privatio tantum boni, non tam efficiens quam deficiens causâ statuenda est. Hic ergo Deus negativè sese habet, nos vero privativè; quia nimirum aliquâ perfectione nobis debitâ nos privamus, recto nempe usu arbitrii nostri; quæ imp̄fectio à nobis est, quia





quia mediis sumus inter Deum & nihil, & de nihilo multum participamus, unde facile deficitus ab ordine nobis præscripto: atque ea malitia, quamvis in se nihil sit, quia tamen quoad intentionem peccantis tendit in destructionem Dei, ejusque gloriæ, justissimè & gravissimè à Deo punitur. Causa autem ejus imperfectionis non in hominis natura à Deo creata ponenda est, sed in ignorantia intellectus, & præcipue in inordinatione voluntatis, cum illam latius extendimus, quam permittit intellectus; unde error & peccatum.

LXII. Non satisfacit ergo inventum Jesuitarum, speciatim Bellarmi-
ni, qui operationem Dei circa peccatum explicant per concursum genera-
lem & indifferentem, qui per hominem determinatur, ita ut Deus auctor
tantum sit generalis operationis circa peccatum, homo autem peccati
ipsius.

LXIII. Verum hoc conceptu Deus, ne auctor fiat mali, definit esse au-
ctor boni. Tum etiam ipsa actus substantia & species, quod præcipuum in
cā est, ejus providentiae subducitur; ipse autem in operando limitabitur &
determinabitur à creatura. Præterea explicari vel concipi non potest,
quomodo Deus concursu suo perpetuo presto sit ad actus creaturæ, cum
bonos, tum malos, & tamen non prius eum tribuat, quam creatura ipsa ad
eos jam cœperit vergere: hæc enim in actibus immediatis voluntatis locum
habere non possunt, ea enim cum ad actum suum edendum vergit, jam
vult, atque adeo jam concursu ad istum actum voluntatis opus non erit,
cum iste jam modo productus sit. Denique ipsam difficultatem hoc pa-
cto non evadunt, cum velint hunc concursum tantundem facere ad a-
ctum malum quam ad bonum, atque semper præsto esse, atque adeo so-
cias operas præstare ad patrationem peccati; cuius si non auctor, saltem
jam adjutor & assentator erit.

LXIV. Circa peccatum autem Deus hoc pacto versatur. Primò, ut mali-
tiam permittat. Quæ permisso non est ethica & legalis, qua Deus nulla
lege prohiberet peccatum; vel qualis datur circa res indifferentes & bonas,
quas Deus benignè concedit, conjuncta approbatio & efficacia suâ; vel
qualis nostra est permisso circa ea quæ negligimus, & perinde habemus,
sepe etiam nescimus: quæ non foret providentia in Deo, sed ejus potius
abdicatio. Deus autem volens & consulto peccatum permittit; nec per-
missio ejus providentia & voluntati ejus opponi debet. Est ergo permis-
sio Dei circa peccatum permisso physica, quæ est deliberata suspensio di-
vinæ operationis, per quam peccatum impediri potuisset.

*Jesuita-
rum com-
mentum
de concur-
su Dei in-
differentie*

*circa pec-
catum ex-
cutitur.*

*Deus pec-
cati mali-
tiam per-
mittit.*


*id non im-
pediendo.*


LXV. Illa autem impeditio , ex qua natura permissionis divinæ melius patescit , vel circa ipsam hominis voluntatem versatur , eam flectendo ut à peccato abstineat & aliter velit , non invita nimis , sed volens , ei- que contrarium bonum adlubescat ; vel circa actus ejus externos . *Cohibui ego te , ne peccares in me.* Gen. 20: 6. Ubi & coactio interdum locum habet.

LXVI. Est ergo permisso Dei non otio a , sed actuosa , decernens , ordinans , & talis , ut ea positâ necessario consequatur peccatum : quæ futuritio peccati respectu actus , cui illud adhæret , aliquid reale est & positivum ; atque adeo decrevit Deus peccatum permittere , non merâ non-impeditione , sed positiva voluntate : quo pertinent efficacissima Scripturæ loca . *Vos quidem cogitaveratis contra me malum : sed Deus cogitavit illud in bonum , ut faceret sicut est die hoc , conservando in vitâ populum multum.* Gen. 50: 20. *Si Jehova dixit ei , maledic Davidi , ecquis dicat , quare sic facis ?* 2 Sam. 16: 10. *Sic uit Jehova , ecce ego suscitatus sum contra te malum è domo tua & accipiens uxores tuas ante oculos tuos tradam proximo tuo : qui cubabit cum uxoriis tuis coram isto Sole.* *Quia tu fecisti clam , etiam ego facturus sum rem hanc coram toto Israële , & coram Sole.* 2 Sam. 12: 11, 12. *Et stetit adversarius contra Israëlem , & incitavit Davidem ad numerandum Israëlem.* 1. Chron. 21: 1. *Dominus detit , & Dominus accepit.* Job. 1: 21. *Va Assur , virga ira mea (& virga , quæ in ipsorum manu est , severitas mea est.) An superbiet securis contra cœdenterem eâ ? an magnificabit se ferrâ contra ducentem eam ? &c.* Esai. 10: 5, 15. *In illo die radet Dominus per novacula illam conductitiam , per transfluvianos , per regem Assyria , caput & pilos pedum.* c. 7: 20. *Filius quidem hominisabit , sicut scriptum est de eo : va autem illi homini , per quem Filius hominis traditur.* Matth. 26: 24. Luc. 22: 22. *Hunc definito consilio & præcognitione Dei traditum cum accepissetis , manibus impiorum affigentes cruci interemistis.* Act. 2: 23. *Ut facerent quecunque manus tua & consilium tuum definiverant ut fierent.* c. 4: 28. Si enim solum negative Deus se hic haberet , tum peccatum divinæ providentiae subtrahi deberet , adeoque vel Deus non consideraret peccati futuritionem , vel , si consideraret , eam in medio relinqueret , & non curaret ; quod cum sapientiâ & omniscienciâ ejus pugnat .

LXVII. Ut pessime adversarii permissionem Deo tribuant , qua homo sibi derelinquitur , & rotatili suo arbitrio & indifferentiæ permittitur , cum Deus interim an peccatum fiat , an non , non curet ; sed tantum , cum







cum illud ex scientiae mediae speculâ futurum conjecterit, nolit intercedere quo minus fiat, quod jam retro non potuerit non fieri.

LXVIII. Permissio ergo Dei variam circa peccatum efficaciam habet. Permissio
Nam 1. gratiam ad recte operandum requisitam Deus vel liberè non con-
fert, vel etiam justè subtrahit. Unde tum necessario sequitur peccatum
omissionis. Et projiciam vos de terra hac, in terram, quam non cognovistis
vos & patres vestri, & coletis ibi Deos alios die & nocte, quibus vestrum
non dabo gratiam. Dei cir-
ca pecca-
tum effica-
cia. Jer. 16: 13. 2. objicit saepe peccatoribus occasiones in se non malas, sed saepe optimas, quibus tamen ad peccatum abutuntur. Accendentibus Mose & Aharone & dicentibus Pharaoni: *ita ait Jehova Deus Israëlis, dimitte populum meum* --- dixit Pharao: *quis est Jehova cuius voci auscultem dimittendo Israëlem?* non novi *Jehovam.* Exod. 5: 1, 2. *Exivit Jesus foras, ferens spineam coronam & purpureum illud pallium.* Et dicit eis, *Ecce homo.* Quum igitur viderent eum primi Sacerdotes & ministri, clamarent, dicentes: *Crucifige, Crucifige.* Joh. 19: 5, 6. 3. Ab externis & internis hostibus, carne, mundo, & Satana, eos tentari & seduci permittit. *Egressus ero Spiritus mendacii in ore omnium Prophatarum ejus: tum dixit Jehova, pellicies, etiam pra valebis, exi & fac ita.* 1 Reg. 22: 22. *Quum Diabolus jam injecisset in cor Iude, ut cum tra- deret.* Joh. 13: 2. 4. Antecedenter ad actum peccato substratum movet & excitat. 5. Quia & applicat ad certum objectum, circa quod in agendo versentur. *Constituit Rex Babel in compito, in capite duarum viarum, ad auspicandum: levigavit tela, interrogavit imagines, inspexit jecur. Dex- trum ei fuit auspicium Hierosolymam, ut poneret arietes, ad aperiendum foramen conquassatione, ad tollendam vocem cum barritu, ad ponendum arietes in portas, ad fundendum aggerem, ad edificandum turrim.* Ezech. 21: 21, 22. posito autem hoc actu substrato, protinus homo in peccatum commissionis incurrit.

LXIX. Etsi autem peccatum, quod à Deo permititur, non possit non fieri, non tamen ex ipsa Dei permissione peccatum consequitur; sed dun- taxat illud ad eam sequitur, & quidem solius creaturæ vitio. Nam 1. non concessio gratiæ respectu Dei mera duntaxat negatio est, citra violatio nem ullius obligationis: in homine autem non agere bonum officii derelictio est. 2. divina permissio nullam inducit necessitatem libertati adver- sam: non enim voluntas quasi optima appetens illubenter destituitur di- vino auxilio & fatali violentia in contraria cogitur: sed sua sponte homi- nes à recto tramite exorbitant.

Ex ipsa
tamen pec-
catum non
consequi-
tur.

Nec inde LXX. Nec rursus sequitur, qui auctor est permissionis peccati, illum auctorem esse peccati ipsius. Verum illum tantum permissione sua causam esse cur peccatum ab alio fiat. Non vero qui causa est cur peccatum ab alio fiat, eo causa est peccati, & modi istius vitiis, quo istud fit & patratur. Neque in eo proprie peccatum est, quod mala quis fieri velit; sed in eo tantum quod male quis aliquid vult. Qui priori modo vult peccatum, non vult istud propriè & per se, quatenus est peccatum, sed quatenus habet rationem boni: peccatum enim proprie non est situm in *τῷ* velle malum, sed in *τῷ* male velle ejus, quod à Deo vetitum est.

Qui tamen peccata di- eb: LXXI. Præter hanc permissionem Deus præterea peccata ordinat & dirigit. 1. peccato limites statuendo. Ita non permisit Labani, qui hostili animo Jacobum persequebatur, cum eo *sive bonum sive malum loqui*. Gen. 31: 23, 24. Et Esavum, licet fratri infensum, movit Deus, ut ei obviam factus, amplexaretur Jacobum, in collum ejus rueret, & eum desculparetur. Gen. 33: 4. *Sic ait Dominus de rege Assirie, non est ingressurus in civitatem hanc, neque jaculaturus huc sagittam; neque oppositus ei scutum &c.* Esai. 37: 33. 2. boni aliquid ex eo eliciendo: tum bonis per illud beneficiando. *Deus illud cogitavit in bonum.* Gen. 50: 20. tum malos castigando & puniendo. *Vae Assur, virga ira mea &c.* *At ipse non sic proponet sibi, & cor ipsius non sic cogitabit; sed profligare erit in corde ipsius & excindere gentes non paucas.* Es. 10: 5, 7. atque illud quidem præcipuum providentia divinæ opus est, quo ex malo bonum elicere novit.

Et efficacissimos o- perandi modis cir- ca ea ope- ratur: LXXII. Atque hinc patet, quo pacto efficacissimos circa peccatum operandi modos Scriptura Deo, salva ejus sanctitate, attribuat. 1. Nam quædam loca directè Deo peccati productionem adscribere videntur; quælia sunt: *Jehova edixit ei, maledic Davidi: finite eum ut maledicatis, quia edixit ei Jehova.* 2. Sam. 16: 10, 11. *Omnia trahat, parat, Deus propter se & prout cuique convenit, etiam improbum, ad diem mali.* Prov. 16: 4. 2. Sæpe actiones, ad quas peccatum necessario sequitur, Deo tribuuntur, ut indurandi, excæcandi &c. *Dic populo huic: Audite audiendo, & ne intelligatis; & videte videndo, & ne cognoscatis. impinguando im- pinguavit cor populi hujus, & aures ejus aggravando agravavit, & oculos ejus oblinendo oblevit: ne videat oculis suis, & auribus suis audiat, & cor ipsius intelligat, & convertatur, & sanot eum.* Es. 6: 9, 10. 3. Sæpe Deus quædam decrevisse dicitur ex quibus peccatum necessario sequitur; ut de Joscpho. *Misi me Deus ante vos vixtus causa, ut faciat vos superstites in hac*





bac terra. Cogitavit Deus illud in bonum. Gen. 45:5,7. 50:20. de Christo: Congregati sunt adversus Iesum, ut facerent quæcunque manus sua & consilium prius definivit ut fierent. Act. 4: 27, 28.

LXXXIII. Quæ tamen omnia congruenter divinæ sanctitati accipienda sunt, præcipue cum Deus obdurare & excœcare impios dicitur. Aggravavi cor Pharaonis, & cor servorum ejus. Exod. 10. 1. Obduravit Iehova Deus tuus spiritum Sichonis regis Chesbon, & obfirmavit animum ejus, ut traderet illum in manum tuam. Deut. 2: 30. quod quidem facit, non solum negativè, verum etiam potenter & justè: tum συγχωριῶς, permittendo ut homines oblata media nefariè contemnant; tum ἀποφασίας, non emolliendo; tum σερῆνας, gratiam suam, quæcunque fuerit, auferendo, postquam ea homines abusi sunt; tum καταφύλακας etiam, scotomate eos percutiendo, & Sathanæ ac concupiscentiis suis tradendo, aliisque pluribus modis inexplicabilibus agendo, quibus justæ excœcationis & indurationis judicium in contumaces exserit. Unde se ipsos porrò indurant abusu eorum, quibus maximè emolliri debebant. Aut divitias bonitatis ipsius & tolerantie ac longanimitatis contemnis: ignorans quod bonitas Dei ad resp̄ſcentiam te ducat: sed secundum duritiem tuam & cor resp̄ſcere nescium thesaurizes tibi iram, quæ erit in die iræ & revelationis justæ judgmentis Dei? Rom. 2: 4, 5. Quibus, pereuntibus, Dei verbum & ministri sunt odor mortis ad mortem. 2 Cor. 2: 15, 16.

LXXXIV. Atque huc etiam referri debet, quod Deus peccata peccatis punire dicitur; habita nimis. ratione antecedentium peccatorum, quæ sunt tanquam causa moralis, propter quam Deus aliquos deserit, & in sensum reprobum tradit: sicut aliis dat majorem gratiam propter bonum usum prioris gratiæ; quamquam & hoc non sine Dei gratiâ. Et quia talis providentia Dei circa malum habet rationem poenæ, ideo in Scripturâ Deus introducitur, non tantum ut peccata ordinans, sed ut ipse quoque illa producens: ex. gr. in Abimelecho & Sichemitis. Misit Deus spiritum malum inter Abimelechum & Sichemitas. Jud. 9: 23. Jeroboamo. Jeroboamum quoque excitavit Deus servum Solomonis; ita ut attolleret manum suam contra regem. 1 Reg. 11: 26. pseudoprophetis Achabi. Egressus ero spiritus mendacii in ore omnium prophetarum ejus: tum dixit, pellicies, etiam prævalebis, exi & fac ita. 2 Chron. 18: 21. & aliis impiis. Quare etiam tradidit eos Deus in cupiditatibus cordium suorum in impunitatem, ut se ignominia afficerent corpora ipsorum per se ipsa. Rom. 1: 24. Unde tales peccatores certo peccant, & in peccatis perseverant, donec per-

pereant. *Non auscultarunt voci patris sui, quia Dominus volebat eos morte afficere.* 1.Sam.2:25. Esai.6:9,10.

*Extrema
hic vitia-
da.* LXXV. Detestanda igitur & vitanda hic utrimque extrema: ab unâ parte Epicureorum & Pelagianorum, divinæ providentiae hominem subtrahentium, eumque independentem constituentium; ab alterâ parte Cerdonianorum & Marcionitarum, & post eos Manichaeorum, duos ponentium Deos, unum auctorem mali, alterum boni. Hoc autem cum nimis absurdum foret, alii mala & bona ab uno principio deduxerunt, omneque boni ac mali discrimen sustulerunt. Qualis fuit Florinus, Ecclesiæ Rom. Presbyter, Polycarpi cum Ireneo auditor; unde Fliriani, seu potius Floriniani, orti sunt, ut & Gnostici, qui & Borboriani, q. lutosi, dicti. Quorum fanatica dogmata superiori saeculo renovarunt Libertini, omnia ex libertate Christiana sibi licita afferentes, aut potius nullum malum in mundo esse statuentes, quia à Deo nullum malum provenire potest; ac proinde neminem puniendum esse, hoc enim in Deum ipsum redundare. Eodem modo ut olim Gnostici, *sola humana opinione aliqua bona & mala esse dicebant*: atque hi quidem omnes aut malum esse negant, aut Deum auctorem mali esse blasphemant. Ex adverso autem Colluthus, Alexandrina Ecclesiæ Presbyter, Deum mala nullo modo facere vel procurare docuit. Inde August. *Creat Deus mala, pœnas justissimas irrogando, quod Colluthus non videbat: non autem malas creando naturas & substantias, in quantum sunt natura & substantia, uti Florinus errabat.* Vide Amos. 3. 6. *An erit malum in civitate, & Je-
novah non fecerit?* conf. Thren. 3: 38.


*Deum
mali au-
torem esse
non nisi
blasphemè
dicitur.*

LXXVI. Non sine blasphemâ autem dicitur, Deum mali auctorem esse. Non enim Deus malitiam producit, nec illam homini infundit, sed resultant omnia mala ex corruptione nostrâ qua mali sumus. Et quamvis haec omnia non satis possimus intelligere & reconciliare, ut potentiam Dei cum libertate nostra circa bonum, ita sanctitatem ejus cum operatione ipsius circa malum; nihilominus juxta regulam certissimam, quando videmus ab unâ parte duo quæ clara & certa sunt, & ab altera parte non videmus quo pacto ea inter se consistere & conciliari possint, utrumque tamen firmiter credendum & tenendum est.

*quam bla-
sphemiam.
nobis per
calumni-
am impin-*

LXXVII. Detestanda ergo est calumnia, nobis impacta ab adversariis, quasi Deum auctorem peccati faceremus, vel id ex nostrâ doctrinâ de providentia Dei necessario sequeretur. Bellarm. & Pontif. illud nobis impingunt, tanquam re ipsâ ita sentientibus, quamvis verbo id profiteri non





non audeamus : cum ex adverso nonnulli Scholastici, velut Occam & ^{gunt ad-}
Gabriel, Medinâ teste, disertis verbis id professi sint. Eadem calumnia ^{versari:} *off. 1. 2. 1. 2. 3. 4.*
nos etiam petunt Sociniani & Lutherani. Deinde & Remonstrantes hoc
telum ab aliis temere missum in nos arripuerunt. Vide Episcop. Instit. I.

4. fect. 4. cap. 9. & 17.

LXXVIII. Maxima autem hoc pacto nobis fit injuria : contra publicas enim Ecclesiae nostrae confessiones, ex quibus doctrina ejus solum censeri debet, ex privatis quorundam Doctorum dictis hanc calumniam arripuerunt ; quæ tamen & ipsa ex universæ orationis nexu satis excusari, & fano sensu explicari possunt. Quod autem objiciunt, per consequentiam istud ex nostrâ doctrinâ sequi, cum nos illam non videamus, nec agnoscamus, nos eâ, tanquam si propriè dogma nostrum foret, gravandi non sumus : præsertim cum antecedens, ex quo illam eliciunt, non nostrum, sed ipsius S. Scripturæ sit, ex propriis ejus verbis plerunque conceptum ; cuius modi loquendi nimis efficaces sunt, quam ut per nudam & otiosam adversariorum permissionem explicari possint.

LXXIX. Nulla ergo hactenus causa est negandæ vel vellicandæ providentiae divinæ circa malum ; nisi forte quis scrupulum sibi supereresse censeat ex impari illa bonorum & malorum distributione , qua bonis plerunque malè & malis benè est. Unde illud Epicuri erotema, si Deus rum di-est, unde mala ? Quæ & Israëlitarum olim querela fuit, *viam Domini tributio- non esse rectam.* Ezech. 18: 25. atque hinc piorum etiam expostulatio-nes : *Quare improbi vivunt, durant, etiam excedunt opibus ? Semen ipso- rum firmum coram ipsis est cum ipsis &c.* Job. 21: 7, 8. & seqq. *At ego ! propemodum declinassent pedes mei ; tantum non effusi sunt gressus mei.* *Quum emularer insanos , prosperitatem improborum viderem.* Psal. 73: 2, 3. quibus occurritur. Psal. 37, 49, 73, 92.

LXXX. Cogitandum autem potius est, malum in nobis cubare, & solvitur. *nostras vias non esse rectas,* Ezech. 18. cui succinit aurea Hoseæ gnome, cap. 14: 10. *Recte sunt viæ Domini, & justi ambulant in eis, sed defectores offendunt in eis.* Cumque consilia Dei nobis plerunque occulta sint, & tantum externa ejus opera videamus, modestiam nostram decet, non temere de iis judicare, sed à partibus Dei stare, quippe cuius cogitationes non sunt sicut cogitationes nostra. Es. 55: 8. Neque enim ex externis operibus, saepè inter se contrariis & adversis, sine errore ea dijudicari possunt : regit enim etiam illa Deus, sed invisiibili plerunque manu. Nos autem stultè nim. illico rerum exitum videre cupimus, & talem quidem quamam

animo concepimus (quod non est velle videre gubernationem Dei, sed propriam nostri cerebri) nec ejus providentiae debitas moras concedimus, quo se se explicare possit: atque præterea eam plerunque consideramus tantum in partibus suis, non autem eam universam oculis nostris objicimus, in omnium rerum ac seculorum ordine ac nexus, usque ad ultimos ejus exitus.

*ff. 32. 24. ff. 33. ad cavil-
tationes
contra vi-
as Dei*


*repondo-
tur in ge-
nere.*

LXXXI. Tria autem præcipue objiciunt qui vias Dei calumniantur.
1. quod mali non puniantur, iisque benè sit. 2. quod bonis male sit. 3. quod insontes cum fontibus iisdem poenis involvantur. *Educam gla-
dium meum ex vagina sua, & excindam ex medio tui justum & injustum.* Ezech. 21: 3. Imo liberatis fontibus soli sæpe plectantur: ut videre est in liberis Saulis, 2. Sam. 21. in subiectis Davidis, 2. Sam. 24. in filio & posteris Salomonis, 1. Reg. 11: 11, 12. in filiis Achabi, 1. Reg. 21: 22.

LXXXII. Ad quæ respondemus primò in genere, 1. quod hæ difficultates magis spectent fideles Vet. T. quibus externis illis bonis, tanquam cælestis felicitatis pignori, incumbendum fuit; minus autem Christianos N. T. quibus in adversis etiam gloriari licet. 2. Præterea quoniam in hac rerum caligine plerumque nescimus, quinam verè pii vel impii sint, & quæ verè mala vel bona dicenda sint, in magno sæpe errore verfamur, dum hypocrisim aliquando pro verâ pietate accipimus, & ea mala ac adversa putamus, quæ eventu bona ac salutaria deprehendimus. 3. Neque tamen usque adeo confusa hic sunt omnia, ut non manifestum discrimen bonorum & malorum, Mundi & Ecclesiæ, Civitatis Dei ac Diaboli, & diversa ipsorum fors ac ratio etiam in mundo ipso conspi- ciatur.

*in specie ad
difficul-
tem quam
moveant
primam.*

LXXXIII. In specie autem ad singula respondemus. ad 1. Resp. 1. Differri sæpe impiorum poenas, non auferri, eosque interim in hoc mundo tanquam in laxiori custodia à Deo contineri, ubi eos non nihil se oble- Etare & lascivire permittit: expectandum vero esse donec maturuerit di- vina vindicta, & extremum hujus comediae actum spectandum esse. 2. Neque tamen eos divinam manum prorsus effugere, et si diu videantur floruisse; cuius rei exempla in Pharaone, Saule, Antiocho M. cæteros autem suorum scelerum conscientia cruciari, & à domestico tortore velut equuleo impositos, tantum non mille mortes perpeti: sicuti rei non so- lum puniuntur, cum in ferali peggiate ad ultimum supplicium producun- tur, sed & dudum ante in carcere & equuleo. 3. Ut impiorum fucata ista & inania, quibus se oblectant, bona invidenda non sint, quæ Deus ius dilar- gitur



Dijes

~ alio teatocorto et sic recte quis alio teatocorto est, si pote
in alio vult portacionis. Higitus factum in illis artibus, pote in
illis est, non in naturali formis, tunc est, ut etiam velutib[us] factis
alio teatocorto solitariae multorum, quae in abstractis teatocortis ne
alio teatocortis habent, sed in aliis formis, quae in aliis sicut
alio teatocortis habent, etiam in aliis, et alio teatocortis factis con-

gitur qui majoribus indigni sunt, uti popinæ, non militiæ præfectura iis mandatur qui degeneres & ignavi sunt.

LXXXIV. Ad 2. resp. quæ piis immitti videntur mala, reverâ mala *Ad securam* non esse, dum in ipsa afflictione experientiam habent amoris Dei, & *dam.* cum lacrymis seminarantes æterni gaudii fementem sibi parant. *Qui seminant cum lacrimis, cum jubilo metent.* Ps. 126: 5. 2. varios autem Deus fines habet, cur piis temporales quafdam afflictiones immittere soleat. Facit enim hoc, cum propter seipsum & suam gloriam, quæ piorum patientia & triumpho elucescit. Job. c. 1. & 2. 1 Pet. 4: 14. *Si probris afficiamini in nomine Christi, beati estis: quoniam ille glorie & ille Dei Spiritus super vos requiescit: qui quod ad illos quidem attinet, blasphematur, quod ad vos autem, glorificatur;* tum propter impios, quos tam insigni virtute confundere & ad meliorem frugem vocare vult; tum præsertim propter ipsos pios, quibus adversa quæ patiuntur fidei & omnigenæ virtutis sunt exercitia: & ad doxapagiam & explorationem cedunt, quo Sp. S. in ipsis inhabitantis vis & potentia manifesta fiat; tandem etiam eo honoris Dominus eos non-nunquam provehit, ut eos testes faciat nominis sui, idque in cruce glorificant, & per mundum ferant.

LXXXV. Ad 3. difficultatem considerandum est, 1. punire quidem *Ad tertiam* Deum nonnunquam aliquos occasione peccati alterius, cuius ipsi rei non *am.* sunt, verum eos aliorum peccatorum coram Deo reos teneri, quæ Deus ea occasione querit & vindicat. Sicut pater liberorum suorum peccata diu tolerans, ea sæpe in omnibus simul punit, ubi unus eorum gravius deliquerit. Atque ita intelligendus locus Ezech. 21: 3. *Exscindam ex medio tui justum & injustum.* 2. quod autem fontes ipsi penæ eximantur, eorumque loco infantes posteri plectantur, ejus rei nullum videtur exemplum extare. Quod enim Saulis, Salomonis, Achabi &c. liberos attinet; neque illi infantes fuere, neque etiam ipsorum parentes divinam manum effugere. 3. tantum vero abest, ut infantes Deus puniat fontibus exceptis, ut propter infantes & pios sæpe ipsis impiis parcat, Gen. 18. & 19. 4. Denique ubi in impios vindicaturus est Deus, peculiarem tamen curam piorum gerit, & hæc quatuor fere solet facere; vel monere pios, qui inter eos agunt, ut mature exeant, Jer. 51. Apoc. 18. vel medium servandi eos ipsis ostendere, ut Nôachio; vel per Angelos ipsos eripere, ut Lothum; vel etiam gratiam ipsis largiri in oculis adversariorum, sicut Jeremiæ coram Babyloniiis, Jer. 40.

LXXXVI. Ita ergo appetit justa providentia divinæ ratio; quæ etiam *Justa ergo* *dum providen-*

*sicut ratio est
in regimine mundi* dum integros populos punit, miram temporum & locorum harmoniam ac proportionem observare solet. Ita & singulari gratia & misericordia judicia ejus temperata sunt, ut longe desiderabiliores sint calamitates per manus Dei immisæ, quam per homines. *Incidamus queso in manum Jehovæ, nam magnæ sunt miserationes ejus, in manum autem hominis ne cadam.* 2 Sam. 24: 14.

LXXXVII. Iisdem etiam legibus, eademque æqualitate genus humnanum adhuc gubernat Deus, non obstantibus tam magnis confusionebus: manet enim adhuc ordo naturæ in generatione, & rerum productarum distinctione, sine qua Ecclesia propagari non posset; ita secunditas terræ aut animantibus nondum denegata est; & fœdus cum Noacho iustum sanctè adhuc conservatur.

Ecclesiæ. LXXXVIII. Neque etiam Ecclesiam est quod suæ fortis adhuc pudeat: illustrata adhuc est Euangeli luce; educta est ex Babylone, & sub piis Regibus ac Magistris adhuc liberum spiritum trahit: certaminibus exercita non fuccubuit, sed ea veritatem magis illustrarunt: & nunquam illustrius de erroribus triumphavit Euangelium, quam hoc nostro tempore: æstus persecutionum sæpe inhibiti sunt, & multi adversariorum Dei gratia conversi. Tuetur etiam Deus plerisque in locis ordinem politicum, & pacis ac belli vicissitudinem concedit. Benedicit & Deus ordini œconomico; manet apud multos ordo legitimæ propagationis & educationis sobolis sanctæ. Sunt & Academæ & Scholæ inferiores, in qua Deo grata & humano generi salutaria docentur, ut & hodie suscitetur Deus de filiis nostris prophetas, & de juvenibus nostris Naziræos. Estque adeo, licet cum magnis angustiis plurimi in locis luctetur Ecclesia, causa tamen magna Deo gratias agendi pro tantis beneficiis.

LXXXIX. Atque hinc inexhausta fluit consolationis & fiduciæ scaturigo, cum omnia providentia divinæ subjacere deprehendimus, ita ut omnium hominum vita, molimina, omnium creaturarum motus, impetus, omnesque rerum occasionses & occursus in ipsius potestate sint. Unde præteritis creaturis in solo Deo recumbere oportet; quæ regia ad animi tranquillitatem & pacem via est: quando providentia Dei innixi omne onus in Jehovah rejecimus, & in omnibus perplexitatibus nostris illud Abrahami usurpamus: *Jehova providebit.* Gen. 22: 8, 13.

Providentia divina XC. Perversè autem abutuntur divinâ providentiâ, qui eam securitati suæ carnali, vel temeritati obtendunt: qui enim caufas secundas negligit, Deum tentat, inquirens, an Deus etiam se sine mediis conservaturum sit.









fit. Similiter etiam in eam peccant, qui creaturis confidunt; quas quidem diligere & honorare debemus, cum Deus illas veluti in aliquam operis sui partem assumere non deditur; in Deo vero solo confidere, eiisque inniti & licet & necesse est, utendo in omnibus aurea illa S. Jacobi gnome, Cap. 4: 15. *Si Dominus voluerit & vivamus, faciemus hoc aut illud.* Ut ita providentiam Dei nobis propitiari reddamus, operumque ejus æquique contemplatores & veneratores simus.



L O C U S S E P T I M U S
De A N G E L I S.
C A P U T X L V.

De Angelis in genere.

I.



Bsolutis operibus Dei, cum internis, tum externis, cum creaturis eo spectantibus, peculiaris est theoria creaturarum intelligentium; circa quas peculiaris est Dei *אֱלֹהִים*, & regimen, & operationes, ex singulari cum ipsis foedere profuentes. Sunt autem illæ vel angeli, vel homines. Et de angelis quidem, præmissis eorum nominibus, primo in genere, deinde in specie videbimus.

*Providen-
tia Dei
peculiaris
circa crea-
turas in-
telligen-
tes,
angelos
& homi-
nes.*

*ANGE-
LORUM
nomina
appellati-
ua,*

II. Duo sunt eorum præcipua nomina in Scripturis, *רוחן Spir-
itus, & יתחן מלאכין Angelis*. Faciens *מֶלֶךְ angelos suos Spiritus.* Psal. 104:4. prius naturæ, posterius officii, nomen est; notatque in gene-
re eum, qui alterius nomine quicquam dicit vel facit; quo respectu & Fi-
lio & Spiritui S. tribuitur. *Duo illi Angelii venerunt Sodomam vespere.* Gen. 19: 1. Quales autem hi Angelii fuerint, ex prædicatis postea cognoscitur. Jacobus benedictionem petit ab Angelo quem appellat *Angelum assertorem*, Gen. 48: 16. qui est *Angelus Dei incedens ante castra Israëlitarum*, Exod. 14: 19. *in cuius medio est nomen Dei*, Exod. 23: 20, 21. quique est *מֶלֶךְ הַבָּרִית Angelus fæderis*, Mal. 3: 1. & *מֶלֶךְ בְּנֵי Angelus faciei Dei*. Esai. 63: 9. Tribuitur ipsis quoque hominibus: *Dixit Haggai מֶלֶךְ בְּנֵי legatus Iehova in legatione Iehova.* Hagg. 1: 13. Sacerdos *angelus Iehova* Dei exercituum est. Mal. 2: 7. *Ecce ego mitto Angelum meum, ut vacuam faciat viam ante me*, c. 3: 1. *Septem stellæ sunt Angelii septem Ecclesiarum.* Apoc. 1: 20. Atque hoc in Græcâ versione & N. T. præcipue frequentatum, ubi & nomen *Archangeli* occurrit. *Domini veniet cum voce Archangeli.* 1. Theff. 4: 16. *Michaël Archangelus cum Diabolo disceptans colloquebatur de corpore Mosis.* Jud. v. 9.

III. Appellantur & *Cherubim*, à figura symbolica in templo super arcam posita. vide Ezech. 1. & 10. *Deus fecit habitare ab ortu horti Eden Cherubinos - ad custodiendam viam arboris vite.* Gen. 3: 24. *Seraphim,* Esai.





Esaï. 6:2,6. ab iræ divinæ æstu & incendio , cuius vindices ista in visione adstabant. conf. 2 Reg. 2:11. & 6: 17. ubi Elisæus vidit currus equosque igneos. *Et quoad angelos quidem dicit :* (Psal. 104:4.) *Qui facit angelos suos ventos, & ministros suos ignis flamمام.* Hebr. 1: 7. *Elohim,* à potentia. *Et fecisti eum inferiorem paullum* בְּאַלְפִיָּה *infra Deum,* Psal.8:6. confer Hebr. 2: 7. *Minorem cum fecisti paulisper* παγ' ἀντίτετες *Angelis.* *Filiū Dei,* cuius tanquam nobilissimæ creaturæ præcipuum imaginem gerunt. *Et fuit dies, & venerunt filii Dei, ut adfisterent apud Dominum;* & venit etiam *Adversarius inter ipsos.* Iob. 1:6. & 2:1. Ubi eras, quum clangerent omnes *Filiū Dei?* c.38:7. *Stella matutina.* Ubi eras, quum jubilarerunt una stelle matutina. Iob. 38:7. confer Luc. 10:18. *Vidi Satanam instar fulguris ex cælo cadentem.* Quo male refertur locus Esaï. 14:12. *Quomodo de cælo decidisti, ô Lucifer, fili auroræ, in terram incisus es?* unde per errorem vulgare Luciferi nomen ipsis tributum, quod Christo potius debetur. *Ego sum radix & genus Davidis, sidus splendidum & matutinum.* Apoc. 22:16. Benè facitis quod propheticō sermoni attenditis, tanquam lucerna lucenti in squalido loco, donec dies eluiscat & phosphorus extoriatur in cordibus vestris. 2 Petr. 1: 19. *Vigiles,* à sedulitate in obeunda cœlesti legatione & mandatis. *Ecce vigil & sanctus de cælo descendebat.* Dan.4:13. *In decisione Vt, ilum est verbum, & in dicto Sanctorum rogatio.* ibid.v.17. modo hæc angelis ministratoriis convenient.

IV. Ac præter hæc nomina appellativa duo in S.S. litteris extant non propria. mina eorum propria, *Gabriel,* Dan.8:16. & 9:21. *Luc. 1:26.* quod notat fortitudinem Dei ; & *Michaël,* Dan.10:13.& 12:1. Jud.v.9. Apoc.12:7. quod dicit, *quis sicut Deus?*

V. Nomine *Michaël* non angelum creatum, sed ipsum Christum ex- *Michaël* primi, plurimi inter Theologos consentiunt, utpote qui *Princeps populi non angelus Dei,* Dan.10:21. *Princeps ille magnus, qui stat pro filiis populi Iudaici c.12:* *luc creatus, sed 1.& Princeps principum,* c.8:25. dicitur. atque item Jud.v.9. (*At Michael Christus.* *Archangelus, quando cum Diabolo disceptans colloquiebatur de corpore Mosis, non sustinuit judicium inferre blasphemie, sed dixit: increpet te Dominus.*) ea ipsi tribuuntur, quæ Zach.3:2. (*Dixit Jehovah ad Satanam: increpet Jehovah te, Satanas, &c.*) foli Jehovah adscribuntur.

VI. Existentiam angelorum sola ratio neque à priori, neque à poste- *Angelos riori demonstrativè docet. Natura enim eorum necessaria non est;* & *esse non tam demonstrari, quicunque eorum deprehenduntur effectus, aliis causis transcribi pos-* fuit, *Probabilia tamen argumenta duci possunt ab oraculis apud gentes rati,* editis;

editis:modo illa edita sint; & ab apparitione spectrorum:ubi citra fraudem illud sit; præcipue autem ab energumenis , linguâ sibi ignota sæpe blasphemâ loquentibus, quæ cum à Deo proficisci non possint , nec in homines illos convenient, malos genios auctores produnt. Qui si existant, etiam bonos existere non improbabile est, cum ipsis faltem ab initio boni esse debuerint.

quam S. Scriptura. VII. Verum S. S. literæ , atque perpetua Ecclesiæ historia, quæ eorum apparitiones, alloquia, atque opem ipsam sæpe experta est , tales Spiritus existere indubiam fidem faciunt.

Cur Moses eorum in creatione non meminerit? VIII. Quod autem Moses eorum in creatione non meminerit, factum videtur, quod ipsis potissimum propositum fuerit populi Dei annales texere, repetito à primis ejus incunabilis atque ipso mundi ortu initio. Unde mundi conditi historiam paucis tantummodo perstringit , & mundum hunc aspectabilem , in quo collocandus foret homo , delineasse contentus, mox ad hominem mundi colonum pergit, atque inde universa porro Ecclesiæ fata ducit. Unde quæ de Angelis postea narrat , eorum opera erga fideles & Ecclesiam sunt; ut isto respectu solum eorum mentionem faciat. Quanquam in ipsa creationis historia non obscurè eorum meminerit , sub nomine *exercitum cœlestium*. Et *absoluta sunt cœlum & terra & omnis exercitus illorum*. Gen.2:1. conf. 1 Reg.22:19. *Vidi Jehovam insidentem solio suo , & totum exercitum cœli adstantem ei , à dextra ejus & à sinistra*. Luc. 2:13. *Et repente adfuit cum Angelo multitudo exercitus opavis exercitum cœlestium laudantium Deum*. Unde & generalibus verbis *cœli & terra* comprehendi quibusdam videntur, Gen.1:1. Apertius autem eos mox à creatione inducit, Gen.3:24 sub nomine *Cherubim*, sub quo Judæis noti erant.

Sadducei angelos esse negant. IX. Inexcusabilis ergo Sadducæorum fuit error, qui Mosem amplectebantur,& omnem tamen Spiritum negabant, Angelos nempe & animam hominis. *Sadducei dicunt , neque Angelum , neque Spiritum esse*. Act. 23:8. Cum autem in libris Mosis, & universâ Scripturâ, quam non plane rejiciebant, crebra angelorum fiat mentio ; non improbabile est, eos credidisse, angelos quidem aliquando extitisse,& mortalibus visos ; verum eos ad istud solum tempus , atque ad istud negotium , ad quod Deus eorum ministerio uti vellet , à Deo creatos, legatione gesta cum corporibus suis rursus evanuisse.

David Georgius X. Sadducæorum impietatem interpolavit superiori sæculo David Georgius, impurissimus hæresiarcha, confundens angelos cum mentis huma-





humanae cogitationibus atque inspirationibus, vel bonis, vel malis. Scriptura autem de iis ut de personis loquitur, atque ipsos Angelos, Nuncios, Ministros, Custodes, Vigiles appellat; atque illa quae personis sunt propria, intellectum, voluntatem, desiderium, potentiam, operationes varias, præmia item & peccatas attribuit; denique nos ipsos in celo *in uerbi alijs* Angelis fore similes docet. Matth. 22: 30. Luc. 20: 36. ut animi quidam motus plane esse non possint.

XI. Sunt autem substantiae spirituales, sive intellectuales, quarum essentia in cogitatione consistit. *Et exivit ἐν τῷ spiritus, ἔστερις coram sunt spiritu Domini.* 1 Reg. 22: 21. *Faciens angelos suos ἐν τῷ spiritus.* Psal. 104: 4. *Ejecti nō ab alijs spiritus verbo.* Matth. 8: 16. Ut male veterum non nulli ac Scholastici quidam, cum Judæis, eos materiales & corporeos tradiderint, quin & voluptates ac peccatas corporeas iis attribuerint; qui etiam Socini ac Vorstii error fuit. Unde quoque per se esse immortales sunt, quanquam extrinsecus à Deo annihilari possint. Vide Luc. 20: 36. *Non enim mori amplius possunt, sunt enim angelis similes.* Suntque præstantissimæ atque eminentissimæ ac supremi ordinis creaturæ. 2 Sam. 16: 14: 17. *Si linguis hominum loquar ἢ angelorum ἢ ceteris qui sunt viribus ἢ potentia maiores, non ferant adversus eas apud Dominum maledictionis judicium.*

2 Petr. 2: 11.

XII. Quamvis autem sint incorporei, finitæ tamen naturæ esse non finiti, desinunt; cum definitam essentiam habeant, nec omnes omnino perfectiones possideant.

XIII. Et pari modo, licet compositio materialis in eos non cadat, non *nec ab soluta-* tamen absolutâ & summâ simplicitate gaudent; cum in iis distinguantur *in simili-* genus & differentia, potentia & actus, essentia & existentia, subjectum *ces.* denique & accidentia.

XIV. Consideranda autem in angelis sunt præcipue attributa eorum; *Angelo-* cum absoluta, quæ sunt intellectus sive cognitio, voluntas & potentia; *rum attri-* buta. cum relativa, seu adjuncta.

XV. Cognitionem eorum quod attinet, principium ejus est substan- *Cognitio* tia angelii, quæ cum in cogitatione consistat, ab intellectu eorum non ni- *angelorum.* si ratione distinguitur.

XVI. Modus intelligendi eorum perfectior est quam noster, cum à *perfector.* corporibus sint separati, & nullas sensuum imagines ac impressiones pati- *nostri,* antur; unde ipsis mentis actiones magis fixæ ac constantes sunt, ac cogi- tationum

tationum fearum sunt domini , atque ideas longe clariores ac distinctiores habent , & ab erroribus facilius cavere sibi possunt quam nos.

*Quotuplex
ea sit?*

XVII. Non cognoscunt autem res per suam essentiam , cum ea rerum omnium nec imago, nec causa sit. Neque vident omnia in essentia Dei , tanquam in speculo ; cum Deus sit agens voluntarium, adeoque operaciones ac decreta ejus ex solâ essentiâ ejus consideratione pvideri non possint. Sed quæcunque intelligunt , ea per certas species & formas ac ideas , sive insitas, sive à Deo revelatas , sive denique ex rebus ipsis creatis haustas percipiunt. Ut omnis eorum cognitione sit triplex; *naturalis* sive concreata : *Diabolus homicida erat ab initio* , & in veritate non stetit , quia non est veritas in ipso. Joh. 8: 44. *revelata* , Dan. 8. & 9. Apoc. 1: 1. significavit (J. Christus) mittens per angelum suum servo suo Johanni ; & experimentalis. Ut notificetur nunc principatibus & potestatibus, qui in super-celestibus sunt , per Ecclesiam , sapientia Dei , quæ plurimam varietatem habet. Eph. 3: 10. *Gaudium erit in cœlo super uno peccatore resipiscente* , magis quam super nonaginta justis , quibus non opus est resipiscencia. Luc. 15: 7. Vana autem & inepta est Scholasticorum distinctio in cognitionem Angelorum matutinam & vespertinam.

*An angeli
omnia
simplici
intuitu in
telligant?*

XVIII. Quæri solet, an simplici intuitu omnia intelligent? ad quod resp. plurimas veritates , quas nos discurrendo cognoscimus, eos quidem simplici aspectu pvidere ; plurimas autem etiam veritates non nisi meditando & ratiocinando perscrutari. In qua cupiunt angelii ~~ad gaudiū~~ intrifpicere. 1 Pet. 1: 12. Quamvis illa ratiocinatio sit celerrima & perniciosa.

*Cogno-
scunt an
geli
Deum,
se ipsis.
alias res
spirituales.*

XIX. Objecta cognitionis Angelicæ quod attinet, ea sunt res, cum spirituales , tum corporales.

XX. In priori genere cognoscunt Deum , per speciem intelligibilem , seu ideam ejus ipsis connatam , sed quæ longe clarius ac pulchrius radiat quam ea quam nos habemus. Qui cernimus nunc per speculum & per enigma , & ex parte cognoscimus. 1 Cor. 13: 12. & se ipsos , cum per essentiam suam, cuius sibi intimè consciâ sunt , tum etiam per ideam & imaginem ejus, quam in se deprehendunt : denique & alias res spirituales , sive angelos, sive mentes humanas , quarum formas ac ideas, seu species intelligibles habent ; eodem fere modo ut intellectus noster.

*(De collo-
guo Ange-
lorum in-
ter se,*

XXI. Certum etiam est , angelos sibi mutuo irradiare , ac cogitationes suas aliis angelis insinuare , iisque veluti colloqui posse. Unde & lignarum angelorum mentio fit 1 Cor. 13: 1. Quomodo autem istud per agatur.





agatur, sola conjectura intelligere licet. Angeli enim cum corporibus careant, per certos motus & signa conceptus suos aliis revelare non possunt: cumque in iis solum sit intellectus & voluntas, intellectus autem officium sit res objectas percipere, isque fere passim se habeat; per solam voluntatem, qua videlicet unus angelus cogitationes suas alteri cognitas esse vult, hoc omne videtur peragi. Unde statuendum videtur, certum à Deo institutum esse nexus inter voluntatem unius angeli, & perceptionem alterius; ut quandocumque unus angelus cogitationes suas alteri vult esse cognitas, eo ipso illæ alii angelo reverentur. Quanquam concipi etiam potest, spiritus sibi invicem loqui, alligando conceptus suos certis signis exterioribus, de quibus convernentur. Cum vero hæc omnia à positiva Dei voluntate pendeant, nihil certi de iis statui potest.

XXII. Hominem quod attinet, colloctio ejus cum angelo talis est. *& cum se non potest, qualis unius angeli est cum altero; quia homo speciem intel-*
ligibilem nec angelo imprimere, nec ab eo rursus accipere potest, cum inter
angelos & hominem tale commercium ac nexus non sit, qualis inter vo-
tatem & intellectum duorum angelorum. Loqui ergo homini videtur
angelus, vel agitando & figurando aërem ad eum modum, quo oportet
ut verba in eo effingantur; vel glandulæ nostræ, sive cerebro talem mo-
tum, qualem à nervis extrinsecus motis pateretur, ac veluti imaginem ejus
rei, quam nobis offerre vult, imprimendo.

XXIII. Cognoscunt etiam *res corporeas*, pariter per species ac formas *& res cor-*
earum; ipsis vel connatas, sicut in genere substantiæ alicujus corporeæ ide-
am in se se deprehendunt; vel à corporibus acceptas, quomodo res singu-
lares percipiunt; idque ex positiva quadam Dei lege, ac veluti nexus, quem
Deus instituit inter intellectum angelorum & res materiales, circa quas
operaturi sunt; juxta quem, licet sensibus careant, certo modo ab iis affi-
ci possunt: quamvis nexus illum in specie explicare non possimus, quia
angeli non sumus. Ex comparatione autem singularium universalia, com-
munesque rerum omnium conceptus & naturas facile intelligunt.

XXIV. *Mysteria salutis* non norunt nisi per revelationes, vel ipsis, vel ec-
clesiæ, cuius curam gerunt, factas: *Sunt enim omnes ministratorii spiritus, misse ad ministerium propter eos, qui salutem hereditate accipient.* Heb.1:14.
vel ipso denique eventu comprobatas. *Ut notificetur nunc principatis &*
potestatis, qui in superœlestibus sunt, per Ecclesiam, sapientia Dei πολυ-
τεχνια. Eph.3:10. Magnum est pietatis mysterium: Deus -- visus est an-
gelis. 1 Tim.3:16. qui etiam cupiunt ὁρατούσαι in mysteria Dei. 1 Pet.
1:12.

*de futura contingentia non aliter noverunt; quanquam
conjecturis & longo usu in iis pervidendis & perimandis multum pol-
leant. Adducant & indicent nobis ea quae eventura sunt: priora, qua sunt
illæ? indicate, & advertemus animum, & cognoscemus exitum illorum;
aut ea, quæ veniunt, facite nos audire. Esai. 41: 22. De die illo & hora
nemo novit, neque Angeli cælorum. Matth. 24: 36.*

Voluntas angelica. XXVI. Intellectum angelorum comitatur eorum voluntas: quæ liber-
rima est, & perfectior quam in homine, cum passionibus & motibus cor-
poreis non turbentur, nec à destinato tramite avertantur; ita ut cum per-
ceptio eorum magis constans & fixa sit, facilius cavere possint ne fallantur.

XXVII. Distincta autem in ipsis certo modo concipiuntur, cum essen-
tia eorum, quæ voluntatis quasi principium est; tum voluntas, instar
facultatis ac potentiarum concepta, habitibus ac virtutibus suis adjuta, ut ca-
ritate, justitia, &c. tum denique ipse volendi actus, qui multiplex & varius
est, & fere instar modi à voluntate ipsa differt.

Angeli passionum experientia. XXVIII. Cum autem nullus sit in ipsis motus corporeus, passiones
atque affectus propriæ non habent. Unde nec doloris, nec gaudii, nec
amoris capaces sunt, nec animi motus, nisi plane intellectuales experien-
tur; quo sensu illi ipsis tribuuntur. In que ἵπηρον cupiunt angeli in-
spicere. 1 P. t. 1: 12. Charitas nunquam excidit. 1 Cor. 13: 8. Gaudi-
um erit in cælo super uno peccatore respisscente. Luc. 15: 7. Diliges Dominum
Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione
tua. Matth. 22: 37. Benedicte Domino angelus ejus, præpotentes robore, fa-
cientes verbum ejus, ut audiatis vocem verbi ejus. Psal. 103: 20.

Voluntas angelica objecta. XXIX. Objectum voluntatis angelicæ tam late patet quam obje-
ctum intellectus ipsorum. Atque ita amant Deum, sese ippos, alios ange-
los, & reliquos creaturas, servato singulis ordine ac modo suo.

Potentia angelica. XXX. Potentia quoque ipsorum permagna est. Unde dicuntur θεοί. θεοί.
præpotentes robore. Psal. 103: 20. ἀρχαρχοὶ ἀρχαι κυριοκράτορες τοῖς
θεοῖς τέτες principatus & potestates, & qui per totum mundum pote-
statem tenebrarum hujus seculi obtinent. Eph. 6: 12. Angeli potentia
Domini. 2. Thess. 1: 7. Quod ingentia & stupenda opera ab ipsis patra-
t. in Scripturā docent; qualia sunt una nocte trucidare omnes primogeni-
tos Ægyptiorum. Exod. 12: 29. & in exercitu Assyriorum perdere cen-
tum & octoginta quinque hominum millia. 2 Reg. 19: 35. ita Johannes
angelo tribuit motum extraordinarium stagni, quod cognominabatur
Bethesda, c. 5: 4. Angelus quoque Domini nocte aperit fores carceris &
edu-

edicit Apostolos. Vide Act. 5: 19. & 12: 7.

XXXI. Negari enim non potest, ipsis facultatem esse movendi corpus, cui se se conjungunt; quod menti nostræ etiam concessum videmus. Non quod novum motum, solo iussu ac imperio suo, producendi potentiam habeant, cum enim ille realitatem aliquam contineat, illa quædam creatio foret. Verum supposito, quod eadem motus quantitas in mundo semper maneat, possunt motum à Deo conservatum, varie determinare, ut anima nostra illum in corpore suo ac membris determinat: atque ita etiam angelis materiam, quantam voluit, subjecit Deus, istumque rerum nexum fecit, ut ad eorum voluntatem & imperium, illa quoquo-versum celerrime atque admirando saepe modo moveretur. Atque hoc pacto corpus aliquod, cui se conjunxerunt, celerrime & longissime trans-ferre possunt, determinando cursum subtilis materiæ, quæ corpus illud ambit ac incingit.

XXXII. Cumque intimam cujusquam materiæ molem, & particula-rum figuram, situm, motum & ordinem pervideant, & quo quidque modo ab alio pati & moveri possit intelligent, atque ipsi ea varie movere & cire possint, hinc miranda opera producere, ac sensus nostros, cum externos, tum internos varie afficere ac commovere possunt. Hinc vel ipsa objecta sensibus exhibere (*Sustulit Abraham oculos suos, & vidit, & ecce tres viri stabant juxta ipsum.* Gen. 18: 2. *Fecit Deus habitare ab ortu horti Eden Cherubinos & flammarum gladii ancipitis, ad custodiendam viam arboris vita.* Gen. 3: 24. *Quum autem videret asina illa angelum Iehova stantem in via illa & gladium ejus eductum in manu ejus, declinavit asina ab illa via ut iret in agrum.* Num. 22: 23.) vel etiam fallaci specie sensuum organa pulsare, ac tali motu eos impellere possunt, qualis requiri-tur ad has vel illas cogitationes & perceptiones ipsis suggestandas, vel qua-liter ab ipsis objectis externis anima nostra moveri & affici solet. Idemque in sensibus internis valent.

XXXIII. Similiter quanquam diversarum rerum species & phanta-mata animo objicere possunt, & variarum cogitationum occasiones sugge-re; immediate tamen menti nostræ illabi ac voluntatem nostram incli-nare non possunt. Cum solius Dei sit mentem nostram potenter collustrare, & voluntatem quo vult inflectere ac ducere. *Quicquid er-go sive boni sive mali genii hic possunt, mediate solium perphantasiam, cui potentissimas illecebras objiciunt, & spirituum in cerebro motum, quem ad has vel illas cogitationes in nobis formandas producunt, peragunt;* quod

in vatibus Gentilium ac obsecris patet. Attamen omnis ipsorum in hoc generere potestas voluntati ac imperio Dei subjacet: *Benedicite Dominō angelī ejus, præpotentes robore, facientes verbum ejus, ut audiatis vocem verbi ejus.* Psal. 103: 20. *An putas me non posse nunc precari Patrem meum, qui huc sicut at mibi plures quam duodecim legiones angelorum?* Matth. 26: 53. *Dixit Dominus Adversario: Ecce, -- quicquid ejus est, in manu tua sit, tantum in ipsum ne mittas manum tuam.* Job. 1: 12. *Et dixit Dominus ad Satanam: Ecce ipse est in manu tua. Taniū animam ejus serva.* c. 2: 6. *Demones verò precabantur eum, dicentes, si ejicis nos, permittē nobis abire in gregem porcorum illorum.* Matth. 8: 31.

XXXIV. Præter hæc absoluta Angelorum attributa, consideranda sunt attributa eorum relativa, videlicet eorum *quando, ubi, motus.*

Eorum quando. **XXXV.** *Quando* Angelorum ævum dici solet Scholasticis. Malè autem duratio illorum indivisibilis ipsis est, ac successione carens: cum angelorum essentia continuo reproduci ac de novo quasi creari opus habeat, æquè ut & reliquæ creaturæ; adeoque illi continuationem & durationis suæ extensionem quotidie acquirant.

Vbi. **XXXVI.** *Vbi* angelis proprie non convenit, cum in loco esse attributum sit rei extensæ, & locus ipse, sive internus, sive externus, à corpore non differat, & vel ipsum spatiū dicat, quod corpus occupat, vel situm ejus inter alia corpora; quæ angelo, cujus natura in cogitatione consistit, non conveniunt.

XXXVII. Angelus ergo per se in loco nullo modo, est nec circumscriptivè, neque etiam definitive. In loco verò esse dicitur, ubi operatur ad extra circa corpus aliquod, cui sese jungit; respectu cuius corporis, quod inter alia corpora situm est, pariter locum suum fortitur, cum illi ista ratione conjunctus sit, non autem aliis.

Motus. **XXXVIII.** Ita etiam locus angeli non est determinatus quoad magnitudinem; cum hoc solum constet, angelum non posse simul operari in toto universo atque omni ubi, qui Durandi & Jesuitarum est error; cum istud soli Deo conveniat, *qui omnia operatur in omnibus.* 1. Cor. 12: 6. Nec quoad parvitatem; unde plures angeli in minimo loco esse, & partialiter operari possunt. Unde Spiritus *impurus*, quo torquebatur quidam inter Gadarenos, dicit Servatori, roganti *quoniam ejus esset nomen: Legio nomen meum est, quia multi sumus.* Marc. 5: 9. *Qui spiritus impuri egressi ex homine introierunt in porcos.* v. 13.

XXXIX. Eodem modo etiam concipiendus est angelorum *motus.* Et

Et repente adfuit cum angelo multitudo exercituum cœlestium. Luc. 2: 15. *Nonne omnes sunt ministratorii spiritus, miseri ad ministerium propter eos, qui salutem hereditatem accipient?* Hebr. 1: 14. Qui angelo non aliter tribui potest, quam quatenus operationem suam mutat: quod cum successione quadam & novo actu priori succedente fiat, sequitur illum in instanti fieri non posse, sed temporis subiectum esse; non quidem ob spatum aliquod extensum, quod pertransire angelus debeat, sed quia una ejus operatio ab altera necessario distincta esse debet.

XL. Referri *huc possunt Angelorum Apparitiones:* de quibus varia queruntur. 1. An verè apparuerint angeli? an vero spectra quædam & idola sanctis hominibus illusserint? quod quidem sacræ historiæ è diametro repugnat, quæ angelorum ad homines legationes frequenter commemorat.

XLI. 2. An vera assumerint corpora? quod quidem de apparitionibus, quæ non in somno, (qualis Jacobo contigit, quum in somno videt scalam constitutam in terra, cuius summitas pertinebat ad cœlum, & angelos Dei ascendentes & descendentes per eam, Gen. 28: 12. & Paulo, cui nocte adstitit angelus Dei, dicens, ne metue Paule &c. Act. 27: 23.) vel ecstasi (ut dicit Cornelio narratur, qui vidit per visionem manifeste quasi hora diei nona angelum Dei introeuntem, & dicentem ipsi, Cornelii. Act. 10: 3.) sed videntibus ac vigilantibus hominibus familiariter adeo saepius factæ sunt, nullo colore negari potest. *Sustulit Abraham oculos suos & vidit, & ecce tres viri stabant juxta ipsum, & vidit, & cucurrit obviam ipsis ab ostio tentorii, & inclinavit se versus terram.* Gen. 18: 2. Hoc enim & operationes angelorum in ipsis corporibus, & sanctum istud cum hominibus commercium, & sermones, & convictus ipse, denique sanctorum virorum sensus omnes bene dispositi, nec ullâ vanâ imagine illusi, constanter fatebantur. Quamvis eos nonnunquam corpora externa specie duntaxat induisse, atque ita cum hominibus egisse nonnulli statuant: ut cum angelus qui Gideoni apparuerat, & Manoë visus erat, sive creatus ille, sive increatus fuerit (quod probabilius est, nam & Jehovah, & Dominus, & Deus dicitur) derepente abiit a conspectu ejus, & ascendit in flamma holocausti. Judic. 6: 21. & 13: 20. Sic cum ex improviso Gabriel ingressus esset ad Mariam, illa perturbata fuit super ejus sermonem &c. confer c. 2: 9. *Angelus Dei supervenit Pastoribus, & gloria Domini circumfusit eos.* Sic Angelus supervenit Petro in carcere, & cum eum eduxisset, statim abscessit ab eo. Act. 12: 7, 10.

Vnde corpora illi assument?

XLII. 3. Unde illa corpora assumferint? Resp. triplex iis assignatur origo. Vel enim corpora illa ex nihilo condita fuerunt: vel potius ex praexistente materia inhabili à Deo fabricata; qui modus usitator videtur: vel denique (nisi præfracte enim id negandum videtur) viventium hominum corpora occuparunt, aversa ac turbita tantisper hominum illorum mente & sensu, ut quid de se ageretur ignorantem. Vid. Zach. 1:9.

Et dixi: quid hi, Domine mi? & dixit angelus loquens ad me: Ego tibi monstrabo, quid sint hi. v. 13. Et respondit Jehovah angelo loquenti ad me verba bona. v. 14. Et dixit ad me angelus loquens ad me: Prædicta &c. Et venerunt duo illi Angeli Sodomam vespere: & Lot sedebat in porta Sodome: & vidi Lot, & surrexit obviam ipsis, & dimisit se vultu in terram. Gen. 19: 1. vide & c. 18.

Quomodo ea assumferint?

XLIII. 4. Quomodo corpora hæc assumferint? Resp. non interna ac personali coniunctione, sed externa solum habitudine, uti formæ assistentes, quæ se in corporibus istis manifestabant, iisque tanquam instrumentis utebantur. Plane uti malos genios in obsecorum corporibus versari videmus, quos tamen potius occupant & invadunt, nec ut instrumentis utuntur, sed eos vexant & misere torquent. Unde corpora illa tanquam vestes sumebant, & pro arbitrio rursus deponebant. Hinc aliqua parte liquet, quomodo in futura vita, et si corporibus induti, *τούτης τοις angelis similes futuri simus*. Luc. 20: 36. Et cur Christus, ut nostris infirmitatibus affici posset, non angelicam, sed humanam naturam debuerit assumere. Denique cur Deus Ecclesiæ suæ non angelos, sed homines, doctores & consolatores dederit.

Quid de corporibus illis per actionem legationis, factum sit?

XLIV. 5. Quid de corporibus illis, peracta legatione, factum sit Respondet Scriptura simpliciter, ea disparuisse, atque angelos abscessisse, Jud. 6: 21. & 13: 20. Act. 12: 10. five corporibus illis in principia sua, unde composita fuerant, resolutis; five, si illa viventium hominum fuerint, ab Angelo rectore destitutis, & in pristinum statum reductis.

Iudeorum commentum de angelorum ordinne, quos Viros appellant.

XLV. Cum autem Angeli ipsi corporei non sint, sed ad tempus solum corporibus vestiti hominibus apparuerint, perperam Iudei hic diversum quandam angelorum ordinem statuunt, quos viros appellant, quorum officium sit hominibus apparere. Quin & sexu eos discernunt, ex Gen. 6: 2. *Filiū Dei viderunt filias hominum, quod bona essent, & accepserunt sibi uxores de omnibus, quas elegerunt, & cibis vesci, ac mori denique nugantur.* Contra quæ unius Christi auctoritas præscribit. In resur-

surrectione neque uxores ducunt, neque nuptui dantur, sed sunt ut angeli Dei in celo. Matth. 22: 30.

XLVI. Apparitiones autem Angelorum variis gradibus factæ sunt. Gradus
varii ap-
paritio-
num an-
gelicarum.
 1. apparuerunt in paradiso post lapsum: *Nam fecit Deus habitare ab ortu aborti Eden Cherubinos, & flamمام gladii anticipis ad custodiendam viam arboris vitae.* Gen. 3: 24. 2. inde post bis mille annos Abrahamo apparuerunt, reliisque patribus, usque ad descensum Jacobi in Ægyptum. 3. deinceps per 215 annos non apparuere, usque dum videret Moses eam visionem, de qua legere est Exod. c. 3. 4. atque exinde in veteri Ecclesia frequenter sanctis hominibus visi sunt, usque ad Prophetam Zachariam, qui Vetus Testam. obsignavit, cui ultimum apparuerunt. 5. Postea 400 annorum intervallum fuit, quo Ecclesia nullis angelicis visionibus vel alloquisi gavisa legitur, dum ipse Ecclesiæ Dominus expectabatur. 6. Quo in terris viso, rursus angeli apparere coeperunt, & frequentes eorum sub exordia Nov. T. præcipue in nativitate, morte & resurrectione Salvatoris, apparitiones leguntur. Atque ultimum & longissime Apostolo Johanni apparuerunt, qui etiam adorare eos voluit, Apoc. 19. & 22. A quo tempore, quantum legitur, cum hominibus colloqui desierunt.

XLVII. Quod autem Angeli nunc in Ecclesia non appareant, ex diversa ejus œconomia provenit, quodque *habitabilis futura*, h. e. Novi Testamenti Ecclesia *angelis subjecta non sit*, Hebr. 2: 5. ut quidem in veteri Ecclesiâ obtinuit, post promulgatam legem, cuius vindiciae ipsis creditæ erant: & quod Christo, angelorum Domino, in eâ viso, & spiritu luculentissimè effuso, œconomis istis nunc opus non sit. Unde etsi sub initia ejus aliquo tempore apparuerunt, confirmato tamen Evangelio apparere desierunt; ut in uno Christo acquiescamus, donec tandem *ιανγελος* efficiamur.

XLVIII. Invisibiliter tamen inter homines versantur angeli; boni in Ecclesiâ. Propter hoc debet mulier potestatem habere in capite propter angelos. 1. Cor. 11: 10. mali vero in mundo infidelium & in aëre. *In quibus peccatis aliquando ambulastis, secundum principem potestatis aëris, flatus, qui nunc operatur in filiis inobedientie.* Eph. 2: 2. *Lucta nobis est, adversus principatus & potestates, aduersus eos, qui per totum mundum potestatem tenebrarum hujus seculi obtinent, aduersus spiritualia nequitia in cœlestibus.* c. 6: 12. *In quibus Deus hujus saeculi excœcavit mentes, ne irradiet eos illustratio Euangeli gloriae Christi.* 2. Cor. 4: 4. & visibili non-

*Cur An-
geli nunc
in Ecclesiâ
non appa-
reant?*

nunquam operatione in dæmoniacis & energumenis. Visibiliter autem mittentur boni: angeli die ultimo ad electos congregandos, & impios conciendos in ignem æternum. *Tunc mittet angelos suos & suos electos coget à quatuor ventis.* Marc. 13: 27. *Mittet Filius hominis angelos suos & congregabunt è regno ejus omnia scandala & omnes qui faciunt injestitam.* Matth. 13: 41. *Cum venerit Filius hominis in gloria sua & omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit in throno gloriae.* Matth. 25: 31. ipse Dominus veniet cum voce archangeli. 1. Thess. 4: 17. & revelabatur a cœlo cum angelis potentia sua. 2. Thess. 1: 7.

C A P U T X L V I .

De Angelis in specie:

*Ange' i bo-
ni vel ma-
li.*



I. Considerandi nunc sunt angelii in specie, juxta discrimina-
corum, prout vel boni vel mali sunt. Quem in finem eo-
rum creatio & primæva bonitas consideranda sunt, inde di-
spar corum eventus, & utrorumque status ac officia.

Sunt

CREATI.

II. Angelos ab æterno non extitisse, sed creatos fuisse, patet. *Benedicite
Domino, angeli ejus, prepotentes robore, facientes verbum ejus, ut audiatis
vocab verbi ejus.* Psal. 103: 20. *Qui fecit angelos suos spiritus, ministros
suos ignem flammantem.* Psal. 104: 4 coll. Hebr. 1: 7. *Celebrate eum, omnes
angeli ejus, celebrate eum omnes exercitus ejus. Celebrant nomen Domini.*
Nam ipse præcepit & creata sunt. Psal. 148: 2, 5. *In ipso condita sunt
omnia que in cœlis & in terra sunt, visibilia & invisibilia, sive throni, sive
dominationes, sive principatus, sive potestates &c.* Col. 1: 16, 17. *Colloca-
vit Christum ad dextram suam in supercœlestibus, supra omnem principa-
tum & potestatem, & potentiam, & omne nomen, quod nominatur; non tan-
tum in seculo hoc, sed etiam in futuro.* Eph. 1: 21. *Qui est ad dextram
Dei, subiectis ipsi angelis & potestatibus & potentias.* 1. Pet. 3: 22.

*Quando
conditi
sunt sen-
tentia va-
riant.*

III. Ante mundum hunc adspectabilem eos creatos inter veteres plu-
rimi statuerunt, sicutque haec Patrum sententia, usque ad concilium La-
teranense quartum, quod statuit eos simul cum rebus visibilibus condi-
tos esse. Hodie Socinianis, licet maligniori errore, idem placet, simul-
que cum angelis mundi ipsius materiam ante Mosis hexa-emeron col-
locant.

IV. Quan-

IV. Quanquam autem, si vel ante principium conditus rerum corporearum creati dicantur, non ideo tamen æterni ponerentur, cum nihilominus initio durationis suæ, quæ successiva est, conditi fuissent. Probabile tamen est, eos una cum reliquis creaturis creatos esse: 1. quia Scriptura dicit, Deum initio *creasse cœlum & terram*. Sub cœlo autem non absurde comprehenduntur angeli, cœli incoleæ, qui & *angeli cœlorum* in Scripturis pañim appellari solent. Ita ut Moses terræ formationi describendæ magis intentus cœli nomine omnia *æquæ*, & spirit., cœli incolas, comprehendenter. 2. intra sex istos dies creatum dicitur cœlum & terra, cum omnibus eorum exercitibus. Phrasij autem Scripturæ angeli sæpe *cœli exercitus* appellantur. Vidi Iehovam insidentem solio suo, & totum exercitum cœli adstantem ei à dextra ejus & a sinistra. 1. Reg. 22: 19. Benedicite Domino angeli ejus, præpotentes robore, --- benedicite Domino, omnes exercitus ejus, ministri ejus, facientes voluntatem ejus. Psal. 103: 20, 21. Et repente adfuit cum angelo multitudo *æquæ*, *æquæ* exercituum cœlestium, laudantium Deum. Luc. 2: 13.

V. Quo autem die creati sint, pariter incertum est. Ante hominis Quo die saltem creationem jam extabant: *Quum fundaretur terra, jubilabant unâ creati sint?* stella matutina, & clangebant omnes filii Dei. Job. 38: 4, 7. ubi jam adfuisse dicuntur: quod secundo die factum est. Unde non improbabile multis videtur, eos primo die creatos, cum cœlo videlicet diximus. Et absoluta sunt cœlum & terra & omnis exercitus illorum. Gen. 2: 1. Celebrate eum, omnes angeli ejus, celebrate eum omnes exercitus ejus. Psal. 148: 2. Tu, Domine, fecisti cœlum, cœlum cœlorum, & omnem exercitum eorum: etiam exercitus cœlorum tibi se incurvant. Neh. 9: 6. conf. 1. Reg. 22: 19. Luc. 2: 13. Quæ tamen omnia de tempore creationis eorum, cum demonstrative probari non possint, pro articulo fidei habenda non sunt.

VI. Creati autem sunt à Deo maximo numero. Et vidi, & audiri Conditæ vocem angelorum multorum circa thronum. Et erat numerus eorum myriades myriadum, & chiliades chiliadum. Apoc. 5: 11. Quo etiam re- sunt à Deo maximo numero. ferri solet illud Danielis: Millies milleni serviebant ei, & myrias myriadum coram eo stabant. Cap. 7: 10. attamen finito. Cumque Scriptura beatorum spirituum immensum numerum crebrius exprimat, quam lapsorum, eorum quoque numerus major videtur. Jehovah, qui ex Sinai venit, elinxit ex monte Paran, & venit à myriadibus sanctis. Deut. 33: 2. Repente adfuit cum angelo mulitudo exercituum cœlestium. Luc.

2: 13. *An putas, me non posse nunc precari Patrem meum, qui hic sis et mihi plures quam duodecim legiones angelorum?* Matth. 26: 53. *Accessisti ad Sion montem -- & myriades angelorum.* Hebr. 12: 22. *Currus Dei sunt myriades, millia iterata;* in quibus Dominus est. Psal. 68: 18. *Ecce, venit Dominus cum myriadibus sanctis suis,* ad faciendum judicium de omnibus &c. Judæ v. 14. & 2. Reg. 6: 16, 17. ubi Elizæus dicit servo, *qui nobiscum, plures sunt, quam qui contra nos;* & minister Prophetæ, retectis à Deo ejus oculis, vidit *montem plenum equis & curribus igneis.* Angelorum autem lâpsorum numero adæquare numerum electorum hominum, quasi in supplementum eorum cœlo adscriptorum; aut statuere bonorum angelorum numerum electos nonages novies superare juxta Matth. 18: 12, 13. id vero hariolari est.

BONI. VII. Creati omnes sunt boni, sapientia ac rectitudine prædicti, per seiori gradu quam homo. Unde & *Dei filii* dicuntur, Job. 1: 6. vide Gen. 1: 31. *Et vidit Deus omnia quæ fecerat, & ecce erat bonus valde.* Angelos, qui non servaverunt suum principium, sed reliquerunt proprium habitaculum, ad judicium magnæ diei vinculis æternis sub tenebris servat. Jud. v. 6. *Diabolus homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in ipso.* Joh. 8: 44. Quanquam, ut ex eventu patuit, mutabiles. Cum perfectio omnimoda atque immutabilis, qua creatura intellectualis per naturam suam impeccabilis est, soli Deo competit.

Angelorum prædestinatio. VIII. Atque hic exerit se divina prædestinatio, juxta quam ex communi illo statu quidam ex illis liberè defecerunt, alii vero non sine Dei auxilio perseverarunt. Unde Scriptura peculiariter *angelorum electorum* meminit. 1. Tim. 5: 21.

Malorum desertio & electorum constantia. IX. Omnibus enim Deus commune auxilium atque gratiam suppeditaverat, qualis homini primo, auxilium videlicet. sine quo non, quo in eorum potestate erat sive bene sive male uti. Unde quidam auxilio hoc abusi sunt & defecerunt; alii vero illo recte usi sunt & perseverarunt, lumbentissimâ quidem voluntate, sed efficacissimâ creatoris gratiâ adjuti, quia factum est, ut actu persisterent. Ille enim *servis suis non credit, & in angelis suis ponit lucem,* quæ in illis est; vel *poneret stultitiam,* h. e. stultitiam reputaret, vel adscriberet, si illis credere & sibi illos permittere, tanquam recte absque se officium facturos, vellet. Iob. 4: 8. Idcirco *santæ ejus, quippe ab ipso sanctificati, appellantur.* *Santis suis* (angelis electis) non credit; sed ipse eos sanctificatos conservat in sanctitate. Iob. 15: 15. *Cujus omnes sancti in manu tua sunt.* Deut. 33: 3. *Dens ponit pacem in sublimibus*

mibns suis. Iob. 25: 2. *Et facit angelos suos ac ministros suos.* Psal. 104: 4. Quod autem aliis majorem istam gratiam dederit, aliis non, merum creatoris beneplacitum fuit, ex æterno ejus decreto fluens: *Deus est qui operatur & velle & perficere propter beneplacitum.* Phil. 2: 13. *Contestor coram Deo & Domino Iesu Christo & electis angelis, ut hæc serves.* 1. Tim. 5: 21.

X. Qui autem perfliterunt, Dei gratiâ ulterius confirmati, dono perseverantiae prædicti, ac plenè beati redditi sunt. Unde hi angeli constanter Deo adhæscunt cum obedientiâ perfecta & immutabili: *Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei qui in cælis est.* Matth. 18: 10. *Benedicite Domino, angeli ejus, facientes verbum ejus, ut audiatis vocem verbi ejus.* Psal. 103: 24. *Fiat voluntas tua, ut in cælo, etiam in terra.* Matth. 6: 10. *Clamabant Seraphim, hic ad illum, Sanctus, Sanctus, Sanctus Jehovah Deus exercituum.* Esaï. 6: 3. Atque angelî sancti dicuntur, Luc. 9: 26. *electi,* 1. Tim. 5: 21. *angeli lucis,* 2. Cor. 11: 14. *cælorum,* Matth. 22: 30. 24: 36. Marc. 12: 25. *Sancti,* Matth. 25: 31. Marc. 8: 38.

XI. Quod de merito ipsorum queritur, an istud ipsi tribui, ipsorumque remuneratio & vitæ æternæ præmium illi adscribi possit; id quidem Scripturæ non repugnat, modo meritum id non fundetur in intrinseca quadam operum dignitate, sed in liberali repromissione divina; quale meritum ex pacto, atque operum justitia, etiam homini primo, si obediens permanisset, competitivisset.

*Angelo-
rum meri-
tum.*

XII. Male enim à quibusdam statuitur, angelos mediatore equisſe, quia *Non ha-
bent me-
diatorem.* sanctitas ipsorum à Dei sanctitate immensum distet, atque per Christum pariter reconciliatos esse; ex perversa acceptione locorum, Eph. 1: 10. ubi Deus dicitur proposuisse, *ad dispensationem plenitudinis temporum, in una summa confundere omnia in Christo, tum quæ in cælis sunt, tum quæ in terris, in ipso.* & Col. 1: 19, 20. ubi Paulus afferit, Deum per Christum reconciliasse omnia, sive ea quæ in terra, sive ea quæ in cælis sunt.

XIII. Verum quamvis per Christum angelie electi, & creati, imo & confirmati sint, ut est æternus Patris Filius, per quem Pater operatur, & quicquid boni est creaturis confert; ita ut ille ipsorum quoque dominus, princeps & caput sit, utpote ad Patris sui familiam pertinentium; non tamen ipsorum mediator est, ac si justitiae ipsius hæredes essent. *Non enim angelos apprehendit, sed semen Abrahāni apprehendit.* Hebr. 2: 16. *Unus enim est Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.* 1. Tim. 2: 5. *Potioris est Testamenti mediator.* Hebr. 8: 6.

Testamenti novi est mediator, ut, morte obita, ad redēptionem, quæ sub priori Testamento erant, transgreditionum, promissionem accipiāt vocari eterne hereditatis. Hebr. 9:15. *Accessit ad Testamenti novi mediatorem Jesum, & sanguinem aspercionis p̄fstantiora loquentem p̄ Abel.* Hebr. 12:24. *Puer natus est nobis, Filius datus est nobis.* Esai. 9:6. *Natus est vobis hodie Servator.* Luc. 2:11. *Fecit Deus eum pro nobis peccatum, ut nos fieremus iustitia Dei in ipso.* 2.Cor. 5:21. *Factus pro nobis exsiccatio, nos redemit ab exsiccatione legis.* Gal. 3:13. vide etiam Matth. 18:11.

XIV. Nec satisfacit distinctio inter mediatorem reconciliationis, nempe hominum, & conservationis, nempe Angelorum: item inter mediatorem ἀπολυτέσσερας & ἀνατεφαλαιώσεως: cum illa Scripture auctoritate careat, quæ nulli mediatori locum facit, nisi ubi est reconciliatio. *Non opus habent ii qui valent medico, sed qui male habent.* Matth. 9:11.

*Cl̄asses
angelorum
secundum
Iudeos.*

XV. Hoc angelorum discrimine præmisso, de eorum distinctionibus & gradibus, quos nonnulli ponunt, videndum. Et quidem Judæi, pro diversis ipsorum sedibus, tres angelorum classes ordinant. 1. eorum, qui longissime à materiâ separati, nunquam corporea specie videntur, nec in terras veniunt, sed thronum Dei perpetuo cingunt. 2. angelorum ministerii, **מלאכִי הַשְׁרָתָה**, qui in mundum mittuntur, atque externa specie inter homines nonnunquam versantur; cum cæteroquin cœlorum orbes regant, & inde exercitus cœlorum dicantur. 3. angelorum damni, mortis **מֶלֶאכִי חַבֵּלָה / צוֹת / שְׂנִינִים**, qui in sublunaribus sedibus dègunt, divinæ iræ ac justitiæ in terris ministri, in id à Deo conditi: quos etiam discretos sexu, & cibis ac venere uti, quin & mori statuunt.

XVI. Bonos vero angelos quod spectat, decem eorum ordines statuant, sapientia, dignitate & potestate discretos; videl. **חיות קורש animalia Sanctitatis**, Ophannim, Oralim, Chasmalim, Seraphim, Angelos, Deos, Filios Dei, Cherubim, Ischim: quorum supremi infra solium maiestatis sint, infimi cum hominibus convergentur, & iiscum aliquando loquantur. Hæc autem mera figmenta sunt, quæ à Judæis ad Platonitemtentia deos, atque hinc quoque in Theologiam Christianam, derivata sunt. Attivata in Theologiam Christianam, que ex non alio fonte illa de novem angelorum ordinibus, de angelis affilientibus & ministrantibus, de infimi ordinis spiritibus in terram missis, non item supremi, & similia, quæ apud Scholasticos traduntur, profluxerunt.

auctoritate pseudo-Dionysii XVII. Quæ in Christianam Ecclesiam potissimum pseudo-Dionysii Arcopagitæ auctoritate invicta sunt, qui angelorum rempublicam primus ordi-

ordinavit, eorumque sedes & choros descriptis, ac mira audacia omnem ^{areopag.}
eccelestem curiam justo ordine componere aggressus est. Atque omnes ^{gita.}
istos spiritus in tres hierarchias distribuit, quæ singulæ rursus ternos ordi-
nes sub se comprehendunt; in prima hierarchia collocans Seraphinos,
Cherubim & Thronos; in secundâ Dominationes, Virtutes & Poteſta-
tes; in tertia Principatus, Archangelos & Angelos: ut in universum no-
vem ipsorum sint ordines, & in singulis sedibus rursus multa angelorum
millia.. Quem fecutus est Damascenus, deinde Magister ſententiarum,
ac cum Thoma universa tandem ſchola. conf. 551: s. 1.

XVIII. Sed absurdum omnino eft, ex diversis angelorum nominibus
diversos ipsorum choros conſtituere; tum enim plures quam novem inter
ipſos ordines ſtatuendi forent, cum etiam plura ipſorum nomina in S.
litteris occurrant. *Et repente adfuit cum angelo multitudo exercitium cœ-
leſtium;* Luc. 2: 13. *Ecce vigil & sanctus de cœlo descendebat.* Dan. 4:
13. *In deciſione vigilum eft verbum, & in dicto sanctorum rogatio.* v. 17.
Et quod rex vidit vigilem & sanctum deſcendentem de cœlo &c. v. 23. ubi
eras, quum jubilarent una stelle matutina & clangerent omnes filii Dei?
Job. 38: 7. *Et fecisti enim inferiorem paulum infra Deos, b.e. angelos.* Psal.
8: 6. Hebr. 2: 7. *Venerunt filii Dei ut adifferent apud Dominum.* Job. 1: 6.
Sunt autem illa potius gloriosorum ſpirituum elogia & illuſtria epitheta,
ad Dei ipſius, ſatellitum iſtorum regio veluti ſtipatu cincti ac armati, ma-
jestatem exprimendam & commendandam. Et fi vel ordinem inter bea-
tos spiritus dicant, quis docebit iſum eſſe perpetuum, & ſtata ipsorum
officia & gradus, à prima uſque creatione, non autem temporarium ali-
quem ordinem, pro munera, ad qua dēlegantur, ratione dēnotari?

XIX. Rem vero ipsam quod attinet; 1. ordinem aliquem inter ange- Eſſe ita.
men inter-
eos ordi-
nem quen-
dam,
los ab ipſa creatione eſſe institutum non improbabile eft. *Non enim eft anguis, auctor Deus, ſed pacis.* 1. Cor. 14: 33. *Alia eft gloria ſo-
lis, alia lunæ, alia stellarum, ſtella enim ſtella preſtat gloria.* 1. Cor. 15: 41. 2. Ac Scriptura id non obscure innuere videtur. *Ipſe Dominus cum voce Archangeli deſcendet de cœlo.* 1. Thess. 4: 16. *Michaël Archangelus cum diabolo diſceptans de corpore Moſis non ſuſtinuit iudicium inſerre blasphemiae.* Jud. v. 9. *Princeps regni Persarum ſtabat adverſum me, & ecce Michaël, unus principum primorum, venit adjuvandum me.* Dan. 10: 13. *Per eum condita ſunt omnia, qua in cœlis & in terra ſunt, viſibilia & in viſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive imperia, ſive potefates.* Col. 1: 16. *Deus collocauit Christum ad dextram ſuam in ſupercaeleſtibus,* ſupra:

Supra omnem principatum & potestatem & potentiam & dominationem & omne nomen, quod nominatur, non tantum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Eph. 1: 21. *Abite à me in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.* Matth. 25: 41. *Conjectus est in terram Draco magnus, Serpens ille antiquus, qui appellatur Diabolus, & Satanás, qui seducit totam habitabilem.* Apoc. 12: 9. confer c. 20: 2. *Per principem demiorum ejicit demonia.* Matth. 9: 34. *Pharisei dicebant: iſe non ejicit demonia, niſi per Beelzebulem principem demoniorum.* Matth. 12: 24. *Christus exuſſe dicitur principatus & potestates.* Col. 2: 15. *Est nobis lucta aduersus principatus & potestates, aduersus eos, qui per totum mundum potestatem tenebrarum hujus seculi obtinent, aduersus spiritualia nequitia in caeleſtibus.* Eph. 6: 12. 3. *videturque ille ex officiorum diversitate ac generibus potissimum proficiſci,* Col. 1. 16. 1. Thess. 4: 16. Jud. v. 9. *quibus tum erga Deum (Benedicte Domino, angelii ejus facientes verbum ejus, ut audiatis vocem verbi ejus.* Psal. 103: 20. *Seraphim clamabant, hic ad illum, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Jehovah Deus exercituum.* Efai. 6: 3.) *tum erga Christum (Ecce angeli venerunt, & ministrarunt ipſi.* Matth. 4: 11. *In gratia donavit ei nomen, quod supra omne nomen est: ut in nomine Iesu omne genu ſe flecat, super caeleſtium & terrefriū, & eorum, qui ſub terra ſunt.* Phil. 2: 9, 10. *Quum autem rursus introducit Primogenitum in orbem habitabilem, dicit: Et adorent eum omnes angelii Dei.* Hebr. 1: 6.) *tum erga homines defunguntur. Nonne omnes ſunt ministrorii ſpiritus, miſi ad ministerium propter eos, qui ſalutem hereditate accipient?* Hebr. 1: 14. *Metatur angelus Domini circa timentes ipsum, & eruit eos.* Psal. 34: 8. *Mendicus ab angelis in finum Abramii aſportatur.* Luc. 16: 22. 4. *Et cum singularem aliquam in terris legationem obeunt, exinde temporariam quandam præfecturam atque ordinem nancisci videntur; quem principatum, legatione peracta juxta cum munere, in caelo rursus ponunt: cum non conſtet eundem angelum ad idem ſemper munus à Deo adhiberi, atque omnia ipsorum in terris ministeria aliquando ceſſatura ſint.* Deinde erit finis, quum tradiderit regnum Deo ac Patri: quum aboleverit omne imperium, & omnem potestatem & potentiam. 1. Cor. 15: 24. *Plura de hisce querere, & an aliquod officium erga ſe mutuo exerceant? ac noī in nulli non ſolum individuo & gradu, verum etiam ſpecie ab aliis differant? disputare otiosum, & definire temerarium foret.*

Angelo- XX. Sequitur angelorum bonorum ministerium, quod generatim *ipſis*

ipfis tribuitur Hebr. 1: 14. Nonne omnes sunt λετεργικὰ τενύχητα mini- rum bono-
stratorii spiritus, eis dianovis ad ministerium missi eorum qui salutem ha- rum offici-
reditate accipient? ubi respectu Dei λετεργία, respectu hominum ἀλγονία ^{um.}
ipfis assignatur.conf. Hebr.6:10. ἀλγονίτες δέ, αὐτοὶ, ministrantes sanctis.

XXI. Speciatim Deo inserviunt, cum celebrando & adorando : Cele-
brate eum, omnes angeli ejus. Psal. 148: 2. Seraphim clamabant hic ad
illum, Sanctus, Sanctus, Jehovah Deus exercituum. Esai. 6: 3. variequè
ministrando : Benedicite Domino, angeli ejus, facientes verbum ejus,
omnes exercitus ejus, ministri ejus. facientes voluntatem ejus. Psal.103:20,
21. Quo etiam pertinet officium ipsorum Christo exhibitum. Donavit ei
nomen, quod supra omne nomen est; ut in nomine Iesu omne genu se flectat
super caelestium & terrestrium. Phil. 2: 9, 10. Angeli venerunt, & mini-
strarunt ipse. Matth. 4: 11. Adorent eum omnes angeli Dei. Hebr.1:6.
obsequio sancto & voluntario. Millies milleni serviebant ei, & myrias my-
riadum coram eo stabant. Dan. 7: 10. Repente adfuit cum angelo illo
multitudo exercituum caelestium laudantium Deum. Luc. 2:13. Vidi Ie-
hovam insidentem solio suo, & totum exercitum caeli adstantem ei, à dextra
ejus & à sinistra ejus. 1.Reg.22:19. Exercitus caelorum tibi se incurvant.
Neh. 9: 6. Currus Dei sunt myriades, millia iterata; in quibus Dominus
est. Psal. 68: 18. Crucibatur igne & sulphure coram sanctis angelis &
coram Agno. Apoc. 14: 10. Hominibus inserviunt, præcipue fidelibus.
Omnes sunt ministratorii spiritus, ad ministerium missi eorum, qui salutem
haereditate accipient. Hebr. 1: 14. duobus praesertim modis, 1. beneficia
Dei dispensando. Tum dixerunt viri illi Loto, quis præterea hic tibi est?
-- cura exeat ex isto loco. Gen. 19: 12. Adhuc loquebar in precibus, &
vir ille Gabriel, quem videram in visione antea, advolitans celeritate ma-
xima pertinebat ad me circa tempus doni vespertini. Dan. 9: 21. Reve-
latio Iesu Christi, quam significavit mittens per angelum suum servo suo
Ioanni. Apoc. 1: 1. Metatur angelus Domini circa timentes ipsum, &
eruit ipso. Psal.34:8. Angelis suis præcipiet de te, ut te custodiant in omnibus
viis tuis. Psal. 91: 11. Tunc dixit ei angelus, ne time Maria. Luc.1:30.
Mortuo mendico aportarunt eum angelus in sinum Abrahami. Luc.16:22.
Mittet angelos suos cum tube voce magna, & cogent electos ejus à quatuor
ventis. Matth. 24: 31. Judicia ejus exequendo, in castigationem electo-
rum. Extenderat manum suam angelus ad perdendam Hierosolymam;
sed pœnitens Iehova istius mali, edixit angelo qui perdebat de populo, satis
est, jam remitte manum tuam &c. 2.Sam.24:16,17. ac reproborum inte-
ritum. Angeli quos hospitio exceperat Lotus, percusserunt viros Sodomæ,

qui erant ad ostium domus cœcitate, adeo ut desessi sint laborando ad inventandum ostium. Gen. 19: 11. Mittet filius hominis angelos suos, qui colligent ex ipsis regno omnia offendicula, & eos qui dant operam transgressioni legis. Matth. 13: 41.

XXII. Ubi notatum dignum est, Deum in exercendis judiciis suis uno, aut ad summum duobus tantum angelis esse usum; ubi autem vel unum duntaxat hominem servare voluit, non solum duos vel tres, verum etiam maximum saepe angelorum numerum ablegasse: cuius rei exempla in V. & Nov. Test. obvia sunt. *Metatur angelus Domini circa timentes ipsum, & eruit ipsos. Psal. 34: 8. confer Psal. 35: 5. Fiant ut palea coram vento, angelo Domini impellente. vide & v. 6. ut & Psal. 91: 11. Angelis suis præcipiet de te, ut te custodiant in omnibus viis tuis. Conf. infra §. XXIV.*

An singuli fideles suum habent angelum custodem? in cœlis est. & A.C. 12: 15. At illi dicebant; angelus ejus est. & I. Cor. 11: 9. Debet mulier potestatem habere in capite propter angelos; exprimi censent; ac in profanâ gentilium Thologia, qui singulis hominibus à nativitate duos genios, bonum ac malum, assignabant, frequentatum; à Scholasticis in Christianam religionem etiam introductum est, qui singulis fidelibus angelos tutelares præfixerunt, illique fundamento religiosum ipsorum cultum, nominatum angeli comitis quotidianam veneracionem, superstruxerunt. Ut de magia, nefandisque artibus eadem hypothesis nensis fileam.

XXIV. Nullum autem in Scripturis haec fundamentum habent; cum illa spiritus hos non certis hominibus alligatos & obnoxios ponat, sed à Deo libere quaquaversum dimitti testetur, *ad ministerium eorum, qui salutem hereditate accipient. Hebr. 1: 14. Et interdum pluribus hominibus unicum angelum (Prodicens angelus Iehovæ percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia hominum. Esai. 37: 36. vide etiam Dan. 10: 12, 13, 21. & 11: 1.) interdum autem, idque saepius, uni homini plures angelos comites & ministros adjungat. Angelis suis præcipiet de te, ut te custodiant in omnibus viis tuis. Psal. 91: 11. Videlicet minister Elisei quod mons ille plenus erat equis & currubus igneis circa Eliseum. 2. Reg. 6: 17. Venerunt Iacobus obviam angelii Dei. Gen. 32: 1. Dixitque ille, quum videret eos, acies Dei haec est. v. 2. Angeli mendicum mortuum aportarunt*

in sinum Abrahami. Luc. 16: 22. Angeli eorum in cælis semper intuentur faciem Patris mei qui in cælis est. Math. 18: 10.

XXV. Sunt & qui singulis gentibus ac nationibus angelos præfectorum *An singu-*
ac rectores apposuerunt, interque eos studia & factiones pro suis populis *la nationes*
vigere dixerunt. Qui error à Judæis acceptus est, qui cuique genti suum *suos habe-*
fidus & astrum, quod ipsis imperit, attribuerunt, quo nomine an-*ant ange-*
gelos siderum rectores intelligunt; sola gente Judaica excepta, quæ nul-*los reto-*
lum fidus aut stellam habeat, sed *unius Dei hereditas sit. Deut. 4: 19, 20.*
Quamvis enim *Michaëlem* Israëlis principem dicant, ex Dan. 10: 13 hoc
tamen de principe subalterno, & vicariâ sub Deo potestate, cuius mandata
solum accipiat & exequatur, intelligunt, cum cæteris spiritibus sive astris
reliquas gentes cum absoluto imperio commissas velint. Quæ inficeta dog-
mata frustra loco Deut. 32: 8. *Cum hereditatem distribueret altissimus*
gentibus, cum divideret filios hominis, statuebat terminos popolorum juxta
numerum filiorum Israël: & præsertim Dan. 10: 13. *Et princeps regni*
Persarum stabat adversum me unum & viginti dies, & ecce Michaël, unus
principum primorum, venit ad juvandum me, & ego superfui ibi apud re-
ges Persarum, firmant.

XXVI. Inceptiores sunt, qui bestiis etiam angelos præficiunt; prout *Imo & be-*
Pontificii ipsis ex sanctorum numero patronos & curatores dederunt. *Imo stia & res*
rebus etiam inanimis, elementis, plagis mundi, planetis, signis Zodia-*inanimes:*
ci &c. eos præposuere: cum angelorum ministerium liberum sit, nec ulli
rei perpetuo mancipatum, Hebr. 1: 14. ac res omnes naturales propria vi ac
facultate polleant, ac leges in natura positas obeant, nec angelorum ad id
ministerio opus sit; & stellarum præsertim rotatio paganis relinquenda
sit, cum Scriptura de eâ fileat.

XXVII. Quamvis autem angeli præcipue fidelibus ministrent, non *Sociniani*
recte tamen Sociniani eos solis fidelibus, non aliis, adesse statuunt. Ut *angelos so-*
enim electos nondum credentes omittamus, quos Deus peculiariter ta-*lis fidelis*
men curat. *Et alias oves hæbo, quæ non sunt ex hoc ovili: illas oportet me & Christi*
quoque ducere, & vocem meam audient. Ioh. 10: 16. Vestræ est promissio in iis suis
& filiorum vestrorum, & omnium qui procul sunt, quoscunque advoca- regno vi-
verit Domini Deus vester. Act. 2: 39. universa Israëlitarum Ecclesia, eisrios
etsi maximam partem reproba, sub angelorum excubiis & præfectura e- statuum.
git, ab iisque defensa, & in deserto pasta quoque legitur. *Panem אַבְנִי*
fortium comedebat vir; commeatum misit ipsis ad satietatem. Psal. 78: 25.

XXVIII. Quamvis autem angeli tantæ sint excellentiæ & potentiaæ, *Cultus re-*

*ligatus
angeis
nun com-
peti: :*

non tamen religiosi cultus objectum sunt. Qui veterum *angelorum* fuit error, ex Platonis schola in religionem Christianam introductus, qui eos pro intercessoribus inter Deum & homines habebant. Contra 1. Tim. 2:5. *Unus mediator est Dei & hominum, homo Christus Iesus.* 1. Joh. 2:1. *Si quis peccaverit, paracletum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum.* Hebr. 1: 14. *Angeli sunt ministratorii spiritus, missi à Deo ad ministerium salvandorum.*

*Cui adver-
sus Pon-
tificiorum
praxis.* XXIX. Ut Pontificii nullum colorem tegendæ idolatriæ suæ ha-
beant, qui angelos religiose venerantur, diebus festis & templis colunt, quin & vota iis nuncupant, & Deum per merita angeli custodis rogare non erubescunt; contra judicium veteris Ecclesiæ, quæ tales hæreticis, palam adnumeravit, & manifesta S. Scripturæ loca. *Hæc omnia tibi da-
bo, si adoraveris me. Dicit ei Iesus. abi Satana. nam scriptum est: Domi-
num Deum tuum adorabis, & ei soli servies.* Matth. 4: 9, 10. *Ignoran-
tes Deum serviebatis iis, qui natura non sunt dii.* Gal. 4: 8.

*qua S. Scri-
ptura re-
vulgat.* XXX. Præfertim autem illustris est locus Col. 2:18. ubi ait Aposto-
lus. 1. hæresin illam in cultu angelorum, *fideles ἡταβεβιστεῖν*, h. e. pro-
positum ipsis præmium intercipere. 2. tales volentes id facere, h. e. nullo
divino iussu, sed solâ libidine & privata auctoritate. 3. *humilitatem affe-
ctare.* Qui & Pontificiorum nunc prætextus est. 4. *gradum inferre in-
ea quæ non viderunt.* quod iidem in angelorum hierarchia & sedibus or-
dinandis audacissimè faciunt. 5. ac quamvis humilitatem adeo affectent,
turgere tamen sensu carnis sua. 6. denique *non tenere caput,* & Christo-
ipso ac salute excidere, dum commentito isti cultui sese dedunt.

XXXI. Similiter Apoc. 19:10. & 22: 9. angelus oblatum sibi cultum
recusavit, addita egregia ratione, se in eadem familia ejusdem Domini ser-
vum esse, cui soli iste honor debeatur; *adora Deum, conservus tuus:
sum & frarum tuorum.* Ut ex hac ratione ab ipso anglo allata cadant
fictitiae illæ ratiunculæ, quas adversarii dant, cur angelus honorem istum:
alioquin sibi debitum, quod Bellarminus affirmare non veretur, re-
cusaverit.

*Angelo-
rum cultus
etiam sub
V. T. illi-
citus.* XXXII. Neque olim sub Vet. T. angelorum cultus magis licitus fuit,
quod Sociniani, hac in parte Pontificiis abdolentes, docent; quo tem-
pore tanquam legati à Deo missi, atque ejus nomine apud homines agen-
tes, etiam divinos honores acceperint; qui honor nunc sub N. T. Christo
cesserit, angelis majori, & novo in Ecclesia Deo. Verum dolosa hæc sunt,
& mali commatis. Angelus enim scederis in V. T. solus adoratus legitur,

non alii. Et sancti, ubi aliquando angelis se se incurvasse leguntur, de civili cultu id accipiendum est, cum homines eos esse putarint. *Et accipiam bucellum panis & fulcite cor vestrum; postea transibitis.* Gen. 18: 5. *Per hospitalitatem in/cui quidam hospitio excepérunt angelos.* Hebr. 13: 2. aut si revera angelos esse intellexerint, non alio tamen quam humano cultu illos dignati sunt, & economiae isti atque visibili ipsorum apparitioni convenienti.

XXXIII. Propter singulare autem in veteri Ecclesiâ munus, in solemini ista legislatione Angelo foederis adstiterunt, ac per eos tanquam testes & approbatores, ac legis vindices, lex lata dicitur. *Quia accepistis legem ius Δικαιολόγου, in dispositiones angelorum.* Act. 7: 53. *Lex propter transgressiones addita est, injuncta δι άγγέλων per angelos in manu mediatoris.* Gal. 3: 19. *Qui δι άγγέλων per angelos dictus est sermo.* Hebr. 2: 2. *Jehovah, qui de Sinai venisti --- & venisti ex myriadibus sanctis; à cuius dextra erat ignis, lex ad ipsos. conf.* 33: 7. *Phrasin 1. Tim. 2: 2. Quæ audivisti ex me Δι πολλῶν μαρτύρων per multos testes.* Ac peculiaris istius officii ratione in veteri Ecclesiâ appellati sunt Elohim, Dii, quibus Filius Dei ad tempus minor factus est. *Et fecisti eum inferiorem paulum θεόν infra Deum.* Psal. 8: 6. *παρ' ἄγγελος.* Hebr. 2: 7. Quo exaltato, non solum jam minores sunt: *Adorarunt ipsum omnes dii.* Psal. 97: 7. *πάντες ἄγγελοι θεοί. Est ad dextram Dei, subjectis ipsis angelis & potestatibus & potentiss.* 1. Petr. 3: 22. verum etiam potestatem quam antea habuerunt, ad populum veterem Legi & principibus suis subjiciendum, deposuerunt. *Non enim angelis subjecit habitabilem futuram.* Hebr. 2: 5. Ita ut nunc, posito illo honore & munere, meri tantum fidelium conservi sint, *Vide ne feceris. Conservus tuus sum & fratribus tuorum.* Apoc. 19: 10. 22: 9. *Accessistis ad myriades angelorum.* Hebr. 12: 22. Nunc in plenitudine temporum voluit Deus ἀναφεύδαι ωδαι in unam summam confundere omnia in Christo, tum, quæ in cœlis sunt, tum quæ in terris in Christo. Eph. 1: 10. *Omnia subjecit sub pedes ejus; & eum dedit caput supra omnia Ecclesiæ.* v. 22. *Ut notificetur nunc principatibus & potestatibus, qui in supercœlestibus sunt, sapientia Dei quæ plurimam varietatem habet.* c. 3: 9, 10. Adeoque non religiosè colendi, sed potius sanctâ & verecunda ambulatione exhilarandi sunt. *Contestor coram Deo & Domino Iesu Christo, & electis angelis, ut hæc serves.* 1. Tim. 5: 21. *Gaudium erit in cœlo super uno peccatore resipiente.* Luc. 15: 7. nihilque indecori coram testibus illis in Ecclesiâ committendum. *Mulier debet potestatem habere in capite, propter angelos.* 1. Cor. 11: 9.

*Angelii
MALI.*

XXXIV. Angelos bonos excipiunt *mali*, seu defectores. *Diabolus homicida erat ab initio*, & in veritate non est veritas in ipso, quando loquitur mendacium, ex suis loquitur; quia mendax est, & pater ejus. Joh.8: 44. Angelos item, qui non servaverunt suum principium, sed reliquerunt proprium habitaculum, ad judicium magnæ diei vinculis æternis sub tenebris seruat. Jud. v. 6. qui demones, spiritus mali, immundi, mendaces, spirituales malitiae, & angeli tenebrarum, aliisque nominibus in Scripturis indigitantur.

XXXV. Cum autem mali conditi non sint, tales propriâ libidine, & perverso liberi arbitrii usu ipsi evaserunt, dum à lege sibi positâ descreverunt; unde & Belial dicuntur. *Quæ concordia Christo cum Belial?* 2.Cor. 6: 15. Legem enim ipsis latam necesse est, cum peccasse legantur. *Dens angelis qui peccaverant non pepercit.* 2.Pet. 2: 4. conf. 1. Joh.3: 4. i. ἀμετία ἐστιν ἡ ἀρρωτία. Cumque de aliâ lege non liqueat, hoc saltem certum est, ipsis legem charitatis & obedientiæ positam fuisse, quæ ipsis, ut & primo homini, ingenita erat, quæque quoad substantiam eadem est cum lege morali decalogi comprehensa.

*Eorum
peccatum.* XXXVI. De peccati ipsorum specie ex Scripturis non certò constat; quæ eos solum in genere, *in veritate non perfittisse*, Joh.8:44. atque *æxèrū* & sanctam originem non tenuisse, sed *domilium suum reliquisse* tradunt. Jud. v. 6.

XXXVII. Crassissimi sunt, qui scortationem ipsis attribuunt, ex male intellecto loco Gen.6:2. *Viderunt filii Dei filias hominum, quod bona essent, & acceperunt sibi uxores de omnibus quas elegerunt.*

XXXVIII. Rectius sentiunt, qui superbia lapsos asserunt; quam Paulus 1. Tim. 3: 6. vocat *κορης οἱ ἀρρωτοὶ*, causam judicii, vel criminationem diaboli. *Non novitum, ne inflatus in judicium incidat diaboli.* Unde & nunc ubique divinos honores, affectant; atque ad hoc vitium etiam homines præcipue impellunt, ut in humani generis parentibus vide-re licet. Superbia autem ac elatio eorum in hoc constituisse videtur, quod Deo morigeri esse, ac ab eo dependere recusaverint; vel potius quod Filio Dei subesse ac obsequi noluerint. Sicut Joh. 8: 44. Christus Judæos ob similem culpam *ex diabolo esse dicit*, qui *in veritate non perficit*.

XXXIX. Qualiscunque autem fuerit hæc superbia species, sive in sui ipsius ac excellentiæ sue nimio studio posita, sive rebellione adversus Filium Dei, sive etiam in invidia erga excellentiam hominis, quem ut sibi patrem ac æmulum aversabantur: primum ortum habuit peccatum ipsorum

in intellectu , uti dicitur , fuitque error , non speculativus , sed practicus ; qualis intellectui angelico , qui actus purus non erat , ubi justa attentio abe- rat , obrepere facile poterat .

XL. Atque angelorum ille lapsus , quanquam non sine providentiae divinae interventu contigit , non tamen Deo , sed angelis ipsis auctoribus adscribendus est , cum propria libidine & protervo voluntatis abusu è tanto fastigio exciderint . Defecerunt enim quia deficere voluerunt . Potuerunt autem deficere , quia ex nihilo conditi erant , & de nihilo participabant , unde erroribus & lapsibus ex se obnoxii erant .

XLI. De tempore , quo lapsi sunt , ex Scripturis nihil constat , cum Quo tempore creationis ipsorum præcium tempus ibi indicetur ; ut plane incertum , pore defecimo falsum sit , ante mundi hujus creationem eos jam lapsos esse , quod corinti ? Sociniani volunt . An vero diu in integritate perfisterint , atque an intra primum mundi hexa-emeron exciderint , non liquet : similiter neque primo creationis eorum momento eos defecisse , ex Joh. 8:44 . *Diabolus homicida erat ab initio , & in veritate non stetit , certo inferri potest . Hoc saltem in genere constat , lapsum eorum lapsum hominis antecessisse .*

XLII. Numerum angelorum apostatarum magnum esse liquet ex Marc. 5:9 . Luc. 8:30 . *Legio nomen meum est , quia multi sumus .* Nimirum autem audaciæ est , definire tertiam eorum partem defecisse , ex Apoc. 12:4,9 . *Et cuncta ejus trahebat tertiam partem stellarum cœli , & co- jecit eas in terram , & Draco stabat coram muliere &c . Et conjectus est Draco ille magnus , serpens ille antiquus &c. in terram , & angeli ejus cum ipso .*

XLIII. Quærere etiam Scholastici solent , an unus aliquis angelus rebellionis fuerit dux & princeps , an vero omnes simul in eandem impietatem conspiraverint ? Et Scriptura quidem nunc inter defectorés spiritus societatem & conspirationem vigere innuit : *Si Satanás Satanam ei- cit , adversus se ipsum dissidet , quomodo ergo stabit regnum ejus ?* Matth. 12:26 . Atque ordinem inter eos esse docet . *Abite à me in ignem aeternum , qui paratus est diabolo & angelis ejus .* Matth. 25:41 . *Iste non ejicit demonia nisi per Beelzebulem principem demoniorum .* Matth. 12:24 . Michael & angeli ejus prælati sunt contra Draconem ; & Draco prælatus est & angeli ejus . Apoc. 12:7 . *Diabolus conjectus est in terram & angelii ejus cum ipso .* v. 9 . Nunc δέξεται κύριος τὰς princeps mundi hujus ejicitur foras . Joh. 12:31 . *Venit mundi hujus princeps , & in me nihil habet .* c. 14:30 . Et δέξεται τὸν dauphinum meminuit : εἰ τῷ ἀπόστολῳ τῶν dauphinum

per ius in saecula non disponit. Per principem demoniorum ejicit demonia.
 Matth. 9:34. An autem ille in prima creatione angelorum ordinibus præpositus fuerit, & seditionis in celo auctor reliquos quoque spiritus commoverit & in partes traxerit; an vero post angelorum casum, hunc sibi demum ducem & moderandæ inferni reipubl. suæ principem fecerint, in ~~relinquendum~~ relinquendum est; quanquam prius non improbabile videatur.

*Diaboli
nomina.*

XLI V. Inter nomina, quibus ille tartareae cohortis princeps in Scripturis appelletur, præcipua sunt, *Beelzebul*, Matth. 12:24. ubi male à quibusdam legitur Beelzebub. Notat autem illa vox *dominum stercoris*, seu *stercorarii*, h.e. idolei, quo oracula edebat nefarius ille spiritus. *Satanas*, h.e. adversarius, Job. 1:6. *Diabolus*, h.e. calumniator. 1. Pet. 5:8. & *fi-delium & accusator*, Apoc. 12:10. *κερτός & διάβολος*, imperium mortis habens, Hebr. 2:14. *ὁ πνυπός nequam*. Matth. 6:13. *Belial*, 2. Cor. 6:15. Princeps hujus mundi. Joh. 12:31. & 14:30. & 16:11. & ab ementita deitate, *Deus hujus seculi*, 2. Cor. 4:6. Rabbinis antiquis *Sammael* dictus est, quasi **מָאֵל סָר**, deficiens à Deo: *Angelus mortis*, qui per Serpentem Evæ locutus est: unde & *Serpens antiquus* in Scripturis appellatur, Apoc. 12. & 20. *Serpentis esca pulvis*. Esai. 65:25. *Serpentem impetuosum & tortuosum visitabit Dominus*. c.27:1.

*Angelo-
rum defe-
ctorum
pœna.*

XLV. Pœna, defectionem hanc consecuta, fuit, quod angeli hi deser-tores celo exulare jussi, à Deo quoque deserti & justo judicio in infidelitate suâ confirmati sint. *Catenis tenebrarum servantur ad judicium magna diei*. Jud. v. 6. 2. Pet. 2:4. *Qui facit peccatum, ex diabolo est, nam ab initio diabolus peccat*. 1. Joh. 3:8. Unde in impietate sua obstinatissimè pergunt, atque gloriam Dei unicè convellere & homines seducere pro summo studio habent.

*Nullus ius
locus in
celo,*

XLVI. Hinc in celo nullus iis, ut *δικαιοσύνη* domicilio, relictus est locus, Jud. v.6.2.Pet. 2:4. Loca enim Job. 1:6. & 2:1. *Et fuit dies, & venerunt filii Dei, ut adficerent apud Dominum, & venit etiam adversarius inter ipsos*. & 1. Reg. 22:19,21. parabolam habent; vel si historicè accipiuntur, de regione aërea intelligenda sunt, ubi thronus Dei semper statuitur. *Contabulans aquis coenacula sua, ponens nubes vehiculum suum, ambulans super alis venti*. Psal. 104:3. *Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potentia & gloria multa*. Luc. 21:27. *Ecce nubes albae, & super nube sedens similis filio hominis*. Apoc. 14:14.

*unde ceci-
derunt.*

XLVII. Quando autem molestus hic accusator coram Dei tribunalis causa

causa sua cadit, è cælo cadere dicitur. *Vidi Satanam instar fulgoris, ex cælo cadentem. Ecce, do vobis potestatem calcandi super serpentes & super omnem potentiam inimici, & nihil vos ladet.* Luc.10:18,19. Quod præfertim factum est, quando accusatio legis abrogata, & peccatum condemnatum fuit in carne Christi: *Spiritus redarguet mundum de judicio: quia princeps hujus mundi judicatus est.* Joh. 16: 11. & Spiritu S. effuso, illata passim apud gentes lux Euangelii diabolum folio suo decadere & regnanti Christo cedere coegerit. Ut nullas jam vires amplius habeat in iis, qui fortiter ipsi resistunt: *Resistite diabolo, & fugiet a vobis,* Iac.4:7. *Adversarius uester diabolus, ut leo rugiens obambulat, querens quem deglutiatur; cui resistite firmi in fide.* 1. Pet. 5:9.

XLVIII. *Catenis tenebrarum interea affervatur, ad judicium magna ad iudicii, 2. Petr. 2:4. Jud. v. 6. h. e. à Deo veluti abdicatus, & cælo æterni dicum servatum extorris, omni etiam misericordiae ac gratiæ spe excidit, æternis tecum nebris damnatus. Ubi amarissimos cruciatus, ex regni sui in terris dispensiis & Ecclesiæ prosperitate, patitur; dum interim intentiores cruciatus quos jam præsentisicit: *Demonia quoque credunt & horrescunt.* Jac. 2: 19. *Venisti huc, ut torqueres nos ante constitutum tempus?* Matth. 8: 29. *Et rogabant eum, ne imperaret sibi ut abiret in abyssum.* Luc. 8: 31. post magnum judicij diem exspectat; quando cum universa dæmonum societate judicandus, atque in pœnarum locum in perpetuum ablegandus erit. Math. 25: 41. *Exsocrati abite a me in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.* coll. v. 34. *Adeste benedicti Patris mei &c.**

XLIX. Utitur interea Deus in mundi regimine ipsorum tanquam *interrex* tortorum opera, ad castigandos electos, seducendos autem reprobos. Job. *Deus ius* c.1. & 2. *Nesupereminentiâ revelationum supra modum efferrer, datus est ut tortori- mihi surculus infixus carni, angelus Satan, ut me colaphis cedat.* 2. Cor. *bus utitur.* 12:7. unde ἀγκα, ἱερόν, δύρασις, & κομψοτέρες & οὐτες & αὐτοὶς appellantur, Eph.6:12. & 2:2.

L. Non tamen infinita eorum potestas est, sed certis limitibus circumscripta. *Dixit Dominus Adversario: Ecce, quicquid ejus est, in manu tua tamen ei- sit, tantum in ipsum ne mittas manum tuam.* Job.1:12. *Ecce, indidit Ie- rum pot- hova spiritum mendacii ori omnium istorum prophetarum &c.* 1.Reg.22: 19-23. *Damones precabantur Iesum, dicentes: Si ejicis nos, permitte no- bis abire in gregem porcorum illorum.* Matth. 8:31, 32. *Magi Ægyptii incantationibus suis non potuerunt producere pediculos.* Exod. 8: 18.

Solve quatuor angelos, qui ligati sunt ad fluvium magnum Euphratēm. Apoc. 9:14. *Comprehendit Draconem, qui est Diabolus, & vinxit eum mille annos.* Apoc. 20:2. confer Matth. 12:29. *Quomodo potest aliquis ingredi domum potentis, & vasa ejus diripere, nisi primo vinxerit potentem illum, & tunc domum illius diripiet?* Et Paulus quidem sublunari regione eorum potentiam coercere videtur, (*in quibus peccatis ambulastis aliquando, secundum seculum hujus mundi, secundum principem $\tau\delta\pi\alpha\tau\alpha$ $\xi\kappa\sigma\alpha\tau\alpha$ $\tau\delta\pi\alpha\tau\alpha$ potestatis aëris, flatus, qui nunc operatur in filiis inobedientia.* Eph. 2:2.) quam variis modis spiritus hic cire ac agitare, & in ista ventorum ac fulgurum officina mira ac sæva moliri norunt. *Ignis Dei cecidit de cælo, & usit oves & pueros, atque devoravit eos.* Iob. 1:16. quo etiam à quibusdam refertur historia quæ est Matth. 8:26. & Luc. 8:24. *Tunc exasperatus objurgavit ventos & mare: & facta est tranquillitas magna.*

circa animantia,

LI. Similiter circa animantia, et si magna eorum potestas sit, ut eorum corpora induere, Gen. 3, iisque varie ad humano generi nocendum abuti possint, non tamen omnia possunt. Et præsertim quoad *eorum generationem*, et si agilitate sua ac celerrimo motu eam in animalibus imperfectioribus promovere valde possint, dum activa passivis applicant, producere tamen ea ex materia prorsus inepta ac indisposita non videntur posse; quod in magis Ægyptiis patuit. Exod. 8:18.

& homines;

LII. *Hominem quod attinet, in corpus ejus multum procul dubio polent, & valetudinem ejus affligere, ac acerbos casus immittere possunt.* Tunc assūmit eum *Diabolus in sanctam urbem, & statuit cum super pinnas templi.* Matth. 4:5. Rursus assūmit eum diabolus in montem sublimem valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. v. 8. Ecce, mulier adfuit, habens spiritum infirmitatis ab annis decem & octo: eratque incurva, nec prorsus sese poterat surrigere. Luc. 13:11. *Hanc filiam Abrahami, quam vinxerat Satanás, ecce decem & octo annos, non oportuit à vinculo isto solvi die Sabbathi?* v. 16. *Exivit Satanás a facie Domini, & percussit Jobum ulcere maligno a planta pedis ipsius usque ad verticem ipsius.* Job. 2:7. *Respicie ad filium meum, nam unigenitus est mihi.* Et ecce, *spiritus apprehendit eum, & ipse repente clamat, & spiritus discerpit eum spumantem, & vix discedit ab eo, conterens eum.* Luc. 9:39. coll. Marc. 9:17. & seqq. Quin permittente Deo, humores mirifice ciendo, ac rerum imagines in cerebro turbando ac invertendo, in furorem adigere eum possunt. Occurrunt Iesu cum venisset in regionem Gergesenorum duodemoniaci, è monumentis prodeuentes: sævi valde, adeo ut non valeret quis-

quisquam præterire per viam illam. Matth.8:28. Cum qua rabie mores ferini, & tristis illa melancholia, quam per errorem *Lycanthropiam* esse putant, conjuncta sæpe sunt. In ferinos enim habitus ac lupos homines convertere, & nobilissimam creaturam belluinis exuvii convestire, ac ipsas denique rerum naturas transmutare, vires eorum supergreditur.

LIII. Speciatim in *Energumenis* eorum in corpora potestas patet, qui *principiæ malignum spiritum habitatorem* nacti, ab eo miserè torquentur, & misericordia sæpe modis aguntur, ut ea interdum ab iis fiant, quæ naturaliter ab homine fieri non possunt; quorum crebra, præfertim in historia Euangelica sub adventum Christi, exempla occurunt.

LIV. In *animam* quanquam immediate illabi, eamque intimè affari, *in animam* & quibuscumque velit formis ac ideis implere forte non possit, ut ante vidimus; phantasæ tamen ope, ac per externos sensus, valide eam quatere, ac multis modis tentare potest; nunc terrens, ac proprio vultu se ostendens, nunc blandiens, ac cœlestem spiritum mentiens, 2. Cor. 11. qua fraudem potissimum nocere solet.

LV. Non tamen omnia hominum peccata diabolo auctori adscribenda veniunt. Satis enim ad patranda ea sibi ipsi homo sufficit. Tunc autem potissimum à malo spiritu tentamur, cum subitaneo & vehementi impulso perurgemur, & nos præter solitum nonnunquam ad peccata ferri, ac veluti in præceps agi sentimus; maximè cum ad tetra ac nefanda quædam, à quibus alioquin abhorrire solemus, follicitamus & abripimur.

LVI. Est autem hæc singularis ejus *μεθοδία*, quod è longinquo ple- *singulari-* runque ad scopum suum tendat, & longo circuitu ad destinatum finem *μεθοδία*. perveniat. Unde multis sæpe seculis futuro operi fundamenta orditur, quæ denique diu post mirantibus hominibus in apertum producat; quod in Antichristi regno in Ecclesia erigendo ad oculum patuit.

LVII. Ad dæmonum operationem etiam *Magia* pertinet, qua ex tacito vel expresso cum iis foedere, magi miranda quædam operantur, nullis ad ea adhibitis causis naturalibus, vel iis plerunque ineptis & invalidis, qualia sunt characteres, verba, collectæ certo ritu herbæ, atque alia ludicra & infanda.

LVIII. Distinguendum autem inter ipsos magos est; quorum quidam diaboli ope mirifica quædam patrant, & sensibus ludos faciunt, quales sæpe doctiores; alii beneficiis grassantes publicæ humani generis pestes ac alasores sunt, quales Hecate, Circe, Medea; quidam denique ex imaginario cum diabolis foedere multa sibi peragere videntur, cum tamen,

tenacissima melancholia obsepto ac stipato cerebro, nihil tale perpetrantur: quales plerunque Lamiae ac Striges sunt, in quas superiori saeculo maximè saevitum; quæ tamen mollioribus remedii curandæ, & ad bonam mentem reducendæ, non autem ultimis poenis afficiendæ forent, quales veris duntaxat magis constitutæ sunt. Exod. 22:

LIX. Quæ à magis factitantur miracula, mira potius & præstigiæ sunt, quam vera miracula; & quæ de magis ac beneficis Thessalii narrantur, quæ carminibus suis Solis ac Lunæ cursus averterint ac stiterint, meræ sunt fabulæ & mendacia: Soli enim Deo naturæ auctori competit naturæ ordinem mutare, nec quicquam dæmonum potestas huc valet. *Benedictus. Dominus Deus, Deus Israël, faciens mirabilia solus.* Psal. 72:18: *Qui facit miracula magna solus, quia in seculum est gratia ipsius.* Psal. 136: 4. vide Josuæ c. 10. & Esai. c. 38.

*ad quam
Pontificio-
rum exor-
cismi revo-
randi.*

LX. Ad magiam revocandi sunt Pontificiorum Exorcismi; qui si confessos aliquando liberent, non ea vera dæmonum ejactio, sed cum dæmone potius collusio est, ejusque voluntaria cessio, qua corpora hominum deserit, ut mentes ac spiritus eorum occupet, & in erroribus potenter confirmet. Quale etiam quid factum videtur à Judæorum Exorcistis. *Et, se-
ego per Beelzebulem ejicio dæmonia filii vestri per quem ea ejiciunt?* Matth. 12:27. *Aggressi sunt quidam ex circulatoribus Iudeis exorcistis nominare.* Super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu. &c. Act. 19: 13. Christus enim solus potestatem habet dæmonia ejiciendi, atque id veluti signum indubitatum profert, regnum cœlorum jam advenisse. Obsessi ergo non impia ista arte curandi, sed potius sanctis precibus Deo commendandi, & in ista lucta ac certamine divinis solatiis confirmandi sunt. Idemque de signis & miraculis in Papatu editis judicandum est, quæ singulari Satanæ efficacia ac dolo ab Antichristo fieri dicuntur. *Cu-
jus adventus erit secundum operationem Satanae, in omni potentia, & signis,
& prodigiis mendaciis.* 2. Thess. 2:9. *Et faciebat Bestia signa magna &c. &c.
seducebat habitantes in terra propter signa quæ ipsi datum erat facere &c..* Apoc. 13: 13, 14.

SPEC-
TRIS
Diaboli
hominibus
illudunt.

LXI. Specbris etiam hominibus illudere, & assumto corpore humano iis occurrere nonnunquam solent diaboli; sive externam speciem in aëre solum simulcent, sive mortuorum cadavera ingrediantur, atque illa circumferant. Vera enim humana corpora producere non possunt. vide Luc. 24: 38, 39: multo minus mortuos excitare, vel animas defunctorum sibi suis evocare, iterumque terris ostendere. vide Luc. 16.

LXII. Quod-

LXII. Quod cum in piorum animabus adhuc minus locum habeat, quorum ne exuviis quidem illudere, conditosque cineres infestare, vel immiso spiritu ac agitatore dæmone animare videntur posse, conf. Jud. v.9. *Michaël Archangelus, cum diabolo disceptans colloquebatur de corpore Mosis; quæ de evocato Samuele, 1. Sam. 28. narrantur, vel spectro diabolico adscribenda sunt, qui improbe Samuelem mentitus Saulem postridie ad se descensurum vaticinabatur: vel mera potius fuit impostura, & scena improba mulieris arte extructa, quæ Sauli mentiebatur se Samuelem videre, cujus tamen speciem quo minus ipsi regi ostenderet, satis cavebat. Sicut & alia fraudis indicia in texu latent.*

LXIII. Unica autem averruncandorum istorum spirituum via est, adversus insidias eorum pietate, fide, ac iugi oratione se communire, deque Dei ope ac auxilio adversus eorum vim & insidias benè sperare. *Datus est mihi surculus infixus carni, angelus Satan, ut me colaphis cœdat, ne supra modum efferrar. Super hoc ter rogavi Dominum, ut abscederet a me. Sed dixit mihi, sufficit tibi gratia mea. 2. Cor. 12: 7, 8, 9. Et ipsi vice-runt Draconem, propter sanguinem Agni, & propter sermonem testimonii sui. Apoc. 12: 11. An ignoratis, fore ut Angelos judicemus? 1. Cor. 6: 3. Deus pacis conteret Satanam sub pedes vestros citio. Röm. 16: 20.*



LIBER III.

De Oeconomia Fœderis naturæ seu operum, & Fœderis gratiæ in genere.

LOCUS OCTAVUS

De homine ad imaginem Dei condito, & Fœdere Dei cum ipso.

CAPUT I.

De imagine Dei in homine.

*Angelos
excipit ho-
minis gu-
bernatio.*



I Tque hæc quidem angelorum creatio & gubernatio. Cum vero , juxta veterum monitum , *γενετὴν* , præcipue ad cognitionem nostri attendendum sit , descendamus nunc à creaturis mere intelligentibus ad hominem , spiritum corpori unitum , & perlustrata ejus origine contemplemur ejus gubernationem ; quod maximum Dei in mundo opus , reliquorumque omnium veluti compendium est. Non enim frustra ac si ne consilio Deus humanam gentem condidit. *Quare frustra creases omnes filios hominis?* Psal. 89: 48. Adeoque illam , veluti præcipua sua cura dignam , & amat , & curat , & sanctissimis modis regit.

*Qui ima-
gine Dei* II. Ac hominem quidem , quo melius cœlestem originem referret , ac dignum Deo opus existeret , imagine sua decoravit , quæ præcipua ejus gloria est , qua reliquis creaturis longe supereminet . Gen. 1: 26. *Faciamus hominem in imagine nostra , secundum similitudinem nostram ,* h.e. imaginem simillimam , aut imaginem similitudinem habentem , ut Gen. 5: 3. *Et genuit Adam in similitudine sua secundum imaginem suam.* Ut frustra à Pontificiis imago ad naturam , similitudo ad virtutes referatur .

Que non III. Imago hæc non in corporis figura vel habitu externo consistit , *consistit in* qua homo vel Deum ipsum , juxta Anthropomorphitas ; vel juxta alios Chri-

Christum, Dei filium referret, cum humanâ lustrans sub imagine terras *externis corporis*, inter homines olim conversatus foret; nam etiam si homo non peccasset, tamen Christum incarnandum, h.e. frustra in terras venturum, sine ulla Scripturâ auctoritate hi homines statuunt: sed in animâ expressa est, ejusque dotibus plane divinis, atque instar derivatæ de cœlo lucis in recens nato homine coruscantibus constat.

IV. Atque hisce tribus fere absolvebatur partibus: 1. antecedenter *sed internâs & divinis animâ dotibus.* enim ea in spirituali & immortali animæ natura, inque intelligendi & volendi facultate, consistebat, 2. formaliter autem & præcipue in animæ dotibus, sapientia & sanctitate. 3. & consequenter in hominis totius immortalitate, & in creaturas dominio. Quorum primum erat veluti pretiosa tabula, in qua imago Dei duci & effigi poterat; secundum ipsa illa divinitatis imago & simulachrum; tertium imaginis illius late splendentis fulgor, & veluti radii, qui non animam solum, sed universum hominem corpusque ipsum collustrabant, illumque mundi Dominum ac principem, & velut æterni Dei amicum & focium pariter immortalem reddebant. Non enim templum istud, in quo imago ista dedicata erat, corrumpi vel everti poterat.

V. Et animæ quidem natura spiritualis ad imaginem hanc capiendam prærequirebatur. Quod ostendit Paulus, cum docet, ideo non debere nos putare τὸ θεὸν, numen, esse simile auro vel argento vel lapidi, sculptura artis & cogitationis humanae, quia nos Dei genus sumus. Ad. 17:28,29. Non autem proprie eam exprimebat. Cum cogitationes ejus possint esse vanæ & stultæ, & voluntas mala & perversa, quibus Deo nihil magis dissimile, magisque inimicum est. Homo, qui est in gloria, & non intelligit, assimilatus est pecudibus, quæ extinguuntur. Psal. 49:21. Hi autem, quæ ignorant, blasphemant; quæ autem, ut ratione parentia animalia, norunt, in his corrumpuntur. Jud. v. 10.

VI. Primario igitur & proprie in animæ dotibus, atque intellectus voluntatisque rectitudine, quam Ecclesiastes tantopere prædicat (*Tantum, vide, hoc inveni; quod fecit Deus hominem rectum; & illi quasi levare sibi ratiocinia multa. c. 7:29.*) illa ponenda est: in sapientia videl. & justitia. Et induit novo illo homine, qui renovatur ad cognitionem secundum imaginem ejus qui ipsum condidit. Col. 3: 10. Et induere novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate (sive sancto studio) veritatis. Eph. 4: 21.

VII. Sapientia primum hominem excelluisse extra omne dubium est, *Sapientia atque nempe,*

atque ex sacra historia constat: ubi animantium veluti censu instituto, singulis nomina naturae ipsorum convenientissima indidit; & Evæ ortum divinitus agnivit, ac sanctissimè de matrimonio differuit, ejusque leges futuro mundo edixit. Cumquè divina familiaritate frueretur, mundi creationem, cui videlicet nascenti coævus ipse fuerat; Dcumque conditorem, ipsamque S. S. Triadem in opere isto laborantem ignorare non potuisse videtur. Et quanquam ipsum universam naturam percalluisse non statuamus, quo tamen ab erroribus sibi caveret, rectum istum animi habitum habebat, ut non facile nisi de rebus probe perceptis judicaret. Ut non sine probro Sociniani primo parenti puerilem fere ignorantiam & stuporem affingere non dubitent, ex male intellecto loco Gen. 3:7. *Et aperti sunt oculi amborum, & cognoverunt quod essent nudi.*

& sanctitate.

VIII. Addit huic Apostolus *sancitatis & justitiae studium*; quod ὥστε τῆς ἀληθείας appellat, h. e. *sancrum & intemeratum studium veritatis*, vel *sancitatem voluntatis veritatem amantis*, aut simpliciter per *iv. 27. δυνιν, sanctitatem veram.*

*Rectitudo
hac imagi-
nis Dei ho-
mini est
naturalis.*

IX. Quæ justitia homini primo isto statu, dum recens ex manibus Dei exiret, debita & naturalis erat. Non enim Deus absque illa hominem creare, nec hic sine eâ existere poterat; cum alioquin fine suo ad quem conditus erat, videlicet ad Deo suo fruendum, inque eo gaudendum, excidisset; nec opus ad Dei gloriam, & tali conditore dignum fuisset.

*Quod e-
vertunt
Pontificii,*

X. Ut operis Dei sanctitatem, primique hominis excellentiam non leviter laedant *Pontificii*, dum justitiam hanc primo quidem homini concessam, sed indebitam & *supernaturalem* statuunt; vestis instar pretiosæ, quæ externè ipsis superaddita fuerit; vel, uti ajunt, instar fræni aurei, ad carnis motus, & internos tumultus, qui alioquin ex materiae labore orituri erant, compescendos. Sic videlicet illi, ut corruptæ naturæ ad blandiantur, hominemque post lapsum externâ tantum veste spoliatum, cætera adhuc integrum, faciant, instituunt, & Dei sanctitatem non parum violare, ac præcipuum ejus opus prorsus descedere non erubescunt. Dum enim justitiam hanc homini supernaturalem dicunt, eo hominem sine illa creatri eaque carere posse, & nihilominus opus Deo creatore non indignum fore, fatentur: & sicut illam ad frenandam concupiscentiam extra ordinem datam docent, ut illam supernaturalem reddant; ita vicissim concupiscentiam homini à Deo creato naturalem, ipsumque tandem Deum peccati auctorem faciunt.

& cum le-

XI. Cadit etiam status *pura natura*, commentum Pelagii, à *Iesuitis*, ut &

*ut & Remonstrantibus ac Episcopio avide arreptum; quo hominem in *suum Re-**

monstran-
prima creatione nec justum nec injustum ponebat, sed ad utrumque pa-
tes com-
ratum, & virtutis vitiorumque semina recipere pariter idoneum. Quo-
modo & posteri ejus nunc nascantur. Verum talis puræ naturæ status nec
extitit unquam, cum homo non nisi sanctus & Deum suum amans à
naturæ.

Deo conditus sit: unde Scriptura illum non נקִי אָמֹר, & sceleris pu-
rum, sed יְשַׁעַתְּךָ rectum, integrum ac sicutum appellat. Hoc inveni;
quod fecit Deus hominem rectum. Ecc. 7: 29. neque etiam existere po-
test, & rationali hominis statui repugnat: cum enim tam eximiis animæ
facultatibus instructus sit, necessario iis vel bene vel male utitur, & vel in
Deum vel in creaturas tendit, atque vel recto amore gaudet, vel vitiō
& terreno corrumpitur; ut extra virtutis ex aequo esse, & in utro-
rumque veluti confinio degere, creature rationali prorsus impossibile fit.
Et satis patet quo hæc tendant, & quantopere lapsa naturæ hi homines
adulari studeant, quam dum ad primæ integritatis statum redigere non
possunt, illum contra corruptæ naturæ labi aspergere & contaminare
non verentur.

XII. Atque hujus erroris diversa tantum facies est, quod *Sociniani*, *Quibus sub*
quibus Anabaptiste accedunt, homini antequam peccaret innocentiam alia erroris
tantum quandam attribuunt; & conditum quidem bonum dicunt & sine facie acce-
vitio, verum etiam sine justitia originali, cuius habitum sibi demum plu-
ribus actionibus acquirere debuerit. Quibus addunt, cum bona sint alia Soci-
simpliciter, alia relative talia; quorum illa recta, hæc sibi bona vocant; &
hominem non recta, sed sibi bona naturaliter appetiſſe. Quæ effata, præ-
ter jam notata, peculiares suos errores habent; & non tantum hominem,
non ex habitibus, sed ex actionibus solum, bonum & rectum fieri volunt,
quod etiam nunc obtinere putant; quo gratiam sanctificantem, utpote
libero arbitrio adversam, imminuunt & evertunt: sed hoc omne tandem
præstruunt, ut postea in doctrinâ de Christo impias suas sententias meli-
ustueri possint, quem videlicet mundum doctrinâ sua solum illustrasse, &
veram integritatem ac vitæ æternæ spem attulisse, dicunt.

XIII. Comitabatur Dei imaginem, camque magis augustam redde- *Imaginis*
*bat, cum hominis totius *immortalitas*, tum in res creatas *dominium*. *Dei comes**

XIV. *Immortalitas* hæc non animæ solius, quæ etiamnum viget, sed *immorta-*
*totius hominis atque etiam corporis intelligenda est; ut, si homo non pec- *litas, &**

*casset, non moriturus, sed aeternum Deo suo bonisque ejus fructurus fuif- *quidem**

*set. Augustinus ut duplicem mortalitatem distinguit, alteram qua pri- *totius ho-**

mus minis.

mus homo mori poterat, alteram qua post gustatam arborem mori debebat: sic etiam *duplicem immortalitatem* ponit, *primam*, posse non mori, quia homo poterat non peccare; *secundam*, non posse mori, quæ erit futuræ vitæ, quam & alicubi *majorem immortalitatem* appellat. Adamo autem prior immortalitas competebat, habebatque *potentiam non moriendo*, & si illo in statu persistisset, etiam moritus non fuisset; deinceps autem erit *impotentia moriendo*.

Quam Pontificii perperam supernatu- ralem sta- tuunt,
& post Pelagium Sociniani & Anabaptista negant.

XV. Non recte eam *Pontificii* primo homini supernaturalem faciunt; cum justitiæ originalis, quæ homini naturalis erat, fructus foret; sicuti mors injustitiæ. *Stipendium peccati mors, gratioſa autem largitio Dei vita aeterna in Christo Iesu Domino nostro.* Rom. 6: 23. Potissimum autem in controversiam eam vocant, post *Pelagium, Sociniani & Anabaptista*, qui hominem mortalem creatum, mortemque non peccati, sed naturæ sequclam esse statuunt: unde Adamum, licet in integritate perseverantem, & cœli candidatum, tamen non nisi intercedente morte illud obtenturum fuisse autumant: adeoque mortem in genus humanum ab Adami labore derivatam negant; quomodo nunc & infantes moriantur, sine ullo reatu: quin & Servatori nostro, licet omnis peccati experte eandem fortè subeundam fuisse. Quæ & beato primi hominis statui, & Scripturis manifesto adversantur.

Qui redar- XVI. Cum enim homo conditus foret in statu felicissimo, ut Deo, *guuntur,* tanquam unico suo fine, perpetuo satiaretur, nihil profecto felicitati illi *ut pote bea-* magis inimicum erat quam mori, & votis suis sanctissimis frustrari, & *to hominis* fessam anhelantemque animam ex Dei veluti amplexibus excuti, bonorumque ejus communione privari, quasi Deum querens non verum suum bonum, sed umbram solum aliquam sectata fuisset. Non minus autem corpore quam animo superstes manere debebat. Cum anima in eum finem creata sit, ut in corpore degat, ejusque hospes & comes sit, & sine eo beata esse non possit: neque etiam Deus, sine ulla causa, temere opus manuum suarum corrumpere ac destruere, velut ei iratus, soleat; tum enim illud ne quidem creavisset. *Num bonum tibi est, ut opprimas? ut spernas laborem manuum tuarum?* Job. 10: 3.

l. 1. 2 (3) 43. & s scri- XVII. Sed & S. Scriptura peccatum unicam mortis causam facit; cum *piute ad-* in prima comminatione. *Quocunque die comederas, de arbore cognitio-* nis boni & mali, *moriendo morieris.* Gen. 2: 17. tum in implemento *versantes.* *ejus: Pulvis es, & in pulverem reverteris.* Gen. 3: 19. Quo & Apostolus respicit, perspicue assertens, *per unum hominem peccatum in mundum intrasse,*

trasse, & per peccatum mortem, & ita in omnes homines mortem pertransiisse. Rom.5: 12. Item stipendia peccati esse mortem. c. 6: 23. & corpus mori propter peccatum. c.8:10. Ad quæ loca dum excipiunt, per mortem, æternam mortem, ex qua reditus non detur; vel vitæ hujus calamitates, non sine tædio ad mortem ducentes; vel mortis denique necessitatem, aliquæ ejus postquam ex peccato aliquid maledictionis traxit, faciem intelligi; non autem mortem corporalem; manifesto nimium prævaricantur: dum, ex solo sententiæ suæ præjudicio, quæcunque per mortis vocabulum ullibi significantur admittunt, & vulgatissimam ejus significacionem, quæque primo intuitu nobis occurrit, quæque præfertim Gen.2:17. phrasij morte morieris in Scripturis tam sæpe denotatur, excludunt.

XVIII. Quod objiciunt, hominem primum ex pulvere compositum non potuisse non in illum rufus dilabi; secundum illud Gen.3:19. *Pulvis es, & in pulverem reverteris*, illud tanti non est. Cum nihil repugnet Deum ex vili luto æternum ac mansurum opus excitare. Verba enim, Gen.3:19. *Pulvis es, & in pulverem reverteris*, naturam corruptam spectant. q. d. factus es per lapsum, qui conditus eras *χοικὸς pulvereus*, etiam *φθερὸς corruptioni* obnoxius, elongatus à spiritu & vita Dei. Atque hoc referenda quoque Apostoli verba sunt, 1. Cor. 15:44,45,47,48,49. ubi opponit corpus *ψυχὴν & πνεῦματον*, & primum hominem factum in animam viventem, secundum in Spiritum vivificantem dicit; primumque hominem ex terrâ *χοικὸν*, secundum vero Dominum de cælo vocat. denique addit, *qualis pulvereus, tales & pulverei, atque ut gessimus imaginem pulverei, sic & geremus imaginem cœlestis*. Illa enim non mortem vel corruptionem, sed animalem tantum in terris vitam describunt, quam Adamus solam posteris suis propagaturus erat, quamque nunc ex peccato etiam morti & corruptioni obnoxiam illis tradidit. Non enim primus homo vitæ spiritualis atque prorsus immutabilis suis auctorem, quod est esse *πνεῦμα τὸ ζωοποιόν*: hanc enim per Christum, secundum Adamum, unicum cœlestis ac spiritualis vitæ auctorem, acquirimus. Neque ipse, licet non moriturus, tamen jam à primo conditu suo possidebat *ἀφρεσίαν*, seu incorruptibilitatem omnimodam, sive *immortalitatem* istam majorem, ut Augustin. loquebatur, qualis post resurrectionem deum in æternitatis candidatis obtinebit. Habebat autem corpus *ψυχὴν animale*, & necdum *πνεῦματον spirituale*, ut Apostolus distinguit; quale licet non sit *φθερὸν*, nec ad corruptionem & mortem ex se Vergat, necdum tamen etiam est *ἀφθαρτὸν*; istud enim majorem immortalitatis

tatis gradum & impotentiam moriendi dicit.

XIX. Alterum imaginis Dei consequens fuit **dominium** in res creatas, homini ut creaturarum principi attributum. De homine enim creando narratur: *Dixisse Deum, faciamus hominem cum imagine nostra, secundum in dum similitudinem nostri: יְהוָה!* & dominantur, vel ut dominantur, sive, res creatas. qui dominantur in pisces maris & in alites cœli, & in pecudes, & in totam terram, & in omne, quod se movet super terra. Gen. 1:26. De creatis autem, quod eis benixerit Deus, & ipsis dixerit: multiplicamini & implete terram & subigit eam & dominamini in pisces maris, & in alites cœli & in omne vivens quod se movet super terra. v. 28. Quare Adam omnibus animalibus sua quoque imposuisse noshina legitur. Gen. 2:19. Hinc res omnes ipsi tanquam mundi domino famulari, atque usibus ejus servire debabant, ipseque iis omnibus justè uti; tanquam serperastris, quibus erigebatur ad considerationem, aestimationem & desiderium fruitionis Lei ipsius, ut boni sui summi & omnibus rebus sensibilibus majoris, ac in eo creatore suo unice gaudere ac deliciari poterat. In quo rerum omnium principatu imago Dei paulo vividius radiabat. Unde *καὶ ἐξέλεγον vir ob peculiarem istam dignitatem ac potestatem imago & gloria Dei dicitur.*
1.Cor.11:7.

XX. Ad hoc dominium hominis quoque spectat esus carnium animalium, illi à prima origine concessus. Subjectio enim animalium homini sine esu eorum parum profuisset; cum multorum nullus sit usus nisi esus. Nec obstat quod solæ herbæ homini in cibum datæ videantur. Alter enim apparebit, si recte verba Mosis accipientur, quæ hæc sunt, Gen. 1:29, 30. *Ecce do vobis omnem herbam semen facientem, quæ est in tota terra, & omnem arborem, quæ habet fructum arboreum semen facientem (vobis erit ad comedendum) וְלֹכֶד תַּחֲתָה imò etiam omnem bestiam agri, & omnem alitem cœli, & omne, quod se moveat in terra, in quo est anima viva, cum omni olere herbaco in cibum.* Ubi præter herbas carnes quoque homini concessas fuisse clarum est. Neque enim com. 30. dicitur *omni bestiae agri olus datum esse, sed bestias agri cum olere homini juxta herbas in cibum datas esse.* Illud enim ? ibi non dativum, sed inclusiō nem notat, ut Efai. 32:1. Sub animantibus autem *in quibus est anima viva, pisces quoque continentur.*

XXI. Errant vero Sociniani, dum solo hoc dominio, & rectæ rationis usu, sine quo exerceri non poterat, omnem Dei imaginem comprehendi & absolví statuunt. Cum imago Dei dicat quod in homine augustissimum,

rum, Deoque maxime simile est, veluti justitia, sanctitas, sapientia, qui *ginem ab lucidissimi ejus sunt radii*; sine quibus nec ipsum illud mundi dominium *solvista habere vel retinere poterat*. Unde corrupta hac imagine etiam dominum illud periit. homini enim impuro nunc omnia sunt impura: & juxta Apostolum Rom. 8:20, 21. rerum natura non sine tædio ipsi servit, & fessa ac languens tantum non gemitum edit, ac jugo isto liberari petit. Ut in imagine Dei dotes istæ animæ primo loco intelligi semper debeant. Iniquum enim nimis esset, imaginem Dei ita collocare in rerum omnium sub homine subjectione, ut ipse non foret homo subjectus Deo, per veram sanctitatem & justitiam. Gen. vero cap. 1:26. non dominum ipsa Dei imago dicitur, sed homo imaginem istam accipit ut dominetur, adeoque illa eo prior est. Sic enim illud in textu accipiendum est, ut Gen. 9:27. *Allicit Deus Iaphetum, יְהוָה ut habitet in tentoriis Semei.* Gen. 23:8, 9. *Intercedite pro me apud Hephrönem יְהוָה ut det mihi speluncam &c.* Dan. 5: 2. *Belscharzaz jussit in potu vini afferri vase aurea & argentea.* ---- *יְהוָה ut biberent in eis &c.*

C A P U T III.

De Fœdere Dei cum homine primo.

I.  Onditis isto in statu hominibus, humano genere multiplicato, locus fuisset inter homines, in ordine ad proximum suum, statui naturali; juxta quem homo nullo adhuc pacto, nullaque lege positiva cum aliis colligatur. Cumque summa integritas obtinuisse, sola charitas tum viguisse, ex qua sine ulla fraude vel injustitia omnia proximo suo officia detulisset.

II. Atque hunc quidem respectum habiturus fuisset homo ad proximum suum, qui ipsi par, ejusdemque mundi incola ac haeres fuisset. Deo autem conditori suo arctiori longe nexus erat obligatus; & summam ejus majestatem ac imperium in omnes creaturas, ac præsertim hominem, imaginem ejus gerentem, agnoscere ac submisse revereri tenebatur. Homo enim, cum Dei imagine creatus, non potest non Deo subordinari, & in omnibus subjici: Deusque ipso uti, deque eo, ut creatura suâ, facere quicquid libet, ipsi leges ponere ac infinitum voluntatis ambitum circumscribere, inobedientem denique punire potest.

III. Quod tamen absolutum suæ voluntatis imperium per justitiam, sapientiam, ac bonitatem suam multipliciter temperat. Unde quanquam proprie dicta justitia, seu juris istud commercium, inter Deum & creaturam locum non habet; tamen non nisi sanctissimè jure suo utitur, idque quibusdam veluti legibus ipse astrinxit. Sic quanquam ex.gr. Deus homine pro arbitrio uti, non tamen ad peccata & scelera eo abuti potest: nec leges ferre factu prorsus impossibilis: vel eum denique supra meritum punire: repugnant enim ista sanctitati, perfectioni, sapientia & benignitati Dei, in ipsa ejus creatione tam recenter ostensæ, quæ longe aliud Dei consilium ac ordinem ostendit, & bonitatis ac perfectionis Dei vivum testimonium est.

Qui eum ex sua benignitate ad propriorum sui communioninem invitavit initio Fædere.

IV. Atque ex hac Dei benignitate est, quod creaturam sibi ultro subditam, ac ex naturali obligatione omnia debentem, initio fædere ad propriorem sui communionem invitare, ac imperium suum planè despoticum ista amoris & mutuaæ obligationis *singatix* temperare voluerit. Ut jam homo, certissimo aditu ad beatitudinem facto, eam non ex mera solum Dei bonitate, & naturali in creaturas amore, sibi quoquo modo polliceri, verum etiam ex pacto, adeoque propter veritatem & fidelitatem Dei certo expectare possit. Atque infert hæc fœderis conventio remunerationem ac liberalitatem quandam majorem & abundantiorem, quam homo sibi ex jure Dei per naturam cognito promittere potuisset.

Fædus, ברית/ בְּרִית

V. Fædus à feriendo, aut fide, aut potius à fædando derivatum, quod sanguine animalis fuso humus fœdabatur, in Scripturis Hebraice est *ברִית* / quod est *eligere*, quia in fœdere faciendo est conditum *אֶלְגָּז*; ac electio; vel juxta alios à *ברִיא* / quod in Pihel est succidit, quia discesso animali fœdera sanciebant. vide Jer. 34: 18, 19. *Qui transgressi sunt fædus meum, qui non rata fecerunt verba fœderis, quod fecerunt coram me, fœderis vituli, quem secerunt in duas partes, inter cujus partes transferunt, principes Iudeæ &c. qui transferunt inter partes vituli.* Unde usitatum *ברִית ברִית*, scindere pactum seu fædus. *Iehova Deus noster secuit nobiscum fædus in Horeb.* Deut. 5: 2. *ברִית יְהוָה בְּרִית secuit Josua fædus populo die illo.* Ios. 24: 25. & simpliciter *ברִית*; ut in hisce, *וַיְהִי בְּרִית* / *secuit Iehonathan cum familia Davidis.* 1. Sam. 20: 16. *Cum searet filius meus cum filio Isai.* c. 22: 8. *אֲשֶׁר גִּתְּתִּי Cum searet Dominus cum filii Israël.* 1. Reg. 8: 9. Græcis dicitur *Ἄνθρωπος*, quæ vox iis sæpè pro *τυράννῳ*, pacto, venit, & simul respondet Hebreo *ברִית*, in significatione testamentariæ dispositionis. *Ἄνθρακες κενογενεῖς*

Ἄριτχον hominis ratum factum testamentum nemo rejicit aut supra disponit. Gal. 3: 15. οὐτε γέ *Ἄριτχον ubi enim Testamentum est, mortem necesse est contingere* & *Ἄριτχον, Testatoris.* Hebr. 9: 16. *Αὐτὸν ἡ Ἀριτχη ἔταιρος Hoc est Testamentum, quod disponam domui Israël, &c.* Hebr. 8: 10.

VI. Fœdus Dei est conventio inter Deum & hominem, qua Deus laté lege declarat homini rationem percipiendi sui amoris, & unionem ac communionem ipsius fruendi; & homo rursus rationem fœdere præscriptam amplectitur, ac servaturum se promittit, & ex fœdere remunerationem ac mercedem expectat. Qualis fœderis pangendi formula egregiè exprimitur Deut. 26: 16-19. notabilibus hisce verbis: *Hoc die Dominus Deus tuus præcipit tibi facere statutā & iudicia hæc ---- Dominum jussisti dicere hodie, quod factus sit tibi in Deum, & quod ambules in viis ipsius ---- & Dominus jussit te dicere hodie, quod factus sis ipse in populum peculii &c.* Synecdoche autem est, cum fœdus pro sola lege vel præcepto ponitur, ut, cum de Levitis dicitur: *Observabant dictum tuum & fœdus tuum retinebant.* Deut. 33: 9. & cum arca fœderis dicitur, Num. 10: 33. Jof. 4: 18. in qua erant tabulae fœderis. Deut. 9: 15. continentes verba fœderis, Exod. 34: 28. Item cum Adamus dicitur *transgressus esse fœdus.* Hof. 6: 7. Synecdoche quoque est cum pro promissione sola accipitur: *Et ego, hoc fœdus meum cum ipsis,* (hoc volo tanquam ratum & addictum ab ipsis peti & exspectari) ait Iehovah: *Spiritus meus, qui est super te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent &c.* Esai. 59: 21. *Ecce ego, seco fœdus,* h. e. facio fœdus, sive addico, ad ius petendi atque exspectandi tanquam ex pacto: *coram omni populo tuo faciam mirabilia.* Exod. 34: 10. Cui metaphora additur, quando citra legem aut conditionem ullam promissionem nudam & simplicem dicit; quo sensu verbum *secare* accipitur. ut videre est 2. Chron. 7: 18. *Et constabiliam thronum regni tui, quemadmodum feci Davidi,* h. e. patus sum promisi. ita Hag. 2: 6. *Cum verbo אָשֶׁר בְּתַי אֲנָכֶם de quo factus sum vobiscum:* vel, *quod pactus sum vobiscum,* h. e. promisi, quod exspectandi jus dedi vobis. confer 2. Sam. 23: 5. *Nam non est recta domus mea cum Deo, sed fœdus aeternum* (promissionem aeternam) *posuit mihi, promtum omnibus & custoditum;* *quod omnis salus mea exiſtet & omnis fiducia ac complacentia,* quum domus mea *non germinabit.* Idem obtinet, ubi fœdus significat donationem irrevocabilem; ut, *omnia auctoritatem do tibi, in statutum seculi:* *fœdus salis seculi hoc coram Iehova tibi.* h. e. promissio, cuius Deum non pœnitibit. Num. 18: 19. Sicut idem

idem vocis abusus est , ubi pro decreto & efficaci iussu accipitur : ut, si iritum facieris fædus meum dici , & fædus meum noctis , Jer.33:20. Sic Job. 31:1. Jobus dicit, se fædus fecisse cum oculis suis, h.e. eos inviolabili præcepto obligasse , sive propositum & votum concepisse de oculis suis frenandis.

*Est ex eorum generique inequalia dicuntur.
Adeoque diverso respectu eorum est, vel di-*

πλαστον.
Partes ejus

VII. Cum autem fœdus hoc non sit inter eos, qui sunt paris juris, quæque æquis legibus in amicitiam veniunt , ex eorum genere est, quæ politicis *inaequalia* dicuntur.

VIII. Et cum Deus tantum de propriis beneficiis disponat , & ab eo tota fœderis ordinatio , & conditionum, quibus homo amicitiam Dei sperare possit, præscriptio dependeat, haec tenus illud *μονόπλαστος* est. Quando vero homo fœderis leges accipit , atque iis præstatis jus ad Deum accedendi, ac præmium postulandi habet , tum fœdus hoc fit *διπλαστος* & mutuum.

IX. Ut partes hujus fœderis sint quatuor. A parte Dei, 1. *stipulatio*, quæ certis legibus pacem & amicitiam suam offert. 2. *promissio*, seu præmii ad-
quatuor. Et à parte hominis, 3. *adstipulatio* ad mandatum Dei, & legis ac conditionis acceptio; quæ significanti vocabulo in Scripturis *ἱμερότια* dicitur. Vide Hebr. 3: 1. ubi Christus appellatur Αἴποστος τοῦ ἀρχηγοῦ τῶν ὁμολογίας missus & sacerdos *adstipulationis*. conf. 2. Cor.9:13. Glorificantes Deum, propter subjectionem τῶν ὁμολογίας ἡμῶν τοῖς τὸν εὐαγγέλιον τῷ Χριστῷ *adstipulationis vestræ in Evangelium Christi*. 4. qua præstata, respectu præmissionis ac præmii consequitur *restipulatio*, ejusque spes & expectatio certissima : quæ *ἐπεφάνεσται* & fiducia rogandi Deum, 1.Pet.3:21. περίστοις 1.Joh.3:21,22. ἐξοτια τίνει τοὺς γενεῖς , Joh. 1: 12. & πληροφορεῖ τοὺς ὅμολογούς τοὺς ἐλπίδος. Hebr.6:11. & 10:23. pulcherrimis verbis in SS. litteris appellatur.

*Fœdus Dei duplex, o-
perum &
gratia.*

X. Fœdus tale Dei cum homine pro diversa ratione communionis ejus percipiendæ , duplex est, *operum & gratiae* : quæ Scriptura sibi mutuo opponit. *Si gratia, non ex operibus*; alioqui *gratia non fit*, sive *comperitur gratia*. *Si verò ex operibus, non est gratia*; alioqui *opus non est opus*. Rom. 11: 6. atque utriusque leges ac discriminem memorat. *Ubi igitur gloria-
tio? exclusa est. Per quam legem? operum? non: sed per legem fidei.* Rom. 3: 27. *Ei, qui operatur, merces noī reputatur secundūm gratiam, sed secundūm debitum.* *Qui verò non operatur, sed credit in eum, qui ju-
stificat improbum, reputatur fides sua in justitiam.* Rom. 4: 15. Fœdus operum nititur opere hominis , fœdus gratiae solâ Dei misericordia : in priori

priori habet aliquid homo quod in ipso est; in posteriori extra se positus totus dependet à Deo: illud sine mediatore factum est, hoc mediato rem requirebat: illud à créatore justo, hoc à redemptore benigno profici scitur; sicut & illud cum homine integro initum fuit, hoc cum lapsō.

XI. Fœdus primum *operum*, *legis* ac *naturæ* dicitur; lege enim præscriptum, operibus observandum, & naturæ ipsi hominis superstructum ac coævum est. Fluebat enim hactenus ex natura hominis quatenus ea Deo subjici debebat, & fœdus illud super naturales hominis vires fundatum erat, ac obedientiam naturali lege mandatam postulabat.

XII. Fœdus tale cum primo homine i. postulabat *Dei bonitas*, & amor erga homines, ipso conscientiæ nostræ sensu expressus; qui non dignus ac decentius se explicare poterat, quam si hominem sese quærerent ac anhelantem, nec terræ divitiis, & tantum longinquo Dei sui aspectu, & quasi exilio, satiatum, ad sese proprius riperet, & communione suâ bearet. Quale præmium cum natura homini non prorsus dictaret, quæ ipsum paradisi bonis, & favore ac amicitia istâ Dei, qua jam fruebatur, contentum esse jubebat, ex singulare promissione & fœdere provenire debuit.

XIII. Deinde *hominis ipsius* status, & naturalis beatitudinis appetitus; qui cum rectus sit (est enim veri boni desiderium) nec Deo indignus, ipsi displicere, ac frustra esse non poterat, adeoque impleri debebat. Deus ter ram formavit. Non *in* & *an*o*u**o* (*sive pro* *in* *cassum*) *eam crea-* *status in* *quo erat,* *beatitudi-*
vit: ad habitandum eam formavit. non dicit semini Jacobi, frustra qua- *nis appeti-*
rite me. Efai.45:18,19. Nisi opus Dei culpare, ipsumque hominem cum vani desiderii tormento creasse, & creaturæ suæ illusisse, statuere velis. *conscien-*
Cujus desiderii in corrupto homine etiamnum reliquie sunt; quod etiam- *tia.*
si nunc irritum sit, tamen rebus humanis adhuc integrum vanum ac irritum
*esse non potuit. Huc accedebat ipsa hominis *conscientia*, quæ ipsi testaba-*
tur Deum esse remuneratorem eorum, qui ipsum querunt, nec frustra,
ac si numen fictum vel idolum esset, rogari vel queri posse: unde dum
imaginem Dei servabat, Deoque proprius uniri querebat, de gratia ejus
certus esse, deque remuneratio saltem benè sperare, nec se in vanum
Deum quæsitorum cogitare poterat. Quibus omnino conveniens, & tan-
tum non necesse erat, ne homo semper anxius, deque Deo suo incertus de-
geret (cum majorem illam beatitudinem, quam querebat, sola naturâ du-
ce, quæ ipsi Paradisi delicias & Dei amicitiam in terris ostendebat,
sperare non posset) ut Deus cum ipso fœdus faceret, ipsumque ratio-

nes amoris ac communionis suæ percipiendæ edoceret.

Quod fœdus etiam initum est eum primo homine,

XIV. Quod etiam factum ipsa primi hominis historia dubitare nos non sinit. Non enim solum *lex* ipsi tradita, quæ eadem fuit cum lege morali, perpetuam in Scripturis vite vel mortis sanctionem adjunctam habens sed specialis *præmii* in Paradiso promissio, *arboris* *vite* sacramento quoque obsignata, Gen. 2: 9. Mortis autem comminatio disertis verbis expressa legitur, Gen. 2: 17. *Quocunque die comedederis de ea arbore cognitionis boni & mali, moriendo morieris.* Quæ Fœdus Dei manifesto exprimunt. Cujus etiam non obscura mentio est, Hos. 6: 7. *וְהַנָּה כִּאֵדֶם עֲבֹרוֹ בְּרִית* & illi, *sicut Adam, transgressi sunt fœdus.*

*f. 1.2. p. ix & in eo
cum uni-
verso gen-
re huma-
no.*

XV. Initum fuit hoc fœdus non cum Adamo solo, sed cum universo genere humano, cuius parens & sponsor erat. Quomodo illum Apostolus considerat Rom. 5. & Christo, Ecclesiæ suæ similiter capiti & sponsori, opponit, hisce suum argumentum concludens: *Quod sicut per inobedientiam unius hominis (in quo omnes peccaverant. v. 12.) peccatores constituti sunt multi: ita & per obedientiam unius justi constituendi sunt multi.* Rom. 5: 12. -- 19. conf. 1. Cor. 15: 45. *Factus est primus homo Adam in animam viventem. ultimus Adam in spiritum vivificantem.* Atque ex ipsa historia, tum ex bonis ipsi ante lapsum concessis, (Gen. 1: 26, 28.) tum ex malis post lapsum immisis (Gen. 3: 16--19). *Ut omnes in Adam moriuntur, sic quoque in Christo omnes vivificabuntur.* 1. Cor. 15: 22.) quæ non ipsum magis quam posteros tetigerunt, satis patet, ipsum universum humanum genus in Paradiso repræsentasse, ejusque fata secum traxisse. Excipitur solus Christus, qui non vi primævæ benedictionis, sed insecutæ singularis promissionis ita ex Adamo ortus est, ut Adamo opponatur tanquam alterum fœderis caput, 1. Cor. 15: 45. conf. v. 47. *Primus homo ex terra pulvereus; secundus homo Dominus ex cælo.*

*Conside-
rand i in
hoc fœdere
tria.*

*1. Lex,
qua fuit
operum,*

XVI. Ut naturam hujus fœderis proprius inspiciamus, considerabimus in eo hæc tria. 1. *Legem* ejus, seu conditionem fruendi amoris Dei. 2. *Sanctionem*, cum per *Promissionem*, tum per *Comminationem*. 3. *Sacramentum* ei confirmando accedens, *Paradisum & arborem* *vitæ*.

XVII. *Lex* præscripta fuit homini non alia quam *operum*, quæ requirerbat omnium præceptorum moralium observationem, omnemque perfectionem, cum naturæ humanæ, tum actionum, eamque & partium, & graduum, & perseverantiae. *Quisquis totam legem servaverit, impegerit autem in uno, damnas factus est onerium.* Jac. 2: 10. *Felix dixit ei, diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,* &

ex tota cogitatione tua. Matth. 22: 37. *Et cum reversus justus à justitia sua fecerit iniquitatem, secundum omnes abominationes, quas fecerit improbus, hiccine vivere? omnes justitiae ejus quas fecerit non commemorabuntur, propter prævaricationem ipsius qua prævaricatur, & propter peccatum quo peccat. propter hac morietur.* Ezech. 18: 24. *Huic legi duæ illæ sententiae miscebantur, qui fecerit ea homo, vivet in illis: & maledictus omnis qui non manet in omnibus scriptis in libro legis, ut ea faciat,* Gal. 3: 12, 10. *Quæ sicuti fœdus operum constituant, ita earundem repetitio speciem legis operum, etiam post abrogationem ejus, præferebat.*

XVIII. Adamo autem non descriptis Deus facienda in libro, sed in *Exarata in tabulis cordis.* conf. Jer. 17: 1. eumque summa sapientia & integritate *tabulis condit.* instruxit, quæ ipsi omnis sanctitatis fundamentum & regula erat; quam illibatam servare, & rectis actionibus exprimere unicè tenebatur; *Et induit novum illo hominem, qui renovatur ad cognitionem secundum imaginem ejus qui ipsum condidit.* Col. 3: 10. *Et induere novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis.* Eph. 4: 24. Ut lex ipsi lata proprie lex fuerit naturæ, & conscientiæ dictatus ac lux, eique acquiescens voluntas. Quamvis enim speciale quoque præceptum acceperit, potissimum tamen legis naturalis obedientia ab ipso requirebatur, cui experiundæ præceptum hoc symbolicum tantum inservivit.

XIX. Cumque in statu amicitiæ cum Deo foret, non tam naturali *Cui homo* le-
ge, quam nativa caritate Deo obediebat: qualis est obedientia filii erga pa-
rentem, quæ & voluntaria & lubens est; violata autem per peccatum cha-
ritate accessit præceptum & lex, non sine terrore. Cum antea externum *rebus con-*
nulum præceptum homini datum sit, præterquam de arbore Paradisi, *situs in*
quod tantum positivum erat. *statu ami-*
citiae cum
Deo nati-
vacitate
obediebat.

XX. Hanc legem si homo integrum servasset, nec imaginem Dei, quam gerebat, ulla labe contaminasset, *justus fuisset, habuissetque τὸ δικαιοῦσα &* Ex obe-
ρόμη, id quod lex justitiae causâ exigit; & mercedem, tanquam sibi debi- dientia hu-
tim ex cœlesti promissione, postulare potuisset. (vide Rom. 4: 4. *Ei fluit legis autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed καὶ τὸ lis justitiae.*
ἀφείλητα secundum debitum.) Quæ quidem aliqua fuisset hominis glo-
riatio, præmium post peractos labores petentis; verum ea non alia quam conscientiæ latantis, seque Deo ut benignissimo patri & domino, judi-
candum & probandum sistentis. Omnis enim operis nostri remuneratio & dignitas, solâ Dei liberalitate, & gratiosâ promissione, ac pacto nititur; nec aliter Deus nobis obligatus est, quam virtute propriæ dispositionis,

non vero interno operis nostri valore & dignitate : juxta illud Servatoris :
Ita & vos, quum feceritis omnia, qua præcepta sunt vobis, dicite : servi inn-
tiles sumus ; quod debuimus, fecimus. & Iobi c. 22: 2. An Deo prodest.
vir, quum frugi se præstiterit super iis prudens ? An voluptas omnipotenti,
quum juste egeris ? & an emolumenntum, cum integras habueris vias tuas ?
Quamquam talis promissio taleque pactum Deo etiam omnino dignum-
est ; cum ipsum summè deceat , hominem ad imaginem suam conditum-
ad communionem sui vocare , & obedientem ac in sanctitate perseveran-
tem admittere.

Ex hoc fœ-
dere ope-
rum ex-
surgit de-
bitum

mercedis

expacto,

non ex

condigno,

nec de con-

gruo.

240.12.25

XXI. Atque in hoc solo hominis statu *meritum* obtinuissest, sed non aliud quam ex *pacto*, ac liberali Dei repromise; juxta quam jus postulandi præmii homo habuisset, ad quod Deus scilicet ultro obligaverat, pro amore suo, quo tanti nostra æstimare, & tali præmio remunerari dignabatur. Non vero erat meritum *de condigno*; quod non cadit in meram creaturam, quia Deus hominis debitor fieri non potest, nec quicquam ei largitur, nisi ex sola liberalitate; quæ quidem ipso non indigna est, non tamen ex dignitate hominis, vel intrinseco valore operis ejus proficiuntur. Multo minus meritum *de congruo*; quod, præterquam quod primi hominis statui non conveniebat, hypocrysin insuper inducit, & Dei sanctitati repugnat, qui non est *ωφεωπολινήπτης*, qui externis quibusdam rebus moveatur, & dona sua admiretur in hominibus, ut propterea alios alii anteponat.

C A P U T I I I .

De Sanctione Fœderis naturæ, per promissio-
nem vitæ. & comminationem mortis.

2. SAN-
CTIO
bijus fœ-
deris,

I. Equitur fœderis primi *sanc*to, quæ cum *promissione* præ-
 mü & mercedis, tum poenæ *comminatione* constabat.



II. Habebat jam Adamus cum creatione sibi donatas benedictiones hujus vitæ, habebat præterea communio-
 nem cum Deo, ejusque amicitia fruebatur: atque haec tenus beatus erat,
 cum in potestate ipsius esset, in isto statu sine ullo mortis metu perseve-
 rare. Nondum tamen consummatâ beatitudine gaudebat, cum necedum.

in bono consummatus foret, ut nec seduci, nec peccare posset: neque enim plenâ obedientiâ sese Deo probaverat, ut mercedem petere, & tanquam filium ac hæredem sese gerere posset. Erat autem positus in via & conditione acquirendi jus vitæ æternæ; nondum tamen illud possidebat, nec potestatem rogandi, ac hæreditatem illam postulandi vel adeundi habebat.

III. Hoc autem futurum erat obedientiæ ejus præmium, atque hæc *Cum per*
promissio erat foederi adjecta, consummata nempe illa vita & beatitudo, ^{PROMIS-}
non in terreni Paradisi spatiis, sed in cœlo agenda, quo post absolutum ^{SIONEM}
obedientiæ cursum ex Paradiſo terrestri homo animâ & corpore transfe-
rendus foret. Cumque caro & sanguis regnum Dei hæreditare non possint,
 1. Cor. 15:50. neque vita hæc, quæ sanguinis spirituumque commeatu &
 carnis nutrimento constat, illa sit in qua Deum videre possumus; corpus
 hominis non quidem interiturum, sed certo tempore, ubi id Deo trans-
 ferre placuisset, in spirituale commutandum fuisset, ut foret ἀφθαντικόν, in-
 corruptibile, h.e. nulli amplius moriendi periculo obnoxium, 1. Cor. 15:
 50. Qualis mutatio Eliæ & Enoch contigit, & viventibus novissimo
 die superveniet. Illa hominis futura fuisset consummatio; quæ licet isto
 in statu ipsi fuisset supernaturalis, cum animali solum gauderet vita, ut non
 nisi ex speciali promissione illam sperare potuisset; tamen naturæ ipsius
 integræ maximè conveniebat, eamque decebat, ut quæ non sine desiderio
 & aptitudine ad illam creata foret.

IV. Talem autem vitam vi hujus foederis expectandam fuisse, suadet *Quam ei* 9. p. 2. 3. p. 2.
 1. *Dei bonitas*, quæ rationali creaturæ, ad id conditæ & aptæ, interque *vi hujus*
 omnes creaturas Dei capaci, sese communicare & spirituali modo fruen- *fæderis ex*
 dam dare debet. Corporalia autem quædam bona à Deo possidere, non *spectan-*
 est illo frui ut Deo, h.e. ut æterno ac immutabili bono. Præsertim *dam fuisse,*
 cum Deus *fædus* cum homine faceret, h.e. de summis utilissimisque re- *suader,*
 bus cum ipso ageret, ipsumque in propiorem amicitiam ac communio- *1. Dei be-*
 nem admitteret, ad minimum ipsis verbis tum ipsum affari debuit, qui- *nitas..*
 buscum cum Abrahamo foedus iniit, *Ego Deus tuus.* Quod cum & primo
 homini ex fædere dici debuerit, & procul dubio dictum sit, hinc vita æ-
 terna in cœlis degenda isto fædere promissa intelligitur, juxta firmissi-
 mam demonstrationem Christi, quæ legitur Matth. 22:32. *Ego sum*
Deus Abrahami, & Deus Isaaci, & Deus Jacobi; non est Deus, Deus:
mortuorum sed viventium: ac Apostoli, quæ exstat in epist. ad Hebr. 11:6.
Credere oportet eum, qui accedit ad Deum, quod sit, & querentibus ipsum
remunerator fiat.

l. 2 l. 3.
2. *Hominis ipsius natura, & dignitas, qui, cum præstantissima sui
ipsius na- parte spiritus sit, & coelestibus bonis pascatur, eaque solus intelligere ac ca-
tura & pere possit, ac vehementissimo eorum tangatur desiderio, non in terram
dignitas. hanc, velut in exilium, perpetuo damnandus erat, ubi rebus externis, quas
videre, tangere, gustare poterat, se oblectaret; sed cum cognati cœli se-
mina retineret, ac ad Deum omni affectu contendeteret, cœlo quoque
tandem redonandus erat. Deus enim non poterat quicquam facere, quo
ullo modo ostenderet, se non velle esse, adeoque nec esse, summum
hominis bonum, nec castas ejus in Deo suo delicias reprobare ac damnare
poterat.*

l. 2 l. 4 l. 3.
3. *Historia sacra.* VI. 3. Ac satis clare id historia sacra ostendit; quæ vitæ istius symbolum in *Paradiso* ac *arbore vitae* extitisse tradit, Gen. 2:9. quo sacramen-
to ac pignore vitam cœlestem, Adamo promissam, nobis autem per
Christum collatam, significari apparet ex analogia locorum. 2. Cor. 12:2,
4. *Novi hominem in Christo raptum usque in tertium cœlum, in Paradisum.* & Luc. 23:43. *bodie mecum eris in Paradiso.* & Apoc. 2:7. *Vincenti dabo comedere de arbore vite, quæ est in medio Paradisi Dei.* In quibus
symbola ea pro re significata ponuntur. Sic & in comminatione expressa
mortis comminatio habetur: *Quocunque die comederis de ea, morien-
do morieris.* Gen. 2:17. cui oppositam vitæ promissionem includi ex ra-
tione fœderis, & similium locorum collatione patet, vide Lev. 18:4, 5.
*Judicia mea facietis & statua mea observabitis, quæ qui facit homo vivet
in eis.* Deut. 27:26. *Maledictus omnis qui non faciet stare verba legis ku-
jus, ut faciat ea.* Rom. 10:5. *Moses describit justitiam quæ ex lege est,*
qui fecerit ea, homo vivet in eis. conf. Ezech. 20:11. Cum autem hic omnis
generis mors intelligatur, etiam ex opposito omnis generis vita, h. e. æter-
na & beatissima, ab omni mortis metu libera, **ל כוֹת נָל**, nequaquam
mori, vel non posse nec debere mori, Prov. 12:28. intelligenda est.

l. 4 l. 3.
4. *Promis-
sio vita æ-
ternæ, legis
implectioni
addita.* VII. 4. Denique ex promissis vitæ æternæ, legis impletioni in S. Scri-
pturis tam sepe additis, id prorsus constat. *Doctor bone, quid boni faciam
ut habeam vitam æternam?* ipse vero dixit ei, si vis intrare in vitam, serva
mandata. Matth. 19:16, 17. Qui fecerit illa, vivet in eis. Lev. 18:5.
Ezech. 20:11. ὁ ποιῶν τὰς ἔργα ταῦτα qui fecerit, vivet. Gal. 3:12. Unde &
præceptum ad vitam dicitur esse. Rom. 7:10. Quod ante lapsum potis-
sum locum habuit, cum homo positus esset sub ista lege.

*Huic veri-
tati adver-
sus fœdus Dei cum primo homine, non spirituale, sed de animalis solum ac-*

terrenæ vitæ commodis fuisse ajunt. Quin & hominem, post illa aliquan- *suntur sa-*
to tempore percepta, tandem mori debuisse affirmant; procul dubio in *ciniari &*
mærore & luctu, sicut illi *qui spem non habent*, 1. Thess. 4: 13. & *ἀρετος ac Anabapti-*
sine Deo foederato ac amico in mundo sunt. Eph. 2: 12. Ita negant aperte *βα.*
nonnunquam, spem ullam vitæ æternæ primo homini propositam;
quoniam alii subobscuram ejus significationem, & conjecturam non
improbabilem aliquando concedant, ex arboris vitæ ænigmate haurien-
dam ac evolvendam. Qui error latius serpit: nam & Patribus ante Chri-
stum eandem vitæ immortalis promissionem & spem abrogatum iverunt.
Cum tamen Deus cum hominibus non possit foedus facere nisi de rebus
summis & præstantissimis, h. e. de bonis æternis & spiritualibus; cum
ipse sit spiritus, atque eo modo coli, omniaque à se sperari velit.

I X. Quod eam non aperte promissam, sed sub involucro ostensam, &
in arboré vitæ adumbratam volunt, frustra est. Omnino enim *vita ipsi*
promissa fuit, quam expectare debebat ut quid eximium. Adeoque erat
hæc vera vita, nomine isto digna, quæ non in terrestri aliqua felicitate,
qualis & brutis convenit, sed in animæ potissimum pace & æternis gau-
diis consistit. Quis enim dubitet, proposita Adamo ista arbore, simul
ejus significationem, & vitæ apertam promissionem fuisse auditam?
Quamvis enim Moses obscurius id tradat, sicut pleraque istius foederis,
quæ tanquam fugientis imaginis umbram tenui tantum luce spargit, ad re-
præsentandum ejus *ἀφανισμὸν*; Adamo tamen explicatus illud revelatum
fuisse dubitari non potest.

X. Altera sanctionis foederalis pars fuit *communatio pœnae*, quæ unico *tum per*
verbo *mortis* exprimitur Gen. 2: 17. *Quo die de arbore illa comederis, mor-* *communia-*
te morieris. Ubi quidem communatio illa præcepto positivo, de non gu-
standa arbore, addita legitur, verum ita ut ad universam legem moralem
extendenda sit. Nam in eum finem datum homini erat hoc præceptum,
ut obedientia ejus erga legem moralem exploraretur; utque constaret an
Deum pro domino ac pro unico ac summo suo bono haberet, an vero ma-
gis rebus terrenis & vetitis afficeretur. Ut communatio hæc ejusdem ge-
neris ac latitudinis sit ac illa. Deut. 27: 26. *Maledictus, qui non perman-*
serit in omnibus.

X I. Cum vero latissimo sensu verba accipienda sint, *mortis* nomine *qua lauissi-*
omnes mortis species, & quicquid tristi isto nomine in Scripturis venit, in- *mo sensu*
telligere oportet. Est enim peccatum omni morte dignum. Nec ulla *accipienda*
causa est, cur verba Dei restringamus. Et sicut vita, in opposita promis-
sione,

fione, omnem vitam & beatitudinem, quam anima rationalis capere potest, significabat; sic ex adverso per mortem contraria ac infinita mala, omnisque generis miseria, beatitudini isti adversa, intelligenda sunt.

Nempe de morte corporis, pulvarem. Gen. 3: 19. Quia peccator omnibus Dei bonis, quibus in terra fruebatur, spoliatur; & longanimitate Dei consumta ne spem quidem reliquam habet. Atque huc referendi multiplices hujus vitae casus & calamitates, quae hominem, nobilissimam creaturam, pra& reliquis omnibus miserè adeo exercent. Ita ad mulierem dixit: multiplicabo dolorem & partitudinem tuam, in dolore paries liberos, & ad virum tuum erit occasio tua. Et Adamo dixit, quia auscultasti voci uxoris tuae & comedisti de arbore --- maledicta est terra propter te, in dolore comedes illam omnibus diebus vite tuae; & spinas & tribulos tibi proferet; & edes herbam agri. Gen. 3: 16, 17, 18. Homo ad aerumnam nascitur; & filii pruna sublimè volunt. Job. 5: 7. 2. Mors animæ, sive separatio ejus à Deo, & regno, & vita ejus; absque ullo cum Deo suo commercio, ut nec amoris, nec gratiae, nec sanctificationis ejus particeps esse possit. Unde sequitur regnum peccati. Hinc peccatores dicuntur *mortui in lapsibus*, Eph. 2: 1. & *præputio carnis*, Col. 2: 13. mortisque prima ac secunda spiritualis mentio fit Apoc. 20: 5, 6. 3. Denique mortis illius *consummatio*, in animæ translacione ad locum cruciatuum, (ut appareat exemplo illius *divitis*, qui statim post mortem dicitur suisse *apud inferos, in tormentis, & cruciari*, Luc. 16: 23, 24, 25.) & corporis tandem resuscitatione ad poenas æternas. *Spem habeo in Deo, fore, quam etiam ii ipsi expectant, resurrectionem mortuorum, tum justorum, tum injustorum.* Act. 24: 15. Multi ex dormientibus terra pulvleri evigilabunt: hi in vitam eternam; & isti in probra & in naufragium seculi. Dan. 12: 2.

Adeoque mors corporis non est naturæ consequens.

XIII. Non enim, ut antea ex parte vidimus, *mors corporis* naturæ creatæ ac felicis illius status consequens erat, sed humano generi in peccati poenam contigit. Inde mors dicitur ὄψιν peccati, Rom. 6: 23. & peccatum appellatur *stimulus mortis*, 1. Cor. 15: 56. omnesque homines non simpliciter mori, sed mori in Adamo dicuntur, 1. Cor. 15: 22. per unum hominem morte in mundum introducta. Non alia nempe ratione, quam qua per unum hominem peccatum in mundum venit, & per peccatum mors, & ita mors transit ad omnes homines, in quo omnes peccarunt. Rom. 5: 12. & v. 14. Regnavit mors ab Adamo ad Mosen usque, etiam in eos qui non peccaverant ad similitudinem transgressionis Adami: qui est typus

typus futuri. & v. 17. *Si enim unius lapsu mors regnavit per unum, multò magis, qui abundantiam gratiae & donationis justitiae accipiunt, in vita regnabunt per unum, Iesum Christum.* Quod argumento est, mortem corporis ita peccato deberi, ut illa regnum suum obtinente ne peccatum quidem plenè expiatum dici possit. Et vero cum mors naturæ sit destructio, quæ invita, & non nisi cum horrore, illam subit, non videtur Deus creaturam innocentem illi subjicisse, & nobilissimum animal tot miseriis & terroribus divexandum reliquisse, ut iniquiori conditione foret quam reliqua creature. *An ullo pacto delector morte improbi? dicit Dominus.* Ezech. 18: 23. Quo pacto vero hisce omnis Pelagianizantium cohors, qui mortem naturalem faciunt, aduersetur, Cap. i. §. xv. & seq. ostensum est.

XIV. Quod etiam de vita hujus miseriis & calamitatibus statuendum est; quales sunt in anima, ignorantia, stupor, concupiscentia, insani affectuum motus, stultitia denique & fatuitas, quæ omnem hominis, non solum cum aliis hominibus, sed & cum Deo suo communionem tollit: & in corpore multiplices defectus, morbi, externa etiam infortunia, & casus: quæ naturæ integræ, nullo adhuc dissidio à Deo dirempta, profecto non debebantur. Unde Scriptura diserte peccato illa assignat, Gen. 3: 16, 17, 18. Job. 5:7. ut jam vidimus. Et quis credat, miseriam delictum potuisse præcedere? & creaturam rationalem potuisse esse miseram, dum Deo adhuc conjuncta foret? vel cuiquam tantam in Dei opus potestatem fuisse, ut illud tam misere affligere, & corrumpere ac disperdere potuisset?

XV. Quod verò fideles, quanquam à Christo liberatos, tamen multi- *Vnde quo-*
variis afflictionibus, & morti ipsi obnoxios videamus, ex universal huma- *que fidel-*
næ naturæ corruptione est, quæ nunc in non aliam fortè nascitur, ac *um affi-*
infelices istas peccati reliquias secum trahit. Non enim ipsis tam *ctiones &*
personarum, quam communis naturæ hæc pœnae sunt; non formaliter, prout *mors à pec-*
sunt in ipsis fidelibus, sed materialiter ita dictæ, quatenus non nisi ex pec- *cata corru-*
cato provenire potuerunt. *ptione pro-*
veniunt.

XVI. Quod de bestiarum vexationibus addunt, quæ pœnales saltem *Nec non*
dici non possint, sed naturales; adeoque in creaturis absque peccato lo- *immanes*
cum potuissent reperi: Resp. dolores ipsis, cum vero sensu careant, im- *bestiarum*
propriè adscribi: cumque hominibus in cibum cedunt, id esse partem do- *divexatio-*
minii ejus, quod Deus homini ante lapsum concessit, Gen. 1: 26, 29, 30. *nes & la-*
& post lapsum renovavit, Gen. 9: 2. Reliquæ autem carum divexationes

& lanienæ in statu integro locum non habuissent, sed à corruptione per peccatum in mundum introducta ortum sumserunt. vide Gen.3:17. *Maledicta est terra propter te, in dolore comedes illam omnibus diebus vita.* & Rom.8:20,21. *Vanitati creatura subiecta est, non sua sponte, sed propter eum, qui subjecit, ob spcm, quod & ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei.*

*Aliera
mortis spe-
cies mors
spiritualis;*

XVII. Altera hujus mortis species erat *mors spiritualis*, qua homo à Deo, vera vita fonte, separatus, nihil sancti nec præclarri possidet, sed mente animoque corruptus peccato tantum non immortuus est, atque regni Dei exsors, sub illius imperium & tyrannidem concessit. Cumque duplē respectum spiritualis illa mors habeat, & ut culpa est, & ut pœna; posteriori ratione hic consideratur, ut est malum triste, quod nos decorre nostro orbatis etiam Dei communione indignos reddit, ac animam summo suo bono, quo unicè gaudet ac lætatur, deprivat. *Obtenebrati cogitatione, quia sunt alienati à vita Dei, propter ignorantiam, qua in ipsis est, propter obduratecordis ipsorum.* Eph. 4: 18.

*quam se-
quetur
mors ater-
na.*

XVIII. Quam tandem sequetur *mors aeterna*, in dirissimis cruciatibus, cum animæ, tum corporis toleranda; quæ etiam tristi ista sententia *morte morieris* comprehenditur, & vita æternæ, obedientibus promissæ, opponitur. Quo pacto Apostolus Rom.6:23. ὁ θάνατος peccati vocat mortem, æternam vid. ex lege oppositorum, nam mox additur, καὶ επειγε αὐτὴν Dei est vita aeterna per Iesum Christum. Sicut idem c. 5. peccato illi tribuit κατάπτωσιν, cui opponitur τὸ διάνοια & κίνησις Christi εἰς δικαιοῦσαν, v. 16. εἰς δικαιοῦσαν ζωῆς, v. 18. qui nos ab omni καταπέμψει absolvit: adeo ut nunc nulla sit condemnationis ius qui sunt in Christo Iesu, Rom.8:1. ut pateat condemnationem æternam intelligi. Et revera verba illa, *morte morieris*, adeo generalia & gravia erant, ut Adamus illis auditis non aliud quam omnia adversa, quæ ab irato Deo proficiisci poterant, expectare potuerit.

*Quod ne-
gant So-
ciniani;*

f. Cœz.
ultimus.
cœz. & or.

XIX. Quod contra Socinianos tenendum est: qui sicut ex creatione nihil in homine immortalis vitæ agnoscunt; ita neque ipsi æternas pœnas in morte timendas statuunt. Et per æternam mortem, quam à peccato volunt esse, non aliud intelligunt quam totalem hominis interitum, & æternam permansionem in illo statu, sine ulla cruciatibus: qui nihil aliud est quam infernus non existentiæ: sicut rursus liberatio ab illa morte per gratiam Dei, & resurrectio, ipsis est nova creatio, & reproductio existentium ex non existentibus. Quo pacto, ut antea notavimus, omnem pœcati

cati pœnam tollunt : cum hæc morti corporali nihil addant, eamque nullo cruciatu augent ; quæ tamen ipsis naturæ debitum est.

XX. Nec ab ludunt *Remonstrantes*, qui sicut Adamum, si innocens *Quibus ac-* permanisset, non moriturum verosimillimum putant, ita mortem, quæ *cedunt* peccati pœna sit, moriendo necessitatem interpretantur, quod Adamum & *Remon-* *strantes.* Evam attinet : nam in posteris eam non pœnam, sed naturæ, quam nunc nascendo ab eo accipimus, sequelam esse statuunt. Ac mortem illam *tum in separatione animæ à corpore, & corporis in pulverem reductione, quæ pœna sensus est*; *tum in animæ a beata & gloriosa Dei visione separatione, quæ pœna damni dici solet, collocant.* Non enim uspiam in Scripturâ legi, Deum Adamo æterni sensus pœnam comminatum fuisse. Quos errores augent, dum Adami mortem sua naturâ talem statuunt, ex qua nunquam excitari potuissent ; talem enim resurrectionem ad pœnas infernales non peccati Adami, sed actualium peccatorum inconversorum hominum pœnam, esse. quæ Episcopii sunt verba, *in resp. ad LXIV. quæst.* p. 64. 65. & *ad Heid.* p. 108. 110. Sub qua assertione arcanum illud latet, ne nunc quidem futuram omnium mortuorum resurrectionem. Hypothesis enim illorum resuscitationem impiorum, qui sine notitia clararum promissionum Euangelii mortui sunt, sicut & infantium, non admittit : nam apertè, *in Euangeliō solum pœnam infernalis doloris, oppositam promissio-* *cœlestis gaudii, expressa comminatione proponi*, affirmant. Ibid. p. 333.

XXI. Quæ effata, i. apertis Scripturæ locis contranituntur, quæ *moran-* *tem, maledictionem, iram Dei, iram venturam, & incumbentem iis, qui* *Qui refel-* *lunir.* sub execratione legis, extra Christum Servatorem, degunt, & acerba omnia justitiæ legalis (quæ sub feedere naturæ & lege Mosis eadem fuit) transgressoribus ingeminant. Vide saltem Gal. 3:13. *Christus nos emit, ut liberi essemus ab execratione legis, dum pro nobis execratio factus est.* Scriptum est enim : *maledictus omnis qui pendet in ligno.* Deut. 21: 23. *Ex-* *secratio Dei suspensus.* Item, qui inobediens est Filio, non videbit vitam ; sed ira Dei manet super eum. Joh. 3: 36. *Eramus filii natura iræ ; ut & reliqui.* Eph. 2: 3. *Quem* Filium suum *fuscitavit ex mortuis, nempe Iesum,* nos eruentem ab ira illa ventura. 1. Thess. 1: 10. 2. Et vix quicquam quod pœna peccati sit relinquunt, cum mortem corporalem, quicquid tergiversentur, à naturâ non alienam putent, cum expresè dicant, *eam non potuisse dici pœnam peccati, si Adam innocens in primo statu mortuus fuisset, Episc. ad LXIV. quæst.* p. 64. 65. quanquam verisimilius putet, Eec 2 eum

eum non moriturum fuisse: sicut in ejus posteris eam non poenam, sed naturæ, ut nunc ab eo propagata est, conditionem dicunt: ut nihil aliud ipsis superfit, quam *pœna illa damni*, non sensus, quam in animâ post mortem collocant; quæ posita animæ immortalitate & post mortem sensu conceputu impossibilis est. Unde Socinus potius omnem animæ sensum ac vitam post mortem negavit; quod hypothesi isti congruentius est. 3. variorum denique perniciosorum errorum, quin Epicureismi ac Sadduceismi sunt latebrae.

Omnem hanc mortem committatus est Deus propter iustitiam ac sanctitatem suam: que proinde aeternam esse debet,

XXII. Atque multiplicem hanc mortem comminatus est Deus ex sanctitate ac iustitia sua, quæ in eo nihil est aliud quam constans, & perpetua voluntas peccatum puniendi; quam non potest abnegare, nec sepeccatori, ac si opere ejus delectaretur, fruendum dare, ut bono suo. Tum enim ei *similis* foret, Psal. 50:21. Quod nec esse, nec videri potest. Unde mors hæc Dei *dicta*, postulatum *iustitiae* ejus dicitur; *Qui, Dei jure cognito, quod, qui talia faciunt, digni morte sint; non solum ea faciunt, sed & gratos habent eos, qui faciunt.* Rom. 1:32.

XXIII. Unde sequitur, etiam mortem hanc *aeternam* esse debere, cum peccator à Dei amicitia & communione separatus in eam nunquam restituи possit. Hoc enim ultra peccatoris vires est. Neque Deus unquam peccatori non resipiscendi uniri, eique bonum ac latum sepebore potest. Adeoque hæc separatio cum *aeterna* sit, *aeternumque* si peccato-rem spectes, duratura sit, in *aeternum* ille divinis beneficiis ac gratia privari, & perpetuo iræ ejus sensu torqueri debet. alias rationes mittimus.

An Deus innocentem solum affligere, vel aeternis cruciatis subjecere potuerit?

XXIV. Ad questionem à Scholasticis motam, *an Deus creaturam in-*
affligere, & subjecere a-
eternis cruciatis? Resp. temere possit affli-
gere, & subjecere a-
eternis cruciatis? id nimis ab illis affirmari ex absoluto Dei dominio. Aliud autem est, querere de afflictione qualicunque; de quo non contendimus; aliud de gravissima & *aeterna*. Nec videndum solum, quid Deus possit per potentiam, sed potissimum velit secundum perfectionem, iustitiam, & bonitatem suam: cui repugnare putamus, creaturam insontem, Deum amantem, & glorificantem, ac querentem tanquam bonum suum, in *aeternum* negligere, ac ad durissimos cruciatus abjicere. Ut hoc Scholasticorum effatum omnis religionis fundamentum tollat, cuius principium est, quod *Deus querentibus sepe uiðam ðóms zivetus remunerat*, Hebr. 11:6. quodque *frustra non possit quari*. Esai. 45:19. Ex quibus fundamentis pariter concludi potest, quid de annihilatione creature rationalis statuendum sit.

C A P U T I V.

*De Sacramento fœderis naturæ, Paradiso
et Arbore vite.*

I. **S**icut in omni fœdere externa quædam symbola & signa *fœderis* locum habent, quæ fœderatos de officio admoneant, ipsique promissa fœderis ante oculos ponant; ita quoque in primo fœdere Deo cum hominibus agere placuit, & visibili quodam signo eorum fidem ac spem firmare, ac bona fœderis obedientibus jam ante ostentare, istoque præmio eos excitare voluit. Istud sacramentum æternæ felicitatis fuit *Paradisus*, & in medio ejus *Arbor vita*.

II. Paradisi vox Persicæ, ut multis videtur, originis, saltem apud eos, PARADISI ut ex Herodoto & Xenophonte constat, non ignota, proprie amœna ac sus; delicata nemora & silvas significat. vide Neh. 2: 8. ubi *Asaph* dicitur שָׁמְרֵה הַפְּרִיּוֹת *custos Paradisi Regis*: ac κατ' ἔξοχον, ex lxx. Interpretibus, Edenis horto adhæsit; qui Mosi simpliciter ἡρός *hortus* dicitur, h.e. ex vocis etymo locus septus & conclusus ὥντις ἡρός *Hortus oppessulatus est soror mea sponsa*. Cant. 4: 12. Legitur illa etiam Cant. 4: 13. *Propagines tue Paradisus malorum Punicarum*. & Eccl. 2: 5. ubi cum גַּן־הַתְּבִשָּׂר *hortis* conjungitur. Feci mihi בְּגַדְעָנָה *hortos* & *Paradisos* & sevi in illicis arbores omnis fructus.

III. Gen. 2: 8. à Deo dicitur *plantatus*, h.e. tanquam amicenissimus *plantatus* terræ angulus præ aliis locis arboribus consitus, excultus, atque omnibus à Deo, naturæ deliciis instructus, die vid. creationis tertio: in Eden, quod regio in Edens, nomen est, in Mesopotamia. vide 2. Reg. 19: 12. Esa. 37: 12. ubi memorantur נֶצֶר *filii Eden ab ortu*. & Ezech. 27: 23. conjunguntur Charan, & Canneh & Eden: ab ortu, sive loci illius respectu, in quo Moses erat, dum hæc scriberet; sicut Scriptura Arabiam, Syriam, Mesopotamiam in Oriente crebro collocare solet, V. G. Jacob sublatis oculis suis perrexit in regionem Orientalem, h.e. Mesopotamiam, quæ est Cananæa Orientalis. Gen. 29: 1. è Syria jussit me adduci Balak rex Moabitarum, è montibus orientalibus. Num. 23: 7. conf. Deut. 23: 4. ubi narratur, Balakum mercede conduxisse Bileam filium Behoris è Pethore Mesopotamie; sive respectu ipsius regionis Eden, ut à parte ejus orientali Paradisus fuerit.

*Paradisi
situs.*

IV. Unde de *situ* Paradisi ex parte constare potest: de quo varie quæstum fuit. Ut enim Philonem, Originem, aliosque ex veteribus præteream, qui veritatem historiæ allegoriis suis corruperunt; & Paradisum ipsum cœlum esse dixerunt: *quidam* pro toto terrarum orbe, qualis in primæva sua pulchritudine erat, hunc hortum acceperunt, quæ sententia etiam Josepho, sed non ex vero, adscribitur: *alii* in remotis & inaccessis terris, ultra orbem hunc nostrum, atque ultra Oceanum, terras omnes amplexu suo stringentem, patentibus, illum collocant: *alii* in cœli spatiis, sub luna orbem; vel etiam in tertia aëris regione, ubi perpetuum serenum est: *quidam* denique in orbe nobis cognito, sub circulo æquinoctiali, vel in novo orbe, vel in insulis fortunatis, ponunt.

V. Rectius autem, & proprius ad historiam, sentire illi videntur, qui Mesopotamia prope Babylonem illum vindicant. Illa enim amoenissima terrarum plaga erat Paradisi sedes, & primorum mortalium habitatione dignissima. Ibique Edenis regio, à voluptate & amœnitate appellata, occurrit: 2. Reg. 19: 12. Ezech. 27: 23. ubi Haran, sive Carræ, quas in Mesopotamia fuisse constat, & Eden conjunguntur tanquam regiones vicinæ. Atque in isto traçtu memorati à Mose fluvii occurunt, quos alibi frustra quæras. Denique & ad orientem in S. Scriptura perpetuo collocatur. Ut ex his indiciis facile beatum istum hortum deprehendere liceat.

Fluvii Par- VI. *Fluvii*, qui Paradisi sedem potissimum signant, à Mose narran-
radisi. tur quatuor, *Pison*, *Gihon*, *Hiddekel*, *Phrat*. *Fluvius procedebat ex Eden*, Gen. 2: 10. qui non alias est quam Tigris & Euphrates, qui longas terra-
rum oras emens, in Mesopotamia fessas tandem aquas miscent, unoque flumine decurrunt, unius ad instar fluvii; qui est fluvius qui ex Edene re-
gione allabens Paradisi spatia etiam alluisse, eaque vel brachiis & ambitu suo amplexus, vel deducens inde alveis ac rivis *irrigasse* dicitur: unde rursus *dividebatur in quatuor capita*; sive in ipso Paradisi ingressu, ad il-
lum commodius perludiendum; sive mox è finibus ejus egressus: nam Pa-
radiso per diluvium corrupto particularis hujus rei ratio non patet. Con-
stat autem istos fluvios, postquam diu socias aquas traxerunt, antequam in finum Persicum se exonerent, rursus facto aquarum divortio dividi, &
in propria nomina Tigridis ac Euphratis redire; & præter duo illa inge-
tia brachia, etiam alios alveos facere, qui hic à Mose nominantur. *Pison*
ergo, sive פִישׁוֹן h. e. πηνεια, *aſtuarium*, & *Gihon*, sive גַיְהָן h.
e. *emissarius*, sive derivatus ex alveo latex & rivus (quo nomine & factus
à pisci-

à piscina Hierosolymitana rivulus appellatur: *Deducite eum*, Salomonem, ad *Gihonem*. 1. Reg. 1: 33. *Abi, lava te in natatoria Siloam*. quod exponitur, *et sis uero Missus*. Joh. 9: 7.) sunt duo fluenta, ex Euphrate vel Tigri deducta, quorum alterum terram *Herilath*, quæ pars Arabiæ est, alterum *Aethiopiam* peragrat; ad orientem alterum, alterum ad occidentem spectans; prius *Pisotigris*, posterius *Naharsares* à scriptoribus appellatur. Tertii fluvii nomen est *Hiddekel*, quem Tigrim esse magnus omnium consensus est. vide Dan. 10: 4. *Et die vigesimo quarto mensis primi eram juxta fluvium illum magnum Hiddekel*, seu Tigrim. Quartus autem proprio nomine venit **הַוָּא פֶּרֶת**.

VII. In Paradiso homo non creatus, sed ut magis sese inquilinum ac *In hoc Pa-*
advenam nosset, postquam creatus erat, à Deo collocatus est, *ad eum radio ho-*
coendum & custodiendum, Gen. 2: 15. ut honesto isto labore & cor-*mo colloca-*
pus & animum pasceret. Eratque hæc mundi inferioris veluti regia, omni-*tus est à*
bus nature copiis ac deliciis instructa, quæ hominem creaturarum princi-*Deo.*
pem exciperet, tanquam sedes dignissima ac amænissima.

VIII. Quin & augustius quid significabat. Non enim homo mundi *Eius au-*
colonus existere perpetuo debebat, sed è mundo in Paradisum transla-*gustior si-*
tus, ubi Dei familiaritate fruebatur, hinc gradu véluti facto majora spe-*gnificatio,*
rare jubebatur. Cum enim hic *hortus Dei* foret, Gen. 13: 10. nulla homi-
num, sed solius Dei manu plantatus, & divinis apparitionibus ac quotidi-
ano ejus alloquio illustris, primique fœderis ac pæcti conscius, in beatio-
ris status auspicium homini concessus erat, ipsique visibile ac palpabile
cœli pignus erat. Quem dum incoleret homo, & hunc amoris Dei ar-
rhabonem quotidie intueretur ac tractaret, non poterat non tacitâ volu-
ptate longe majora cœli gaudia, quæ obedientem ac in amicitia Dei per-
severantem manebant, prægustare. Jer. 3: 19. *Quomodo te ponam in*
filiis!

X. Apparet hoc ex Scripturæ usu, quæ sedes beatorum *Paradisum ex usu*
appellat; *Hodie tecum eris in Paradiso*. Luc. 23: 43. Paulus *raptus fuit*
usque in tertium cœlum, 2. Cor. 12: 2. *in Paradisum*, v. 4. & *Paradisum*
Dei. Vincenti dabo de ligno vitæ, quod est in medio *Paradisi* *five horti Dei*.
Apoc. 2: 7. Phrasî à Judeorum confuetudine defumta, quibus sollemne
fuit cœlum *Paradisum*, *hortum Eden*, & *sinum Abrahæ* vocitare: ut hæc
præcæ Ecclesiæ fides fuerit, cœlestis beatitudinis simulachrum & typum
istis in rebus fuisse; quod Spiritus S. quoque imitatur. Sicut & Johannes
in sanctâ Apocal. felicem ac beatum Ecclesiæ statum adumbrans, non
solum

solum novam Hierosolymam, sed & Paradisum, ejusque fluvios & arbores nobis exhibet, capp. 22: dupli imagine eandem rem figurans ac pingens, ac parem utriusque rationem esse significans.

¶ AR-
BOR VI-
TÆ.

*Quæ non
sunt indi-
vidua
in sua pe-
cie,*

*nec virifi-
ca virtute
physica.*

*Sed dicta
est arbor
vita spi-
ritualiter,
ut signum*

X. Atque hoc præsertim faciebat mystica illa arbor in medio Paradi-
so, *Arbor vita* appellata, Gen. 2:9. Quæ prima & antiquissima Filii Dei,
& vitæ per ipsum possidendæ imago fuit.

XI. Ex communi præjudicio est, quod unicam ac individuam in
sua specie eam existimant: à quo nos liberat Johannes Apoc. 22:2. qui eam
in cœlesti Hierusalem ab utraque fluminis parte collocat; *In medio pla-
teæ ejus & fluvii hinc & inde lignum vite faciens fructus duodecim.* ut &
Ezech. 47:12. cuius verbis fere usus est Johannes. Quo etiam facit bene-
dictio divina, Gen. 1:11, 12. qua cunctis arboribus virtutem sese multi-
plicandi attribuit. Qualis autem hæc arbor fuerit, cum S. Scriptura si-
lentio involvat, sicut multa alia ad primum fœdus spectantia, quod &
ipsum cessare debebat, querere nefas est.

XII. Dicebatur *arbor vita*, h. e. vivifica. Non quasi semel degu-
stata immortalitatem attulisset, virtute aliqua physica, fere instar Ne-
penthis, vel Ambrosiæ, qua Dii poëtarum in cœlis vescuntur; vel saltem
vitam hominis ad longissimum terminum prorogare potuisset: quæ post
Magistrum sententiarum multorum inter Pontificios, ac Lutheranos, ut
& Socini ac Episcopii sententia fuit. Non enim huic arbori magis quam
aliis arboribus vis alendi ac vitam hominis conservandi tribuenda est; quæ
tamen hac appellatione non veniunt. Et si, non alimenti, sed medicamen-
ti causa, eam præ reliquis ita vocatam dicant, frustra tamen erunt, cum
Adam in isto statu morbis obnoxius non fuerit. Et unde docebunt pro-
miscuè ejus arboris usum homini patuisse? cum *vincenti solum datum
sit edere de arbore vita*, Apoc. 2:7. Unde nec Adamum ante lapsum eam
attigisse constat, imo contrarium potius patet. Quid quod ligno isti ac
arbori hoc pacto immortalitatem & æternum viorem largiuntur, quam
homini nisi ejus fructu gustato attribuere non audent. Verum, ut rem
hanc rite capiamus, vita quam hæc arbor promittebat, non corporis solius
proprie erat vel longævitæ, vel immortalitas, sed æterna beatitudo & felici-
tas in cœlis tandem peragenda, quæ vite æternæ nomine in Scripturis
venit; quamque nulli cibi largiri possunt; sed cum quo cibi & potus
usus potius pugnat; unde Deus tum & *ventrem & cibum*, juxta Aposto-
lum, abolebit, atque homo non in corpore hoc animali, sed ~~animali~~ De-
um videbit. Cujus beatæ vitæ hæc arbor sacramentum & pignus erat.

Atque

Atque ista appellationis ejus ratio est. Sicut benè Augustinus, cætera ligna alimento fuisse, hoc etiam sacramento: cuius generis etiam est panis Eucharisticus in S. Cœnâ; non quod alimento cæteris cibis præstet, sed quod sit mysticus panis, panis verè vivifici signum & symbolum.

XIII. Vita autem, ut jam diximus, quam hæc arbor obsignabat, non *eterna* *vita* temporalis, sed æterna & cœlestis erat, ut expresse legitur Gen. 3: 22. *Et tunc ne extendat manum suam & accipiat etiam de arbore vita, & comedat & vivat* לְעוֹלָם in *seculum*. Unde Sapiens Prov. 13: 12. de salutari ac viva spe agens, ejus mercedem ac finem cum *Arbore vita* comparat: *Spes protracta infirmitas cordis, & arbor vita appetitus qui venit:* clare docens, isto signo spem vitæ æternæ monstratam fuisse. Et Apoc. 22. status Ecclesiæ cœlestis eodem emblemate depingitur. Quæ rursus contra So- (neganti-)
cinianos tenenda sunt, qui nullam vitæ immortalis spem primo homini bus id Se-
faciunt; illudque לְעוֹלָם more suo minutè & leviter explicant de vi-
tâ, non æternâ, sed longa, deque integro vita tempore, quod homo in terris
vivere potuisset. Quo pacto arbori vitæ non plus tribuunt quam reliquis
arboribus, quæ etiam vitam hominis ad terminum suum produxissent.
Vivere autem in seculum, Scripturæ phrasî, non possibilem aliquem ter-
minum dicit, sed omnem vitæ terminum negat; atque isto-ætiam loco
redire in pulverem opponitur.

XIV. Speciatim autem arbor ista *Fili Dei* imaginem gerebat, qui est arbor illa vitæ in medio Paradisi Dei, Apoc. 2: 7. & lignum vitæ, h. c. causa vitæ æternæ, ipsum apprehendentibus, Prov. 3: 18. Quæ non levi aliqua allusione dicuntur, sed Christum illum esse ostendunt, in quo, ut omnes promissiones, ita & prima illa Adamo facta, suum implementum habent. Nam ille propriè est Αἰτητὴ ἡ ψυχή Germen illud, non è terra, sed ex alto, Luc. 1: 78. inque eo vita est, atque ipse omnis vitæ & fons & verè causa est: *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* Joh. 1: 4. *Ego sum via & veritas & vita.* Nemo venit ad Patrem, nisi per me. c. 14: 6. *Quemadmodum Pater excitat mortuos & vivificat, ita etiam Filius, quos vult vivificat.* c. 5: 21. *Quemadmodum Pater habet vitam in se, ita dedit & filio vitam habere in se.* Ibid. v. 26. Unde antiquissimo arboris vitæ typico ab ipsa mundi origine monstratus est.

XV. Ita enim conveniebat Deo filium suum, quem diligit, & cuius gloriari querit, jam ab initio hominibus ostendere, & ut vitæ auctorem ac principem mundo exhibere. Ut homo eam nec in sese, nec in rebus quibuslibet terrestribus, sed extra sese in Dei filio solo quereret, ejusque

communionem omni studio anhelaret. Ipse enim in quocunque statu solus mundi vita erat , nec extra illum ad eam aditus dabatur. Ex quo amplius patet, Adamum , dum peccabat , atque hoc vitæ symbolum spernēbat , etiam filium Dëi sprevisse, & tantum non conculcassem; atque ei humānum genus debitorem factum , qui deīn peccata ac debita ejus omnia infēcepit & expiavit.

C A P U T V .

De Arbore scientia & praecepto circa eam.

ARBOR
COGNI-
TIONIS
boni ac
mali ma-
teria explo-
rationis
homini.


I. **S**equitur alterius arboris consideratio , quæ non in vitæ symbolum ac pignus, vel in fœderis sigillum, ut prior, sed ad explorandam hominis obedientiam data fuit; *Arbor scientia boni & mali* appellata. De qua Deus edixerat, ex omni arbore horti comedendo comedes , & ex arbore scientie boni & mali non comedes , quia in die qua comedes ex ea , morte morieris. Gen. 2: 16, 17.

II. Qualis hæc arbor fuerit , non constat. Quæ enim veterum quidam deficunt, quia mox post lapsum ejus foliis homo sese convestit, quæ ex eadem vel proxima arbore decerpserit, vel *malo* (ex Cant. 8: 5. Quæ est hæc ascendens ex deserto, injiciens se super dilectum suum? Subter illa malo excitavi te: ibi parturivit te mater tua; ibi parturivit, peperit te.) hariolantur, incerta, vel etiam aliena sunt.

Ratio no-
minis hu-
moris arbo-
ris.

III. Potius videndum est , cur *arbor scientie boni & mali* dicta fuerit. Ubi Judæorum rejicienda est fabula , quam Sociniani adoptant, qui fructibus ejus vim mirificam scientiam ingenerandi vel augendi tribuunt, quam homo videlicet non à Deo , plaste suo, sed demum gustata arbore, veluti vi aliquâ magicâ, accepisset. Verum eventus contra fuit. Nec ratio est, cur Deus pretioso adeo fructu hominem arcuisset ; quod tamen in arbore hac factum. Sed neque à mendaci Satanæ promissione nomen hoc fortita est; quæ *Ruperti, Toftati, & Pererii* opinio est. Quis enim credat vel Adamum, vel Mosem, comperta impostoris fraude, infelicem istam arborem magnifico adeo nomine insignivisse ? Ut rectius illi conjiciant, qui eam ita dictam volunt , vel *ratione probationis*, quia hominis obedientia, an bonus an malus futurus esset, ad fatale istud lignum exploranda





MAR 9 1964

